
BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
7
10 B
47

HERCULES PRODICIUS

SEU,

PRINCIPIS JUVENTUTIS VITA ET PEREGRINATIO:

PER

STEPHANUM VINANDUM PIGHIUM CAMPENSEM.

HISTORIA PRINCIPIS ADOLESCENTIS Institutrix; & antiquitatum, rerumq; scitu dignarum varietate non minus utilis quam jucunda.

NOVA EDITIO, RERUM ET VOCUM memorabilium Indice pleniore & accuratiori concinnata & illustrata.





COLONIÆ

Sumptibus LAZARI ZETZNERI Bibliopol.

M. DC. IX.



STEPHANI VINANDI PIGHII CAMPENSIS, AD ILLUstriss. Principem D. Joannem Gulhelmum Clivium Guilhelmi filium Ducem Juliæ, Cliviæ, Montium, &c. Præfatio in Herculis Prodicii Historiam.

UÆRENT, Illustrissime, generosissimeque Princeps, haud dubiè multi, quid velit hic titulus, quis hic Hercules Prodicius? cùm operis præcipuum argumentum sit CAROLUS, tuus frater germanus, præclarâ memoriâ, & gloriâ perpeti, (quâ fruitur) dignus. Nec deerunt, opinor, quibus mirum videbitur, me voluisse tot exantlare labores, tantum impendere temporis in argumento tam tenui: hoc est, ut Græco proverbio dicitur, ἐν τῇ φακῇ μύρον largiter profundere. Quod quidem & amici plerique non vulgari doctrinâ prædíti viri, qui partem hujus operis familiariter & cupidè delibârant, in suis ad me litteris non semel testati sunt. Dolere nimirum diligentiam istam meam in pulchriore comanda Sparta collocatam non esse. Quid etiam, inquiunt, de adolescente, qui jam primum ex ephœbis excesserat, adeò magnum dici potest? Quare tu hîc non minus ridiculè, quàm qui torno milii minuta grana polire volunt, ut vulgò Græci jocantur: vel caligare Pygmæû Maximini caligis, ut Romani. At quantò satius foret, feliciter cœptos Potestatuum Provinciarumque Romanarum Annales te prose-



qui, & ad finem perducere? Vel, si quid novi scribere juvat, Belgii nostri Historiam aggredi: in quo tam varios casus, tot rerum mutationes conspicimus: callida tot ac tanta consilia sursum ac deorsum volvi animadvertimus: Si tamen tempori, vel necessitati parendum esse dicis, aut patronis obsecundandum, quibus negari nihil potest: non est quod improbemus tuum consilium ac inceptũ; modò tuis hisce laboribus reipublicæ literariæ simul consulatur. Hos igitur similésve scrupulos ut ex studiosorum animis evellamus: tuas, Illustriss. Princeps, benignas paulisper aures nobis accommodes, oportet. Et ne pigeat, præcor obnixè. Forsitan & hic intelliges, quæ didicisse, & olim meminisse juvabit. Primum fateri ingenuè cogor, quòd non tam consilio rationéve fuerim impulsus ad hoc oneris suscipiendum: quàm inductus casu publico deplorando, atque inevitabili. Qui ut causas scribendi multiplices, ita & summam argumenti varietatem nobis obtulit. Hanc cùm animo revolverem, protinus in spem pelliceor, non efficaciore medicinâ nostrum ulcus sanare, doloremque non solùm meum, sed & omnium, quibus hæc tam inopina mors summæ spei adolescentis fratris tui damnosa fuit, avertere me posse. Accesserunt præterea non infimæ classis patroni & amici hortatores, qui calcar addidere: inter quos unus ita meritus ac charus, ut omnia mihi posthabenda putem, quotiens illius voluntati satisfaciundum mihi erit. Accingor igitur ad opus, atque unâ fideliâ plures, ut ajunt, dealbare parie-

parietes aggredior. Nimirum ut dum CARULI vitam ac peregrinationem describo, non ille solus mihi scopus esset: sed insuper curarem ut simul rei literariæ, moribus ac disciplinæ publicæ quomodocunque consuleretur: ne prorsus amicorum monitis, queis multum tribuo, recalcitrasse videar. Ita namque visum fuit temperare nostram hanc historiam, ut ejus lectio non privatis solùm hominibus, verùm iis etiam Reipublicæ gubernatione versantur, & gradu supra cæteros mortales excelsiore locati sunt, utilis, & propter rerum varietatem non minus jucunda possit esse. Hæc igitur, Princeps Illustrissime, dignitatem cum voluptate dabit. Nec pascetur tantùm ejus lectione tuus animus, verùm exemplis domesticis & externis erigetur ad virtutem, & ad avorum imitan, da decora. Videbis in hac gentis atque provinciæ vestræ statum antiquum ex classicis auctoribus declaratum, & ex veterum monimentorum reliquiis in lucem erutum. Videbis detersas fabularum anilium fuligines à splendidissimis vestræ primæ stirpis imaginibus, enucleata prisca nobilissimorum insignium mysteria; vindicatas patriæ provinciæque vestræ Eumenii Rhetoris antiquissimas scholas Mænianas: detectam Imperatorum Romanorum curam atque sollicitudinem, quam in tutandis Provinciarum limitibus; conservandis restaurandisque coloniis & oppidis omnibus sedulò gesserunt. Quæ quidem hactenus ignorantiæ atque oblivionis in tenebris sepulta jacuerunt. At CARULUS tuus frater, Princeps inclyte, licet

Finis ac usus huius operis.

Eumenius Rhetor.

Carulus Eri

dericus Princeps quam personam in hoc opere sustineat.

præproperè, poch dolor! è vivis sublatus, in hoc tamen vitæ, sæculique nostri hic descripto theatro personam Principis adolescentis probè & prudenter educati sustinebit. Cujus à primis unguiculis institutio ad pietatem, & ad artes gubernacula rerum publicarum suscepturo necessarias; cujus item peregrinatio non minus illi honorifica, quam ad mores formandos, judicium stabiliendum, & linguas discendas; imò ad polytropiam quandam virtutum induendam utilis, historico per me penicillo deliniata tanquam in tabula quadam chorographica demonstrabit, quid videri, discive in singulis locis potest, & quibus indagare vestigiis arduum Virtutis ac Honoris templum Princeps adolescens debeat. Item quantâ medullitus contentione studuerit optimus, atque in patriam, liberosque suos piissimus pater tuus consulere provinciis suis & quàm sumptibus non pepercerit, ut successorem relinquere tandem posset rerum experientiâ prudentem, linguarum ac literarum peritiâ promptum, atque artium ingenuarum cognitione doctum & instructuum. Cujus consilio & auspiciis sanctæ leges, probi & integri magistratus essent; pax atque justitia ubique coleretur, reipublicæque commodis prospiceretur. Et quàm non incassum hæc optimus pater, reapse nunc indies experiremur læti: si felicitatem istam à superis promereri potuissemus. Jam quòd Herculis Prodicii titulo insignierim hanc Historicam adolescentis Principis institutionem, in promptu caussa est. Herculem etenim vetustas illa pruden[s]

Cur Hercules Prodicius libri nomen.

vel[...]

velut ideam virtutum omnium tam animi quàm corporis proposuit, in eodemque posteris imaginem quandam optimi Principis fabulis suis depinxit. Adeò vix reperies gentem antiquitate famâque rerum gestarum celebrem, quæ non & suum coluerit Herculem; præclaraque de illo vel historiâ, vel carminibus prodiderit: ut ad ejus exemplum sese Principes viri formarent, incitarentque ad eas virtutes, quas immortalis gloria sequitur. Quo factum, ut neutiquam constet, quotnam in orbe terrarum ejus nominis Heroes fuerint. Discrepant etenim vehementer in ea re auctores antiqui. Diodorus Siculus quidem rerum antiquarum libro V. videtur aliorum ferè præclara gesta ad unum illum Thebanum Herculem Alcidem ex Jove & Alcmena, ut Græci fabulantur, natum referre, nec alium agnoscere: quasi virum fortissimum unum sola Græcia terrarum orbi universo subministrasset. Multi tamen plures ejusdem nominis fuisse volunt: nonnulli duos, vel tres tantùm, alii duodecim. At Romani Græcorum illa mendacia historicæ veritatis fuco compta sæpè sugillarunt. Qui idcirco à fabularum variis ac vanis tricis Herculem tricosum videntur appellasse, quemadmodum ipse conqueritur festivè in epigrammate quodam vetusto; quod olim à me Romę exscriptum est è basi marmorea, quæ sub ejus signo steterat in hortis Rudolphi Cardinalis Carpensis.

Plures Hercules fuisse.

Hercules cur tricosus dictus fuerit.

ALCMENÆ. IOVIS. ET. MAGNI
FORTISTISSIMA. PROLES
TRICOSVS. SVBITO. POST. MEA.
FATA. VOCOR.

Qui am veri Hercules fuerint.

Hinc est quod Marcus Varro, cùm Hercules supra quadraginta recensuisset, opinatus etiam fuerit omnes ferè fortitudine & virtutibus inclytos Herculis nomine nuncupatos fuisse. Atqui constat nihilominus singulos suis propriis etiam nominibus distinctos fuisse, vel ex rebus gestis, vel ex eorum virtute desumptis. Quid attinet hic originationes peregrinarum vocum expendere latius? Cur prisci Celtæ nostri suum Herculem Ogmiona vocarunt, Cimbri Tuisconem, vel, ut ex Taciti vetusto exemplari Farnesiano notavit Justus Lipsius, Bisconem, Ægyptii Chonem, Indi Dorsanem, Belum ac Gigantem. Hæc enim in puteo profundiore latent, nec uno tractu in lucem evehi possunt. Sed cur Herculis Prodicii persona tectus tuus frater in publicum prodeat, hic præterire non possum. Non etenim ociosam autumo fore narrationem istam, nec legentibus inutilem aut injucundam. πρέσδικος vetusta Spartanorum lingua dicebatur Regis vel Principis pupilli curator, qui teneram ejus ætatem regit & instituit: Ad rem igitur hoc nomen pertinet. Erat autem ejusdem nominis philosophus admodum celebris professione physicus, atque sophistes Prodicus Cejus Socratis magister, ut ipse in Protagora testatur apud Platonem, cujus sapientiam valde famo-

Hercules Prodicius.

Prodicus Ceius sophista. πρέσδικ σοφώτερος.

sam

ſam apud Græcos in proverbium abiiſſe conſtat ex Suidæ collectaneis. Ariſtophanes Comicus Meteoroſophiſten vocat, & more ſuo nonnunquam, ut alios ſui temporis philoſophos, morſicatim ludendo perſtringit. Quamvis autem ſcriptis divini Platonis Prodicus iſte magni nominis famam conſequutus fuerit: præclarus tamen ejuſdem de Hercule liber Horæ, non minus ipſi ad memoriæ longævitatem ſubſervivit, quàm immortalia ſummi Philoſophi teſtimonia. Horas, ni fallor, appellavit ſuum librum à veris adulti matura pulchritudine, cùm arbores defloreſcunt, fructusque ſuos deformant. Cui diſcrimini temporis adoleleſcentiam hominis non ineptè veteres, ſicut veri novo pueritiam ipſius, comparare ſolent. Præter alios eleganter, & breviter admodum in ſuis ſenariis hoc expreſſit Pompejus Macer poëta apud Stobæum, ubi mater filiis ſuis ita blanditur.

Prodici Horæ.

Δεῦτ' ὦ τέκν', ὦ στερχθέντα ὅσον πλεῖστον θέμις.
ὦ πολλὰ τέρψαντ', οὐδὲ λυπήσαντά τι,
μητέρα τε περὶς λάζεσθε, κ' ἀξάρτεσθέ μου.
βούλεσθ' ἀθύρειν; παίζετ', ὦ νέαι φρένες.
ὡς ἔστιν ἡμῖν τοῦτ' ἔαρ παντὸς βίου.
ἥβη δὲ λύπαι, φροντίδες θ' ἥβης ὁμοῦ.

Latinè autem ad verbum ita ferè ſonant:

Huc agite ô pueri: ô, quantum fas eſt, delectiſſimi.
O jucundiſſimi nil facitis cordolii.
Matrem apprehendite, miq; inhærete penſiles.
Lubétne excurrere? Ludite ô tenella præcordia.

 Ut

Vt est hoc vobis omnis vitæ vestræ ver.
Cùm pube nam pubescunt curæ cum laboribus.

Prodicius quid in Horis suis docuerit.

Itaque Prodicius videtur principem adolescentem, nobilemque juventutem omnem in Horis suis per amœnas Herculis fabulas ad virtutem, reipublicæque curam historicâ quadam narratione, tanquam exemplis quibusdam, instituisse. Nec ætas illa faciliùs, efficaciúsve doceri nonnunquam potest. Verbis etenim & præceptis monemur quidem, sed exemplis movemur magis, ut D. Augustini hoc ex sententia dicam. Hinc est quod Prodicus eleganter inter alia fingat, Herculem, cùm primùm pubesceret, exisse in solitudinem, atque ibi velut in bivio Pythagorico diu mansisse dubium, quam nam vivendi viam ingredi melius esset. Apparuisse tum illi duas deas, quorum uni nomen Virtus, alteri Vitium sive Voluptas. Hanc vestitu cultuque sumptuosam, gestibus lascivam illi monstrasse, multisque laudibus commendasse suam deliciarum viam jucundam ac facilem: ejusque se ducem & comitem obtulisse. Alteram verò (quæ neglecto quidem atque paupere in habitu, sed nativo decore pulchra videbatur, & admodum seria) prudenti oratione Herculem, ut se, relictâ fallaci Voluptatis ignaviâ, sequeretur hortatam esse, atque ut difficili licet, & arduâ per labores ac sudores viâ ad summa Deorum præmia secum pergeret. Sic Herculem pensitatis utrimque dearum rationibus atque promissis: tandem cupidine gloriæ & immortalitatis incēsum, Voluptate relictâ,

Fabula Prodici de Hercule adolescente.

Vir-

Virtutem ducem ſequi voluiſſe. Hæc quidem pulcherrimè narrat ex ipſo Prodico doctor artis imperatoriæ clariſſimus ille Xenophon, libro memorabilium ſecundò; aitque Prodicum, quo pacto Hercules à Virtute inſtitutus fuerit, latiùs commoraſſe; atque ſententias quidem ipſas multò magis magnificis, quàm ipſe feciſſet, verbis exornaſſe. Philoſtratus Lemnius item in Apollonii vita lib. VI. deas iſtas, & Herculis electionem eleganter deſcribit. Meminit & M. Tullius Officiorum lib. primo: rurſus in epiſtola ad Lucceium familiarium lib. V, qui à Prodici fabula iſta Herculem Prodicium, vel Xenophonteum appellat. Silius Italicus autem in Punicis totum hoc figmentum ab Hercule in P. Scipionem Africanum majorem tranſtulit. Ubi Voluptas Scipioni adoleſcenti de bello contra Pœnos (qui patrem patruumque in Hiſpania occiderant) ſuſcipiēdo cogitanti ſub lauro, Virtutis incommoda proponit ac prædicat, cumque ſuis deliciarum blandimentis allicit & avertit ab adverſaria ſua: Virtus è contra Voluptatem increpat, quod vanis lenociniis adoleſcentum animos irretire, & ſeducere conetur. Scipionem verò variis exemplis & rationibus, ut ſe ſequatur, illa relicta, monet. Herculem, Liberum Patrem, Caſtores, atque Quirinum ad divinos honores: Romam ipſam ſuo ductu exiguis ab initiis provectam eo creviſſe, ut totius orbis regina facta ſit. Cùm interea Voluptatis culpâ florentiſſimæ plures urbes, ocio, luxuque ſint everſæ. Sedaturam ipſi de inimicis ultionem, & devictâ Carthagine præclarum de Pœnis triumphum. *P. Scipio Africanus maior.*

Quæ

Quæ postquam cecinit sacrato pectore Virtus.
Exemplis lætum, vultuq; audita probantem
Convertit juvenem. Sed enim indignata Voluptas.
Non tenuit voces, Nil vos jam demoror ultra,
Exclamat. Venient, venient mea tempora quondam,
Cùm docilis nostris magno certamine Roma
Serviet imperiis, & honor mihi habebitur uni.
Sic quassans caput in nubes se sustulit atras.
At juvenis plenus monitis ingentia corde
Molitur, visæq; calet Virtutis amore.

Scipionis indoles divina.

En quæso! quàm eleganter poëta Silius Scipionem suum Herculis Prodicii virtutibus ornat; quòd voluptate, desidiaque contemptâ, per labores & pericula virtutem sequi non dubitarit. Nec potuit veterum Romanorum principum cuipiam aptius accommodari hæc fabula, si ejus indolem, vitam à puero, resque præclarè domi, militiæque gestas consideremus, ut eas pulchrè Livius, aliique veteres describunt. Tantum igitur huic narrationi Prodicianę videntur tribuisse Græci & Romani, ut optimæ spei adolescentum statuas, & imagines Herculis Prodicii formâ frequenter effinxerint: quia fabulæ similes solent animos juvenum molles adhuc faciliter ad meliores vias ducere. Talis videtur Hercules ex ære pulcherrimus in Romano Capitolio, cujus à capite per humeros, armos, ac corpus leoninę pellis jubæ diffunduntur, qua vestitus est: ut magni & generosi animi simulachrum præ se ferre videatur. Facies ephœbi nitida, vultu jucundo hilarique renidet alacris ac gaudens. Sinistro cum brachio clavâ suâ nodosâ nititur,

Honorifica statuarum ac imaginũ Herculis significatio.

Descriptio statuarum Herculis in Capitolio Romano.

nititur, & dextrâ manu complexus tria mala, abscondit eadem à tergo, atque conservat. Nimirum grata sibi Virtutis munera esse ostendit; quibus hæc Dea spiritus ingentes ad se pellicit, sibiq; obstringit. Atque hæc suavia quidem poma sunt; juris æquitas, famæ integritas, atque spes mercedis æternæ, quæ est beata immortalitas. Horum enim fructuum dulcedine pascitur animus ac pius, & ad labores firmatur. Alter autem Hercules, qui ex ære inaurato summæ vetustatis & artis ibidem in Capitolio conspicitur, maturiorem ætatem docet, & instituit. Nam corpore juvenili grandior, atque validior est. Clavam expeditè dextrâ tenet ad omnem pugnam paratus, atque leonis exuvio velut paludamentum, in brachium sinistrum collecto, ostentat manu tria item poma: monstrans se jam Virtutis triplici munere instructum non detrectare subeundos ejus caussâ labores Nam clava Herculea plerumque signat virtutis exercitium, & expeditionem in propulsandis, conterendisque vitiis. Ideoque ex duro robore gravis & nodosa pingitur: quod in expugnandis scelerum monstris tricosæ difficultates, & pericula gravia sæpius oboriantur. Animadvertimus etiam bonæ spei pueris ejusdem argumenti exempla ad virtutis calcar fuisse proposita. similibusque defunctos statuis ad ipsorum effigiem atque ætatem accommodatis honorari solere. Documenta sunt hujus opinionis nostræ in sculptilibus antiquorum operibus plurima. Sed unum ac certum argumentum hoc loco nobis erit

Tria Herculis mala quid signēt.

Virtu dona.

Herculis inaurata statua anea.

Clava Herculis quid significet.

Herculilli.

Hermeracles.

Hercules ille Prodicius quadrati Hermæ figura factus (Hermeraclea non ineptè vocaremus) cujus picturam in huius operis frontispicio expressimus, propter tituli atque materiæ nostræ congruentiam; uti cognosceret Lector, quomodo veterum quisque Prodici fabulam istam adaptare suo scopo consverit. Posuerat statuam istam Felix quidam, in cujus epigrammate puer ipse loquitur, cujus ad effigiem facta est: quod distichon tale est:

ΗΛΙΚΙΗΝ ΠΑΙϹ ΕΙΜΙ ΒΡΕΤΑϹ ΔΕϹΤΗϹΑΤΟ ΦΗΛΙΞ
ΗΡΑΚΛΕΟΥϹ ΕΙΚΩΝ ΙϹΤΑΜΕ ΚΑΙ ΠΡΟΔΙΚΟΥ.

Et quidem Latinè sic sonat,

Solibus exiguis puerum me noscite. Felix
Herculeum signum collocat, & Prodici.

Caput tamen statuæ dictæ temporum injuriâ periit: alioquin terminus, & Hercules integer est, ex marmore Pario basi insertus quadratæ, cujus imaginem olim Romæ delineavi in ædibus Jacobi Benzonii, non procul à S. Marci palatio. Ejus prætextam puerilem imitatur & supplet leonis exuvium, quo tegitur, & sub quo brachium pueri dextrum implicitum latet; ut intelligas ætatis imbecillitatem & rectorum operum ministram dextram necdum sufficere ad Virtutis munia ritè subeunda,

cunda, muneraque ejus promerenda. Jam verò quàm annis puerilibus serium virtutis studium, & executio recta, sit difficile, atque laboriosum, demonstrat insuper grandis atque impolita clava humero sinistro innixa, quam manu tenerâ, atque vix capaci sustinet: uti videlicet hinc appareat, messem virtutis apud tales in herba adhuc esse. Cum igitur illud opus Prodici de Hercule nil aliud quàm doctrina Principum fuerit, quemadmodum ex Socratis illa pulcherrima cum Aristippo disputatione, quæ apud Xenophontem est, facilè colligimus: non videbor tam ineptè hanc meam historiam, in qua sub fratris tui exemplo adolescentem Principem nobilemque juventutem nostrâ religione, disciplinâ, moribusq; bonis huic sæculo commodis instituo, sub Herculis titulo promulgasse. Nam & hic voluptate prçteritâ, consiliisque mollibus spretis, iter Virtutis arduum ac difficile (quod non minus verè, quàm eleganter Hesiodus poëta superos sudoribus obsepiisse cecinit) haud ignaviter ingressus: in eodem constanter domi, forisque per ignotas etiam provincias peregrinando, quamdiu vixit, ducem suam sequutus est; ut optimi Principis spem omnibus in adolescentiæ flore dederit. Quod si nervos, & Herculeas à natura sortitus vires fuisset, & ætas illi maturior, vitaque diuturnior contigisset: Herculis item, id est, laudatissimi principis famam ac gloriam haud dubiè fuisset assecutus, cûm animo ipsius generoso, promptoque nihil defuisse videatur. Sed hac nimirum lege Deus animam in hujus

Carulus Fridericus Princeps.

Virtutis iter.

Voluntas divina in e

nibus parendum esse. hujus corpusculi præsidio militare jussit, ut quocunque die, quocunque momento decedere hanc volet, protinus inde sit exeundum. Et evocat promiscuè singulos, prout ipsi visum, nec solùm veteranos ac emeritos, sed & tyrones, & qui militiæ nomen nec dum dare possunt. Quare is denique legitimus missionis dies est, quem Imperator ille noster cuique supremum esse voluerit. Cæterum, ut nefas est, injussu hujus præsidium deserere, vel sine commeatu castra relinquere; ita magnæ ingratitudinis esse videbitur, missionem honestam à summo Duce celerius datam non libenter amplecti; maximè si ad præmium non ad ignominiam, vel ad pœnam evocetur. Omnes quidem currimus, luctamur & certamus in hac mundi palæstra pueri, juvenes, senes: nec non fortes ac imbecilles: & quemq; suum manet præmium. *Brevis vitæ privilegiū.* Sed obsecro, per Deum immortalem! anne terque quaterque beatos dicere poterimus, quos agonothetes ille supremus tanquam sibi charos è tot laboribus; & periculis, è tot adversariorum insidiis eripit, atque maturè vocat ad brabium? Sic Carulus frater, Princeps illustrissime, tuus in præclaro sui primi cursus ardore studioq; gratiam meruit, brabeutæ placuit, tibi lampada tradere (ut veteri proverbio dicitur) & ad cælestem immortalitatis coronam è palæstra media pergere jussus est. Tuum igitur erit eius reliquas partes graviter tueri, ejus in virtutis via persequi vestigia: ut ad veri honoris, summæque felicitatis fastigium scandas. *Principis bo* Quod haud tibi grave futurum autumo, si parentum





tum ac majorum exemplis motus, hoc animo firmè statuas; solâ summi Dei gratiâ, benignitateque tibi incruentum & nullius partum injuriâ servari in tot populos imperium:& ab eadem obnixè precibus semper petendam esse sapientiam, qua illud ab innocuo sanguine purum ac in serena pace tranquillum tuearis. Qua non tam tibi tuisve, quàm populo salutaris esse, vera reipublicæ bona perspicere & procurare velis; Qua denique singula tui tanti corporis membra, cujus caput esse debes, in officio continere poteris. Et ea quidem naturæ tuæ bonitas est, is vigor animi, ingeniique sub incorruptissimis præceptoribus à puero per exquisitam institutionem exercitus accessit: ut omnibus qui te familiariter noverunt, nũc haud dubia spes sit, Joannem Guilhelmum Principem avo, patrique non tantùm duplici responsurum nomine: sed & horum avitam in Deum pietatem, justitiam, clementiam, publicæ pacis studium, ceterasque tam animi quàm corporis virtutes semper imitaturum esse. Immò ipsum jam indies producturum pulcherrimos virtutum fructus, quos à fratre Carulo dudum expectabat orbis Christianus. Qui sanè non fefellisset publicam de se conceptam opinionem, nisi mors terris ipsum ante diem eripuisset: dum adhuc Herculis Prodicii, hoc est, adolescentis Principis virtutem non deserentis personam egregiè sustinet. Inter eximia porrò celebrium pictorum monumenta, quæ Roma victrix orbis olim è provinciarum spoliis mundo, vel ornatui suo reservarat; recenset Plinius Artemonis

ni studiũ ac votum salutare.

Herculis ex Oeta in cælum ascendentis pictura.

nobilissimam tabulam ab Augusto in Octaviç porticibus publicatam. In qua pinxerat Herculem ab Oeta monte Doridos exutâ mortalitate consensu deorum in cælum euntem. Placebat in hac non solùm pictoris ars exquisita, verùmetiam mutæ poësios ingeniosa inventio: quæ demonstrabat, Virtutem solam nobilitare perpetim de humano genere benemeritos heroas Principes, & conciliare superis. Nec ad inferos è terris ducere, vel oblivioni horum nomen, gloriamque tradere; sed ad cælum post labores atque ærumnas è carcere corporis evehere. Quemadmodum eleganter apud Senecam in Hercule Oetæo chorus tragœdiæ catastrophen canit:

Nunquam Stygias fertur ad umbras
Inclyta Virtus. Vivite fortes
Nec Lethæos sæva per amnes
Vos fata trahent: sed cùm summas
Exiget horas consumpta dies
Iter ad superos gloria pandet.

Hercules Christianus.

Non secus mihi visum est, inclitè Princeps, in hoc volumine catagraphen quandam optimi Principis adolescentis cum suis virtutũ signis adumbrare tanquam in tabula picta. Quæ licet expolita sit leviter, repræsentabit tamen egregium Herculem Christianum non flammis è pyra sublatum; sed ardore Virtutis divinç gnaviter militantem, ac demum post pulchra rerum experimenta, soluto corporç piissimæ matris Ecclesiæ Catholicæ Ro-

æ Romanæ ab amplexibus subvectum ad æthera. Nemini etenim pio, ni fallor, displicebit Socratis Platonici sapiens illa sententia cum Prodico nostro pulchrè consentientis, apertas homini vitam ingresso duas actionum esse vias, Virtutis scilicet & Vitii. Duplices item esse excursus animorum è corpore, vel ad præmium, vel ad pœnam: Itaque voluptatis discipulos animos vitiorum contagione seductos, atque devium à concilio deorum iter, & ab æterna felicitate seclusum ingressos delabi semper ad pœnam, ac difficulter admodùm remeare gradum, superasque evadere ad auras posse, ut & poëtarum princeps Maro cecinit. Alios verò, qui virtutem ducem sequuti in corporibus humanis deorum vitam imitati sunt: confecto in terris gloriosè curriculo, facilè ad illas æthereas sedes, à quibus profecti erant, reverti, præmiumque nancisci. Huic aureæ sententiæ astipulatur inter alios etiam M. Tullius, sit licet mysteriorum nostræ religionis ignarus. Huic etenim, ut in Rabiriana testatur, bonorum virorum mentes divinæ, atque æternæ videntur, & ex hominum vita ad deorum religionem, sanctimoniamque rectà demigrare. Ceterùm ut huic nostræ præfationi finem imponam, Herculis Prodicii hæc nostra tabula variis colorum parergis elaborata (quæ mentis oculos non sine fructu cognitionis omnigenæ Principi cuivis necessariæ pascere ac detinere potest) amicorum multorum precibus efflagitata nunc demum cogitur in publicum prodire; ut qui imperio nati instituuntur ad rerum gubernacula, sibi ex

Actionum humanarū via duæ.

Cur in lucē prodeat Hercules Prodicius.

hac exemplum fingere possint. Utique detergantur nudæ veritatis spongiâ calumniarum maculæ nefariæ, quibus Italiam, sedemque Apostolicam Romanam hostes nostræ religionis aspergere, & deformare conati sunt; & hujus genuiana figura mendaciorum caligines ab omnium oculis in luce clara dispellantur. Nihil etenim occultari debet, quod reipublicæ prodesse qualicunque modo potest. Sed ut hanc, Illustrissime Princeps, tuæ imprimis gratiæ dedicem, haud leves me movent caussæ. Cui etenim mortalium justiùs hæc debetur, quàm illi qui vivam quasi fratris sui, suamque imaginem in illa cernere potest? eandem indolem, eosdemque mores? qui virtutum fratris assecla, bonorumque successor omnium esse debet? Et gratum mehercle! viatoribus esse solet, eorum insequi vestigia, quos haud perperam ambulasse, haud deviasse norunt: & proximorum exemplà quàm maximè facillimeque movent & afficiunt. Rursum cui potius Principum noster Hercules Prodicius è terris ad cælum pergens exuvias, monumentaque sua committeret, commendaretque, quàm unico fratri germano? qui pius, qua decet, fraternâ fide tueatur hæc ab impiorum injuriis, & obtrectatorum calumniis: cum vicissim apud summum Patrem omnipotentem intercedere, atque cælitùs res fatris, ceu bonus aliquis Genius prosperare nutu divino valeat. Et me quidem, ô Principum decus, & præsidium nostrum, qui jamdiu tuus sum, juvat denique hisce ceu primitiis animi mei in te, tuosque devotionem ac pietatem utcumque testari.

Cur Princi-pi Ioanni Guilhelmo dedicetur.

ri. Quod nostrum munusculum pro tua clementi benignitate si (ut prorsus confido) tibi gratum esse intellexero, haud dubiè calcar adjicies, atque animum dabis ad majora (te, uti speramus, suggerente materiam) aggredienda, perficiendaque. Te etenim unicam spem suam tot provinciarum populi intuentur omnes, tibique præsagiunt, optantque à superis, ut cum accessione haud quaquam mediocris usuræ virtutes, annosq; parentum, majorumque tuorum exuperes: atque rebus eorum exemplo prudenter, justè, fortiterque gestis; non Hercules tantùm Prodicius, sed etiam Promachus, Callinicus, & Musagetes bonæ famæ auspiciis, omniumq; gentium ore decanteris. Annuat omnipotens Deus Optimus Maximus, qui te ad sui nominis gloriam, & reipublicæ Christianæ commodum, quam diutissimè sospitet, & prosperet. Data Sanctis in Trajana colonia. Idibus Majis. Anno nostræ salutis ortæ cIↃ. D. XXCIV.

IN ILLUSTRISSIMI PRINCIPIS JUVENTUTIS CARULI FRIDERICI DUCIS CLIVIÆ, JULIÆ, Montium, &c. cœnotaphium à Corona Pighio clementiſſimo domino ſuo poſitum Epigramma Gerardi Platii.

HOSPES ET INDIGENA.

Hoſpes.

1. *Obſecro quid ſibi vult Juvenis tam triſtis imago* 1.
Proſtrati, exanimem quem toga culta tegit?

Indigena.

Conſpicis ah CARULUM *regali ſanguine cretum,*
Aſpera quem Lacheſis ſuſtulit ante diem.
Cliviacæ Dux ille fuit ſpes altera gentis,
Spes quoque Montani, Juliacique ſoli.
Italiam petiit, patria, Laribusque relictis,
Ingenii largas dum ſibi quærit opes.
Parthenopen viſit, Româ digreſſus, eodem
Mox rediens, ſenſit ſpicula dira necis.

Hoſpes.

2. *Cur jacet everſis facibus ſine lumine Princeps?* 2.

Indigena.

Lux quoniam vitæ lumine caſſa cadit.

Hoſp.

3. *Quid rota fracta notat?* Indig. *Fragilis breve tem-* 3.
pus honoris,

Quem

Quem facilè infregit Mortis iniqua manus.

Hosp.

4. *Quid mulier complexa sinu sacra templa Deorum,* 4.
Luctifico cultu, tristitiaq; gravi?

Indig.

Catholica est miserè plorans Ecclesia: fidum
Cultorem fidei commiserata gemit.

Hosp.

5. & *Quid video fortem pictis & Amazona in armis* 5.
II. *Lugentem?* Indig. *Facies hæc tibi Roma fuit.*

Hosp.

6. Q*uid docet hic, cujus pedibus lupa juncta recumbit.* 6.
Martigenis natis ubera larga ferens?

Indig.

Hic typus est Tybris, pullo qui tectus amictu,
Prosequitur lacrymis fata maligna Ducis.

Hospes.

7. *Ara quid ista notat?* Indig. *Specimen pietatis avitæ,* 7.
Qua fulsit Princeps, dum rata vita fuit.
Aureus en gladius, qui cernitur, atque tiara,
Pontificis summi munera sacra nitent.

Hospes.

8. *Prægravis hæc armis quid vult bene firma columna?* 8.

Magnanimi signum Principis illa gerit.
9. *Virgo decens, cui triste caput turrita corona* 8.
Implicat, & duplices complicat illa manus:
Hæc varios populos, tot terras, mœnia, cives.
Significat, Princeps quos ditione tenet
10. *Imperii loca summa tenent septem ordine montes,* 12.
Quos habitant homines, terribilesq; feræ.
12. *Infima Clivorum domus est, Rheniq; bicornis* 13.
Ostia, queis Batavi se applicuère truces.
13. *Thyrsiger est Rhenus, redimitus tempora* 10.
fronde
Pampinea, & vini dolia plena premit.
Quem juxta puer est galea, clypeoq; decorus,
Hunc fluvialis equi lubrica terga vehunt.
Quod puer hæc sursum levet arma feroculus, atque
Exultans, ratio num sit aperta rogas?
Teutones in Rheno clypeo galeave solebant
Impositos partus ritè probare suos.
Legitimam sobolem, si quæ fluitaret, habebant;
Flumine sidentem, degenerem atque notham.
Divitias hæc cuncta notant: sed fletus ubiq;
Exuperat, lacrymis nec modus ullus adest.
Clivia tristatur, tristatur Julia, Montes
Exululant, planctus ingeminantq; novos.
Et meritò ingeminant: quid enim non funere tali
Ingemat, & querulos fundat ubiq; modos?
Occubuit secli decus irreparabile nostri,
Ingens Pieridum gloria, Pacis honos.
Dotibus instructus variis memorabilis HEROS,
Imperii patrii firma columna fuit.

Hunc Pietas, hunc prisca Fides, hunc mentis acumen
Ornabat, morum, justitiaeq; decus.
Denique totius patriae laus, lumen, asylum,
Praesidium populis, spes, basis, aura fuit.
Sed rapuit properat animis juvenilibus annis
Mors Juvenem, & superis intulit illa choris,
Ne mala, quae nostris adhaerent moribus, illum
Pollnerent, solvit carnea vincla DEUS



(**) 5 IN

IN ILLUSTRISSIMI PRINCIPIS JUVENTUTIS CAROLI Friderici Ducis Cliviæ, Juliæ, Montium, &c. cœnotaphium à Corona Pighio clementissimo domino suo positum Epigramma.

1. *Principis defuncti imago: in toga ducali postrata jacens.*

2. *Lumen vitæ extinctum immature: Fax subversa flammis in terram elisis.*

3. *Cursus honorum interruptus: Rota confracta.*

4. *Ecclesia lugens: Sedet in habitu luctus, ædiculam sacram in sinu tenens.*

5. *Roma condolens: Virago stans in habitu militari, ut Amazon, in sago & ocreis,*

ocreis, habens geleam, hastam, & parazonium.

6. *Tyberis fluvius adjacens, cujus est nota Romulus & Remus gemini sugentes ubera lupæ ad Tyberis ripam inventi.*

7. *Ara pietatis, in qua summi Pontificis manus, gladius aureus consecratus cum tyara.*

8. *Provincia subdita plangens, cujus sunt notæ, corona turrita, & copiæ cornu depositum ad aram.*

9. *Columna fortitudinis Dorici operis, ad quam reclinant Principis arma.*

10. *Rhe-*

10. Rhenus bicornis incumbens dolio, vitea corona cincto, & Bacchi tyrsum tenens propter vini copiam quam Rhenus producit; ideo & navis doliis onusta adest. Ejus nota, puellus galea & clypeo armatus, equitans in hippopothamo, vel equo fluviatili; genuinum Rheni nomen ab equitando Germanicè dicti (quòd militia claros nutriat populos) partim significans; partim etiam vetustissimum Rheni accolarum morem demonstrans: qui recens natos liberos suos in Rheno flumine solebant ex-

explorare clypeo vel galea impositos, fluitantes atque natantes, ut legitimos amplecti & educare, subsidẽtes autem velut spurios, & adulterinos deserere, & abjicere. Qua de causa Græci Rhenum Ζηλώμονα, id est, Zelotypum appellare solent. extat vetus Epigramma Græcum, quo mos iste Celtarum eleganter describitur. Meminerunt item pulchrè Gregorius Nazianzenus, & Claudianus poëta.

11. Roma urbs.

12. Septimontium ad Rheni ripam in Bergensi Provincia.

13. Ba-

13. *Bataviæ caput ad Rheni cornua, juxta quæ sedes antiquißima Principum Cliviensium.*



Præ-

Præſens liber, cui Hercules prodicius nomen, à me à capite ad calcem uſque diligēter perlectus, meo judicio nihil habet, quod orthodoxæ Romanæ fidei, vel bonis moribus adverſetur. Quia verò præter jucundam ex parte hiſtoriam, & adoleſcentis Principis piam atque utilem institutionē, magnos ac multos Carulo Principi, Illuſtriſſ. Wilhelmi Cliviæ ac Juliæ ducis &c. primogenito filio per univerſam Italiam exhibitos honores, nec non ſummi Pontificis pro infirmo Carulo verè paternam ſollicitudinem, & inſignem Romanarum antiquitatum theſaurum, & in iis Clivenſis provinciæ ſtatum antiquum, heroumque Clivenſium originem veriſimilem, atque præclara geſta continet, dignum judico, qui prælo commiſſus, in publicum prodeat.

Gerardus Buſæus, S. Theologiæ Licentiatus, Canonicus Sanctenſis, propria manu.

Teſtimonio D. Gerardi Buſæi fidem habendam putamus; tum propter ſingularem viri eruditionem, tum etiam propter perpetuam in fide Catholica conſtantiam: quod atteſtor

VValtherus vander Steeghen, S. Theol. Licentiatus, Canonicus Antvverpienſis, librorum cenſor.

* * *

Cœnotaphium



HERCULES PRODICIUS, SEU PRINCIPIS JUVENTUTIS VITA ET PEREGRINATIO:

Per


STEPHANUM VINANDUM PIGHIUM CAMPENSEM.



ROducturus sum, candide lector, in theatrum adolescentis in virtute principis personam, non poëticam; sed veram & ævo nostro congruam, usuiq; futuram. Ad cujus imaginem nobilis juventus majorum imaginibus fulta non solùm; sed etiam quivis imperitior ingenuis studiis addictus sibi vitam moresq; velut ad speculum facilè componere poterit: Quo lubricos vitæ gressus scipione laureo (velut vetus proverbium docet) hoc est polytropia quadam & multiplici rerum cognitione firmet in viamque virtutis arduam dirigat. Ut etenim belli ad Principis vel Ducis sui imperium ubique præsto sunt militiæ comites, legati, tribuni ac centuriones; horumq; nutus observant cohortes, manipuli, & reliquæ exercitus copiæ: sic & domi non minus ad Principis sui mores, vitam, habitum, atq; vestitum sese conformat equester ordo, nobilitasque cuncta, præsertim aulica consuetudine familiarior; & hanc deinde civitas, omnisq; populi multitudo sequitur. Tanta vis est honorati capitis in republica & hominum animis; ut unius ex arbitrio vel maximè inveteratas opiniones facilè immutent omnes. Non secus ac animati capitis ex nutu totius corporis membra reguntur, & quidem feliciter; quàm diu sanum ac salvum erit. Sed eodem delirante, vel affecto perperam; in reliqua etiam membra contagionem mali mox serpere utplurimum videmus. Igitur aurea Platonis illa sententia: QUALIS IN REP. PRINCEPS TALES SOLENT ESSE RELIQUI CIVES. Ex qua non inscitè Claudianus cecinit:

Exordium ab ipsius operis usu & utilitate.

——————————Componitur orbis
Regis ad exemplum; neq; sic componere sensus
Humanos edicta valent, quàm vita regentis.



Ceterum exordiri telam hanc nostram à staminum explicatione prima consultius nobis videtur, atq; proponendi à me Principis antiquam patriæ stirpisque nobilitatem ab ipsis velut radicibus primū describere: ne sordidos ac ignavos nautas imitari videar, qui in alto pelago inter fluctus ac tempestates deprehensi primùm rudentes ac funes connectere, vela resarcire, antemnas, & alia instrumenta nautica reparare volunt. Quibuscum navigare, me Hercle, non minus injucundum; quàm periculosum est. Quod si origines inscitia superiorum temporum penitus sepultas, & veritatem veluti in profundo tenebrarum puteo latentem magno labore in lucem protrahere conor: spero candidum lectorem æqui bonique consulturum. Nec vereor quòd idcirco prolixitatis afficietur tædio, dum res obscuras & hactenus ignoratas accuratiùs explicare pergo: sed potius confido (si quo virtutis aut literarum amore capitur) me varietatate historiæ raræ, jucundaq; abstrusæ cognitionis lectione ipsum aliquando recreaturum. Ne igitur à Saturnijs Lemis, aut à Beccesēlenis Belgarum originibus incipiam, Tuiscones, Gygantes, Mannos, Bavones, Belgiones, Batones, item Troilos, Brabones, Cambros, Trebetas, Tongrotos, Torgotósve reges longa serie recensendo ex Hunnibaldis, Suyffis, Rechinoldis aliisve putidis auctoribus: constitui dumtaxat huius civitatis, atque provinciæ veterem statum à flore Romani imperii, cujus auspiciis, atq; potentia magnum ei incrementum accessit, ex classicis auctoribus, quorum fides & auctoritas semper integra manet, explicare, simulque ex antiquorum monumentorum reliquiis accuratiùs in lucem eruere. Est in Galliæ Belgicæ finibus oppidum celebre, & vetustate summa, non procul à Rheni ripa, & ab ejus divortio, ubi expandere suos ramos, & Batavos in insulam incipit redigere. Cujus amplitudo magna fuit quondam, sicut ex ruderibus in agro vicino passim apparentibus colligitur. Nomen antiquum huic est CLIVIA, quod in tribus clivosis collibus pendulum versus Rheni ripam panderetur. Quapropter à nonnullis etiam CLIVI nuncupatur, Latino prorsus nomine. Discrepat unius dumtaxat vocalis mutatione lingua popularis, qua CLEVE nunc oppidum, ut & clivus omnis appellatur.

Captatio benevolentiæ ab operis difficultate. Excusatio prolixitatis.

A quo tempore incipiat.

Patria descriptio & nobilitas antiqua.

Clivia unde dicta.

Imminet

Imminet Rheno in eminentissimo trium colli quadrata turris præalta lataq; cum arce longè conspicua, quàm tradunt à C. Julio Cæsare bello Gallico constructam esse, velut propugnaculum ejus ad ripam vicinitatis adversus Germanos. Quod ipsum in atrio Palatii majore veterum Principum jussu annotatum legimus his verbis:

Turris olorina, vel cygnea. Arx Cliviensis.

ANNO. AB. URBE. DCXCVIII.
C. JULIUS. DICTATOR
HIS. PARTIBUS. SUBACTIS
ARCEM. CLIVENSEM
FUNDAVIT.

Vetus incolarum est opinio à multis sæculis patrum, avorum, proavorumque memoria veluti per manus tradita, trecentis amplius annis ante Christum natum, arcem illam stetisse. Sed vulgi fama mobilitate vigens (ut nobilis poetæ dicam verbis) semper vires eundo sumit. Quæ si vera, sanè concedendum multò ante Cæsaris in Galliam adventum turrim illam aut oppidum ibi fuisse, qui anno circiter sexagesimo ante Christum natum, cum exercitu in Belgicam venire primùm cœpit. Ceterum à Romana historia, & Cæsaris scriptis aliena non videtur opinio, præsidium ibi posuisse Cæsarem, & arcem fundasse; propterea quòd constet ex ipsius commentarijs C. Cæsarem, eodem Urbis anno DCXCVIII. Cn. Pompejo & M. Crasso iterum consulibus, ibi Rhenum transgressos Tentheros atque Usipetes ex Menapiorum agris expulisse trecentis triginta Germanorum milibus in ipso interamnio ad Mosæ Rhenique confluentes prælio victis: Verisimile est igitur ipsum post victoriam illam, Menapijs in deditionem acceptis, ripam adversus barbaros ibidem muniisse: Denique, Galliis tandem adjectis imperio Romano, præsidia castellaq; in limitibus per Rheni ripam primùm constitui cœpisse constat: quæ magnis postea provincialium sumptibus Augustus, & ejus successores non solùm munierunt: sed & sparsim colonias deducere, hiberna legionum amplissima locis oportunis extruere non destiterunt. Testantur hęc cum historiæ Romanæ, tum quoque veterum ædificiorum fundamenta; & ingentes murorum ruinæ diversis in locis adhuc extantes. Quales etiā in finitimo Cliviæ pago videmus, quem Cajulburgum nunc corrupta, contractaque voce, quasi C. Julii burgum

Recepta opinio de arcu antiquitate.

Romanorũ præsidia & castella quādo primum ad Rhenī ripam ponī cœpere.

Caii Iulii burgum.

Ceterum exordiri telam hanc nostram à staminum explicatione prima consultius nobis videtur, atq; proponendi à me Principis antiquam patriæ stirpisque nobilitatem ab ipsis velut radicibus primù describere: ne sordidos ac ignavos nautas imitari videar, qui in alto pelago inter fluctus ac tempestates deprehensi primùm rudentes ac funes connectere, vela resarcire, antemnas, & alia instrumenta nautica reparare volunt. Quibuscum navigare, me Hercle, non minus injucundum; quàm periculosum est. Quod si origines inscitia superiorum temporum penitus sepultas, & veritatem veluti in profundo tenebrarum puteo latentem magno labore in lucem protrahere conor: spero candidum lectorem æqui bonique consulturum. Nec vereor quòd idcirco prolixitatis afficietur tædio, dum res obscuras & hactenus ignoratas accuratiùs explicare pergo: sed potius confido (si quo virtutis aut literarum amore capitur) me varietate historiæ raræ, jucundaq; abstrusæ cognitionis lectione ipsum aliquando recreaturum. Nc igitur à Saturnijs Lemis, aut à Becceselenis Belgarum originibus incipiam, Tuiscones, Gygantes, Mannos, Bavones, Belgiones, Batones, item Troilos, Brabones, Cambros, Trebetas, Tongrotos, Torgotósve reges longa serie recensendo ex Hunnibaldis, Suysiis, Rechinoldis aliísve putidis auctoribus: constitui dumtaxat huius civitatis, atque provinciæ veterem statum à flore Romani imperii, cujus auspiciis, atq; potentia magnum ei incrementum accessit, ex classicis auctoribus, quorum fides & auctoritas semper integra manet, explicare, simulque ex antiquorum monumentorum reliquiis accuratiùs in lucem eruere. Est in Galliæ Belgicæ finibus oppidum celebre, & vetustate summa, non procul à Rheni ripa, & ab ejus divortio, ubi expandere suos ramos, & Batavos in insulam incipit redigere. Cujus amplitudo magna fuit quondam, sicut ex ruderibus in agro vicino passim apparentibus colligitur. Nomen antiquum huic est CLIVIA, quod in tribus clivosis collibus pendulum versus Rheni ripam panderetur. Quapropter à nonnullis etiam CLIVI nuncupatur, Latino prorsus nomine. Discrepat unius dumtaxat vocalis mutatione lingua popularis, qua CLEVE nunc oppidum, ut & clivus omnis appellatur.

Captatio benevolentia ab operis difficultate.
Excusatio prolixitatis.

A quo tempore incipiat.

Patria descriptio & nobilitas antiqua.

Clivia unde dicta.

Imminet Rheno in eminentissimo trium colli quadrata turris præalta lataq; cum arce longè conspicua, quàm tradunt à C. Julio Cæsare bello Gallico constructam esse, velut propugnaculum ejus ad ripam vicinitatis adversus Germanos. Quod ipsum in atrio Palatii majore veterum Principum jussu annotatum legimus his verbis:

Turris olearina, vel cygnea. Arx Cliviensis.

ANNO. AB. URBE. DCXCVIII.
C. JULIUS. DICTATOR
HIS. PARTIBUS. SUBACTIS
ARCEM. CLIVENSEM
FUNDAVIT.

Vetus incolarum est opinio à multis sæculis patrum, avorum, proavorumque memoria veluti per manus tradita, trecentis amplius annis ante Christum natum, arcem illam stetisse. Sed vulgi fama mobilitate vigens (ut nobilis poetæ dicam verbis) semper vires eundo sumit. Quæ si vera, sanè concedendum multò ante Cæsaris in Galliam adventum turrim illam aut oppidum ibi fuisse, qui anno circiter sexagesimo antè Christum natum, cum exercitu in Belgicam venire primùm cœpit. Ceterum à Romana historia, & Cæsaris scriptis aliena non videtur opinio, præsidium ibi posuisse Cæsarem, & arcem fundasse; propterea quòd constet ex ipsius commentarijs C. Cæsarem, eodem Urbis anno DCXCVIII. Cn. Pompejo & M. Crasso iterum consulibus, ibi Rhenum transgressos Tentheros atque Usipetes ex Menapiorum agris expulisse trecentis triginta Germanorum milibus in ipso interamnio ad Mosæ Rhenique confluentes prælio victis: Verisimile est igitur ipsum post victoriam illam, Menapiis in deditionem acceptis, ripam adversus barbaros ibidem muniisse: Denique, Galliis tandem adjectis imperio Romano, præsidia castellaq; in limitibus per Rheni ripam primùm constitui cœpisse constat: quæ magnis postea provincialium sumptibus Augustus, & ejus successores non solùm munierunt: sed & sparsim colonias deducere, hiberna legionum amplissima locis oportunis exstruere non destiterunt. Testantur hęc cum historiæ Romanæ, tum quoque veterum ædificiorum fundamenta; & ingentes murorum ruinæ diversis in locis adhuc extantes. Quales etiã in finitimo Cliviæ pago videmus, quem Cajulburgum nunc corrupta, contractaque voce, quasi C. Julii

Recepta opinio de arcis antiquitate.

Romanorũ præsidia & castellar quãdo primum ad Rheni ripam poni cœpere.

Caii Iulii burgum.

burgum vocant, ut quidam ingeniosi interpretantur. Indigena namque & antiqua prorsus voce, Germani turres & castella Burgos, Cornelio Tacito suffragante, non secus ac Græci πύργους appellare solent. Ceterum inter antiquas ejus tractus Romanorum munitiones oppidum arcemque Cliviam celeberrimam aliquando fuisse plures existimant, eamque propter loci commoditatem, veluti prætorium quoddam à provinciæ præsidibus ac limitum præfectis frequentius habitatam: quamdiu Imperatores Romani Gallias Germaniamque vicinam legionum præsidijs in officio continuêre. Equidem ut non prorsus ausim affirmare C. Cæsarem auctorem vel conditorem primùm Clivii castri fuisse, cùm ex ipsius commentarijs hoc colligere quispiam nequeat, nec ex Tacito, vel alio quovis veterum auctorum, qui res Romanorum eo tempore in Belgica gestas, vel historia complexi sunt, vel scriptis suis attigere: sic etiam omnino recalcitrare opinioni receptæ nolo, nec diffiteri ob rationes ante dictas quin Cęsar auctor esse potuerit. Etenim manifestum est ipsum primùm regiones illas bello subjugatas in provinciæ formam redegisse; easdemque pacatas, atque idoneis præsidiis firmatas, cùm decederet bello patriam invasurus, reliquisse. Sed vicina, ni fallor, Vetera ab Augusto successore non diu pòst paulò altius constituta legionum præcipuo robori; ac deinde colonia Trajana cum Ulpiis castris Cæsarei istius præsidii famam obscurarunt, ut Tacito vivo (qui Veterum sæpius meminit) exigui nominis fuerit. Quo autem tempore, aut quibusnam Imperatoribus post Augustum aut Trajanum Clivia in civitatis, aut coloniæ formam surrexerit, nec dum etiam liquet in tanta historiarum eius temporis inopia: cùm Tacitus truncus ad nos pervenerit; & ceteri, quos habemus, scriptores bella, resque gestas hujus provinciæ carptim attingant, neq; Cliviæ mentionem ullam faciant. Si probabili conjecturæ locus datur, potuit fortasse Trajani successor *Hadrianus Augustus, cùm per Gallias peregrinando, urbes, oppida, castra restitueret, & augeret: Clivium quoque castrum in formam urbis ampliasse, atque coloniam eò deduxisse, quo patris sui Trajani colonię vicinę quid decoris adjiceret, atq; limitem illum fortissimis Germanorum populis oppositū validiore veteranorum præsidio muniret. Quod si ita: tunc AElia

Clivia antiqua celebritas.

Vetera castra. Colonia Trajana.

**Hadrianus Augustus Galliæ cōservator & restitutor est appellatus, ut in nummis eius antiquis legitur.*

AElia Clivia, vel AElia Cliviensium appellari deberet. Sed hæc quæ obscura & dubia sunt, in medio maneant; atq; ex ingenio suo fidem quisq; demat, vel addat. Cæterum multis ætatibus ante Diocletiani & Maximiani tempora præclaram urbem, celebremque civium Romanorum coloniam fuisse, fit nobis manifestum ex una * Eumenij Rhetoris oratione, quæ adhuc inter panegyricas extat, habita ab eodem Clivis in sua patria sub jam dictis Imperatoribus coram Galliæ præside, cum ex comitatu † Constantij Chlori Cæsaris adoptati à Maximiano Aug. & Galliarum Britanniarumque gubernaculis adhibiti (cujus erat magister memoriæ) mitteretur, vt scholis præesset, atque in ea vrbe Gallicam juventutem ingenuis literis atque oratoria instituerет arte, cum annuo sexcentorum sestertiûm stipendio ex ejus civitatis viribus dependendo. Quod ipsum omne liberaliter patriæ remisit, atque in usum ædificandi publici auditorii, scholarumque veterum instaurandarum, quas Mænianas appellat, quoad opus esset, condonavit. In quibus avum olim suum, hominem Athenis ortum, ac Romæ propter doctrinam diu celebrem multis annis octogenario majorem summa cum lauda docuisse affirmat. Igitur respublica Cliviensium videtur gratitudinis ergò posuisse * Eumenio statuam iconicam in ipsis Mænianis, eamque tripedaneam. Quæ quidem mensura, teste Plinio, temporibus etiam antiquissimis Romæ honorata fuit. Extat adhuc Cliviæ in Palatio principum. Stat in vestitu sui temporis; &, ut apparet, usuato Galliæ comatæ: Tunica videlicet talari tectus, & calcei ex aluta pedem ac talos cingunt, & supra pedem execti atque fenestrati sunt. Comam in fronte & cervice decurtatam æqualiter constringit vitta; sicut ventrem latus balteus atque bullatus. Quæ quidem apud veteres vincula quondam honoris ac dignitatis erant insignia. Et nunc temporis etiam similes baltei auro vel argento operosè bullati Gallicarum matronarum sunt ornamenta, præsertim apud Batavos & Rheni accolas. Ipse dextra massam vel auri vel argenti in patera positam præsentare videtur, atque eodem symbolo notatur ejus liberalitas & munificentia, qua patriam est prosequutus. Sinistra tenuit ferulam demissam magisterii insigne, ac veluti gubernaculum adolescentiæ. Quæ nunc quidem injuria temporum confracta

Cliviam multis ætatibus ante Diocletiani & Maximiani tempora oppidum celebre fuisse.

**Eumenius Rhetor Cliviensis, & eius erga Patriam pietas.*

† Constantius Cæsar Constantini Magni pater.

Avus Eumenij Rhetor Atheniensis Romæ, & Cliviæ docuit.

** Eumenij statuæ descriptio.*

Balteus.

periit: quousque manui ac tunicæ contigua est. Sed hæc de statua vel imagine satis. Ceterum hortatur oratione sua luculenta noster Eumenius Galliæ præsidem, qui tum urbis illius Imperatorum jussu restaurandæ caussa Clivis manebat: ut hanc suam largitionem apud Principes commendet, & ad virtutum, studiorumque commodum acceptet, exequaturque. Mænianas ut illas veteres in pristinum nitorem non solùm restituat: sed etiam picturis chorographicis omnium populi Romani provinciarum, cum rerum in iis præclarè gestarum historiis (ut ante fuerant) exornet. Præsertim cùm maximè gratum Impp. Augustis & Cæsaribus esse sibi persuadeat, quòd publicam eorum in restituendo orbe Romano pietatem, pro sua quisque potestate in renovandis veterum operum reliquiis æmuletur. Excitare meritò generosos animos asserit Principum † exempla, quorum liberalitate cuncta, quæ temporum superiorum labe conciderant, ea sæculi felicitate tum resurgebant. Tot urbes diu sylvis obsitas, atque à feris habitatas instaurari mœnibus, & incolis frequentari: atque inter eas etiam ipsa Clivia. Quæ prius latrocinio, ut ait, Batavicæ rebellionis obsessa, demumque gravissima clade perculsa & consternata fuerat. Eam igitur tum pro admiratione meritorum nō solum, sed etiam pro miseratione casuum Romanos illos Principes attollere, & recreare voluisse: ruinarum ejus magnitudinem immortalibus libertatis suæ monumentis dignam judicasse: ut tantò esset illustrior gloria restitutorum, quantò ipsa moles restitutionis immanior. Indulsisse maximas pecunias, ac totum, si res poscat, ærarium, non modo templis, ac locis publicis; sed etiam privatis domibus reficiundis. Indulsisse non solùm pecunias, sed & transmarinos artifices, & ex amplissimis provinciarum ordinibus incolas novos; nec non ad aquæductus reficiundos vicina legionum hiberna: ut cōmodis illius urbis studio gratiæ hospitalis (ut ejus verbis dicam) operarentur, & resides aquas & novos amnes aridis fessæ urbis visceribus infunderent. Hæc & similia multa pulchrè disserit in oratione sua Eumenius. In qua veluti in tabulis pictis intueri, & undequaque Cliviæ veteris amplitudinem, atque magnificentiam priscam quisque considerare poterit. Civitatem enim semper appellat atque coloniam, non municipium, non castrum: ut magni nominis urbem,

† Diocletianus & Maximianus Imperatorum liberalitas in urbibus provinciarū restaurandis.

Cliviam à Batavis obsessam & expugnatā restaurarunt Impp. Diocletianus & Maximianus.

Aucta Cliviensium Colonia.

Clivia civitas & Romanorum Colonia.

urbem, splendidamque Romanorum coloniam multò ante Eumenii tempora fuisse colligamus. Ait enim, eam more Romano suum Capitolium, templa magnifica, & ædes sacras, aquæductus, aliaque opera publica perampla habuisse: Ex quibus conjiciunt plures majorem coloniæ partem à clivis per plana secundum Rheni ripam prolatam fuisse, quam bellorum clades atque Rheni inundationes frequentes funditus aboleverint, atque inde quasi in vestigiis remansisse vicini pagi nomen nunc, Collen, dicti. Est & aliud celebris urbis hoc manifestum indicium, quod academiam habuerit famosam: hoc est, scholas literarias publicas quas Mænianas Eumenius appellat. An à Mænio quodam cujus impensis primùm illæ scholæ ad studia exercenda juventutis provincialis fuerunt erectæ: an ob ædificii ipsius formam, obscurum nobis est. Nam plures habuisse depictas porticus, Eumenius in fine orationis ostendit: quarum projecta ad umbram faciendam, vel ad ampliandum superiora ædificia Romani antiquitus à Mænio quodam inventore * Mæniana vocabant. Hanc quidem academiam in facie, vultuque civitatis præcipuo loco positam fuisse docet, inter Apollinis templum, & Capitolium videlicet. Ut veluti cognato vicina & amica doctrinæ numina tenerent eam amplexu: quam hinc † Apollo Musagetes, inde Capitolina Minerva Athenarum conditrix è propinquo conspicerent. Hæc quidem de Eumenio, & antiqua suæ patriæ urbisque; de qua sermo nobis est, nobilitate satis dicta sint: Cui, nescio quanam levi ambitione, Belga quidam perdoctus alioquin & celebris nostri temporis jurisconsultus detrahere, immo vetustam illam academiam suffurari, & ex inferiore Germania Belgioque transferre in Æduos Augustodunum conatur. Et quo hoc magis dextrè Mercurio favente, faciat: sacram ipsius Constantii Cæsaris ad Eumenium * epistolam interpolare non dubitat, & ex eadem genuinum ac proprium civitatis ipsius nomen eradere. Nam ubi Cæsar Augustum Cliviensium oppidum nominat: vitium esse, & Augustum oppidum legi debere censet. Ergóne anonymum erit hoc oppidum? Rectè quidem, & ritè Cęsar, appellatione civitatis adjuncta, vocat oppidum Augustum, tanquam auguratò conditū; sicut omnes colonię deduci, atque muniri solent. Quemadmodum Virgilius etiam Augusta

Cliviensiũ schola Mæniana.

** Mæniana Clivu inter Apollinis templum, & Capitolium.*

† Apollo Musagetes & Musarũ medius. Minerva Athenarũ conditrix.

** Epistola Constantii Cæsaris ad Eumeniũ. Augustum oppidum quid.*

mænia regis, dixit: & item Eumenius noster Mænianas illas tecta Augusta in sua oratione nuncupat. Pulchro igitur, & apto Cæsar epitheto coloniam istam ornat, nec detrahit ejus nobilitati quippiam; eò quod oppidum appellat, non urbem; quo nomine peculiari per exochen tunc solam Romam gaudere volebant Romani Principes. Ceteræ civitates mænitæ quæcunq;, licet florentissimæ, vel Ser. Sulpicio Jurisconsulto teste, quodam tempore dicebantur oppida. Quis igitur præter Eumeniū intelligeret Constantium Cęsarem? nisi proprio civium Cliviensium nomine limitasset oppidū? quando quodcumque, ut palam est, auguratò conditum, Augustum nūcupari potest. At ego per oppidū Augustū, inquit ille, Augustodunum Aeduorum intelligo, Aeduos autem vocatos esse Flavienses, ut Augustodunum appellarunt Flaviam à Flavio Constantino, alter Eumenii panegyricus testis est. Sed quia id factum videtur post Constantii tempora: suspicor cùm hic scriptum simpliciter esset (Augusto oppido) quendam in marg.ne addidisse (Flaviensium) quod deinde in contextu irrepserit mendosè, Cliviensium. Sed bello, me Hercle, suspicionum colore fucum suæ tabulæ inducit, non ex una (veluti proverbio dicitur) fidelia duos parietes; sed ex pluribus unum dealbare, seu potius denigrare volens; ut intuentium oculos fascinet, & ad scopum suum perducat. Cogitur tamen fateri multò postea, quàm hæc Eumenii oratio de scholis restaurandis dicta est, Aeduorum civitatem sub Constantino Constantii filio primùm ex inopia resuscitatam, & Flaviam appellatam fuisse: ut non audeat epistolæ contextui Flaviensium pro Cliviensium inserere. Obscuris itaq; cuniculis aggreditur ejus urbis antiquæ fundamenta subvertere. Sed quid? stramineis an ne sublicis ipsum fodinas suas suspendere quispiam meritò dicet? cùm nisi divinationibus quibusdam, & incertis conjecturis contendit, Eumenium nostrum natione Aeduum, & patria Augustodunensem fuisse: qui tamen ne semel quidem Aeduorum aut Flaviensium in sua hac pro scholis Cliviensium oratione mentionem facit. Attamen, inquiet, olim patriam suam fraterno populi Romani nomine gloriatam esse jactitat, quemadmodum Aedui fratres Romani populi antiquitus appellati sunt. Non diffiteor. Sed illud consideret, quæso; constare quidem, quòd Aedui primi fuerint, qui

Urbis nomine sola Roma gaudebat olim.

Flavia Aeduorum.

Aedui fratres populi Rom. nuncupat. primi ex S. C.

qui fratres à Rominis appellati sunt; non tamen constare, quòd ultimi fuerint. Nam cùm Aeduus ille Orator qui Flaviensium nomine Constantino Augusto gratias egit, in oratione sua dicit quòd primi omnium inter immanes & barbaras Galliæ gentes Aedui plurimis S.C. fratres appellati sunt, quod soli consanguinitatis nomine gloriati sunt, fatetur ipse inter vetera hæc censeri, & primis bellis Gallicis contigisse, cùm à ceteris Galliarum à Rhodano ad Rhenum usque populis, ne pax quidem posset, nisi suspecta sperari. Fuerint olim soli, non tamen propterea negat, Celtarum, Belgarumque populis postea sociatis, aliisve civitatibus deinde Imperatorum auspiciis populo Romano fœderatis simile quid honoris, aut nominis indultum fuisse. Primos quidem Aeduos fuisse constat, quos in primis illis transalpinis bellis, Cæsare etiam teste, sæpe senatus fratres & consanguineos appellarat: applaudens eorum videlicet ambitioni simplici ac innoxiæ; cùm eorum utilis esset amicitia fidesque bellum gerentibus inter tot infestas nationes. Et Cor. Tacitus quidem Aeduos Gallorum solos fraternitatis hoc nomen suô tẽpore usurpasse scribit. Jam verisimile est, plures alias civitates Romanorũ potentia perculsas AEduorum exemplo similem amicitiæ necessitudinem affectasse: non quòd ad Trojanos futili vanitate suam referebant originem, sed quòd Gallorum, Germanorumque vicinorum mos semper fuerit: sitque nunc etiam, sua Celtica lingua fratres ac Germanos appellare, quos blandè, & amicè volunt affari. Quo factum fuisse videtur, ut Germanorum nomen inter eos ob Latinam significationem ubique facilius increbuerit: nimirum Romanis victoribus acceptius cùm fuerit, quàm Teutonum, cimbrorum, aliaque nomina Italiæ quondam metuenda, quæq; Romano difficile est ore profari. Cor. Tacitus Germanicarum rerum scriptor peritissimus, qui librum peculiarem de his scripsit, recens esse Germaniæ vocabulum affirmat, ac nuper * auditum apud eos, qui primi, Rhenum trangressi in Galliam, nunc Tungri, nunc Germani vocabantur, atque nomenclationem gentis evaluisse paulatim, ut omnes primùm à victore ob metum, mox à seipsis, invento nomine, Germani vocarentur. Atq; hoc modo mihi videtur intelligendus Taciti locus ille, depravatis in exemplaribus non parum alioquin obscurus.

Et alios postea Galliarum populos fratres populi Rom. appellatos fuisse.

Causa cur facilè transalpinis fraternitatis nomen indulserint Romani.

Quosnam fratres Galli Germanosq; vocent.

Taciti opinio de nominis Germanorũ origine.

** Additũ, in vulgatis legitur, mẽdosè ut fallor.*

Strabonis sententia.

Strabo probatus, & diligens regionum, populorúmque descriptor à Romanis vult inventam appellationem. Qui cùm primum transgressi Rhenum eos populos animorum feritate, moribus, & corporum forma, ac magnitudine, vivendique ritu Gallis persimiles esse vidissent: germanos eos, id est, fratres Gallorum nominarunt. Jam verò cùm se mutuò, ut dictum est, peculiari quodam more Germanos, sive fratres sua lingua consalutent: non mirum est, hoc nomen apud Romanos semper in usu remansisse: cùm præsertim utriusque vocis significatio in sua quæque lingua ferè sit eadem. Nil enim aliud Germain Celticè vel Teutonicè significat, quàm omnino vel planè meus: quemadmodum frater Latinè ferè alter ego. Si enim frater mihi ferè alter est, profectò planè meus etiam esse debet, cùm ego meus esse non possum. Itaque frater & gremanus vix quippiam inter se significatione discrepant. Nec obstat populari atque indigena lingua vocem illam aliud etiam significare, atque per Germanos notari Teutonicè planè viriles; aut, ut Joannes Goropius in Becceselenorum Advaticis contendit, raptores, vel corrasores. Non enim rarò fit ut una vox vel in eadem, vel diversis in linguis diversa significet. Nobis utiqui satis in præsentiarum erit, hic demonstrasse, quo pacto Romanis Galliarum etiam populos plures visum suomet nomine germanos, id est, fratres nuncupare. Nec puto quempiam prorsus asserere posse, nullis aliis fœderatis aut amicis populis, præterquam AEduis, licitum fuisse vicissim Romanos fratres suos appellare; præsertim cùm in iis provinciis more gentico, nec non antiquo fuerit hoc admodum familiare. Non, inquiet, legimus hoc ullo S. C. publicóve decreto, genti cuipiam, AEduis exceptis, concessum fuisse. At potuit tacito populi Rom. consensu, quamvis expressè scriptis proditum non est: potuit denique Imperatorum auctoritate ac indulgentia concedi: quos constat postea plurimas atque præcipuas Galliarum civitates, coloniis deductis, augmentasse, honoribus, privilegiis, ac immunitatibus multis affecisse. Non videtur itaque solum fraternitatis nomen his denegatum fuisse: quibus hoc placuisset: cùm civitatis Romanæ summa jura dederint, socios ac amicos appellarint. Atqui ne longiuś à provincia nostra discedamus: Quid dicendum de Batavis vicinis? in quorum

Germani Gallorum fratres appellati.

Varia nominis illius etymologia.

Frater & Germanus idem ferè significant.

** Batavi fratres & amici Romani populi.*

**Vetera castra Romanorum nunc Britthem in finibus Batavorum ad littus Oceani.*

**Lucēses &*

quorum finibus supremis Cliviensium colonia tanquam specula populi Rom. ac propugnaculum Rheno imposita fuit. Hos etiam antiquitus constat * fratres & amicos Romani populi appellatos, ac eo titulo gloriatos fuisse Septimii Severi, & Antonini Caracallæ temporibus. Et docent hoc ædificiorum monumenta antiqua in * veteribus Romanorum castris inventa: quorum fundamenta ex quadratis saxis ingentibus adhuc aliquando visuntur inter * Lucensium municipium & Lugudunum Batavorum in ipso Oceani litore, cùm hibernæ tempestatis alicujus vehementi impetu, atque inundatione eluuntur arenarum tumuli, quibus alioquin ferè semper obteguntur. Ibi sępe vicini pagani, signa, nummos, & multas antiquarum rerum reliquias inveniunt, saxaque inscripta Romanis titulis, ac characteribus extrahunt: quorum nonnulla deinde translata in Lucensium municipium (nunc Hagam Comitis appellant) ipsemet vidi. Atque inter alia, tabulam illam, in qua L. Septimium Severum, & M. Antonium Caracallam Augustos legimus in iisdem castris armamentarium cohorti Voluntariorum decimæ quintæ restituisse sub Valerio Pudente proprætore, & Cæcilio Batone præfecto cohortis. Quam tabulam refert Gerardus Noviomagus antiquitatis Batavicæ collector doctus ac diligens sua ætate è ruinis illis erutam fuisse cum aliis inscriptionum fragmentis, & operum publicorum titulis eorundem non solùm Imperatorum, sed etiam Claudii, Trajani, ac Hardriani vetustiorum. E quibus fragmentis Batavorum auxiliarium (quorum cohortes plures Romanis perpetuò militabant) titulum talem saxis inscriptum adducit.

GENS. BATAVORUM
FRATRES. ET. AMICI.
ROMANI. IMPERII.

Equidem hunc titulum ipse non vidi apud alia fragmenta quæ in Wassenariorum ædibus apud Lucenses extant. An verò possessorum incuria perierint hæc saxa, aut aliò translata sint, obscurum nobis est. Memini tamen exscriptum me etiam vidisse apud alios, & apud amicum Carolū Langium antiquitatis mirè studiosum, ejusdem generis fragmenti

Lugdunū à luco in Batavis ol m celeberrimo, quorū mentio in antiquis Batavorū monumētis reperitur.

Tacitus annalium lib. xx sacrum nemus appellat, ubi Civilem refert primores gentis epularū specie cōvocasse & ad rebellionem concitasse. Manēt adhuc luci sacri magna reliquia. & vicus celeberrimus, in quo sedes Batavorū Principum ab antiquo fuit.

Hagam Comitis nova nomine nūc vocant.

fragmenti exemplum ex schedis Ludovici Vivis,ut dicebat, exscriptum:

Votum pro salute Antonini, & Geta principum.

FORTUNÆ AUG. SAC.
PRO SALUTE ITU AC
REDITU D. D. NN.
M. AUR. ANTONINI PII
AUG. ET P. SEPTIMII
GETAE NOBILISS. CAES
CIV. BATAVI
FRATRES ET AMICI P. R.
V. S. L. M.

Quod votum à Batavis solutum fuisse videtur, cùm isti duo Principes, patre Suero in Britannia mortuo, cum ejus cineribus per Galliam reverterentur, Romam properantes. Verùm enimverò cuivis ex veteri historia facile persuadebitur, Batavorum res sub Imperatoribus Romanis admodum floruisse, atque illos sæpius eximiis honoribus, ac libertatibus ornatos fuisse: jam antea multò per Gallias, Germaniasque potentiam armis nacti cùm fuissent. Nam origine quamvis sint Germani (Cattorum quippe populus quondam, ut Tacitus auctor est, seditione pulsus demostica, & Rheni insulas, extremaque Galliarum transgressus) semet tamen ab initio, à Gallorum Romanorumque jugo vindicarunt. Et quidem C. Cæsar eos bello non videtur molestasse, cùm in suis commentariis controversiæ ullius cum Batavis ne semel meminerit: sed armis exercitam gentem, per amicitię atque societatis speciem, libertate manente, Romanis primum conciliatam, atque inter auxiliarios sensim merere cœpisse, ex Tacito, & aliis colligimus. Hinc est, quod ille de Batavis in lib. de Germanorum origine ac moribus scribat: Manet honos, & antiquæ societatis insi-" gne. Nam nec tributis * contemnuntur, nec publicanus atterit: exempti oneribus, & collationibus: & tantum in usum prœliorum sepositi, velut tela, atque arma bello reservantur. Idem lib. historiarum quarto; hos ait, viros tantum ac arma imperio ministrare: atque diu Germanicis bel-" lis, mox aucta per Britanniam gloria fuisse exercitos; trans-" missis illuc cohortibus, quos vetere instituto nobilissimi populorum

A Cattis oriundi Batavi semper liberi.

Batavi immunes à tributis & vectigalibus.

**Cõtenuãtur fortè pro attenuantur.*

pulorum regebant. Hæc quidem considerantibus non mirum videbitur, quod ab antiquo sociis, & amicis populi Romani Imperatores inter alios honores fraternitatis blandum, ac gratum nomen concesserint: cùm eorum plurimi Batavorum fida militia ad corporis etiam custodiam, Suetonio alijsque testibus, usi sint. Quod igitur Eumenius Rhetor patriam suam in agri Batavici principio positam, olim fraterno populi Romani nomine gloriatam fuisse dicit, verum esse facilè inducar ut credam: non tamen iis verbis persuadeor, ipsum AEduum, aut Augustoduno natum fuisse. Nec ex ejus orationé hoc colligi posse existimo, in qua AEduorum vel Augustoduni mentio nulla reperitur. Iam verò quod ille Belga conetur hoc idem ex aliis incerti auctoris tribus orationibus colligere, quas ejusdem esse scriptoris, ejusdem civitatis commendationem continere ex phrasis atque rei similitudine imaginatur, planè frivolum est. Sit in his orationibus quædam phrasis atque etiam argumenti similitudo: Quid mirum? cùm ejusdem ævi, & provinciæ sint rhetorum; cùm eorundem ferè Imperatorum laudes, res gestas, ac diversa beneficia encomiasticè tractent. Etenim ex quatuor illis Panegyricis, quas Eumenii esse judicat, duæ dictæ sunt Constantio chloro Cæsari à Maximiano Herculio adoptato: aliæ duæ Constantino Magno ejusdem filio. Prima quæ incipit, Si mihi Cæsar; est gratulatoria de Britannica Batavicaque Constantii victoria: quod bellum Maximiani Imperatoris jussu, & auspiciis post adoptionem confecerat, cujus etiam ipse in suæ orationis fine meminit Eumenius. Hanc dixit AEduus quidam orator, qui in Palatio ab arcanis Principum aliquãdo fuerat, & post indultam quietem ad ruris studium secesserat. Non igitur hic Eumenius fuit, qui in aula Constantii Cæsaris magister memoriæ fuerat, & ejusdem deinde jussu duplicato cum stipendio scholis cliviensibus est præfectus. Verùm primæ hujus orationis titulum esse falsum, miror Beatum Rhenanum, atque Belgam nostrum non animadvertisse. Ex ipsa enim oratione haud dubiò palam fit, Constantio Cæsari, non Maximiano Aug. dictam esse. Cæsarem enim semper Principem, cùm eum alloquitur, & in fine orationis, Constantium appellat: non Imperatorem, non Augustum, nisi uno in loco mendoso, ubi legitur: Quid faciam Cæsar Aug? „

Duces eorum cohortium erant nobiles indigenæ.

Batavi Imperatorum Rom. satellites & custodes corporis.

Rectè Eumenius de Patria sua.

Alias incerti auctoris orationes panegyricas tres Eumenij non esse.

Prima panegyrica argumẽtũ.

Quis auctor primæ.

Primã panegyricam falsò inscriptam esse Maximiano Augusto.

Ignosce

Menda tollitur. Ignosce si moror. Et tollenda profecto superflua vox, Aug. quæ scribæ librarii negligentia contextui irrepsit. Etenim vivo adhuc Maximiano Augusto dicta est hæc oratio, qui ex more sibi titulum Imperatoris, & Augusti, quoad cum Diocletiano se imperio abdicaret, reservavit. Est & aliud argumentum liquidum prorsus Constantio dictam orationem illam esse. Vbi enim rhetor AEduus per apostrophen flectit orationem suam ad absentem Maximianum Aug. declarat eum bello Britannico non interfuisse: sed eum repentè ex Italia in Gallias venisse dicit, & Rheni ripam observasse, ne quid novi motus ab Imperii hostibus Germanis absente exercitu ibidem excitaretur, dum Constantius Cæsar Gessoriacum capit, & Britanniam classibus invadit. Ex dictis igitur luce clarius fit, Constantio Cæsari hanc orationem esse dictam post bellum confectum: Sed quonam in loco, vel qua in urbe sit habita, nobis obscurum est. Facilè tamen adducor, ut credam in AEduis fuisse; cum ejus civitatis urbes etiam, ut ubique per Gallias, Principũ illorum jussu restaurarentur, quemadmodum in orationis fine rhetor AEduus indicat. Alteram de scholis Cliviensium, quæ sine controversia Eumenii est, hinc etiam colligimus, non admodum diverso tempore coram p̃side Galliæ dictam esse. *Secundam panegyricã Eumenii esse.* Nam Eumenius etiam prædicat sui sæculi felicitatem, qua plures urbes, insulæ, & civitates eorũdem Principum liberalitate, ac beneficentia terrarum ubiq; resurgebant. Reliquæ duæ orationes sunt item quasi cõtemporaneæ- sed aliquot annis post dictæ Constantino Magno Constantii filio. *Tertia panegyrica argumentũ.* Quarum una gratiarum actio pro Flaviensibus debito sublevatis Aedui cujusdam Flaviensis est, qui se privati studii literarum oratorem appellat, ut non videatur in Palatio meruisse: quod alioquin non subticuisset, *Quis auctor tertiæ.* præsertim si fuisset Eumenius. Dixit autem hanc Treviris patriæ suæ nomine anno imperii Constantini quinto. *Quarta argumentũ.* Altera quæ incipit. Facerem. Aliquot annis pòst ibidem dicta est eidem Constantino, cùm ejus urbis per ipsum restitutæ natalis celebraretur. Prorsus est encomiasticaConstantini, & patris Constantii, majorumque res præclarè gestas laudibus evehens. *Quis auctor quartæ.* A Belga quodam artis oratoriæ publico professore dictam esse, Beatus Rhenanus opinatur. Ipse Rhetor vocem suam diversis ocii, & Palatii officiis exercitam dicit, ac

suam

suam patriam calidis fontibus, quibus perjuria puniuntur, & Apollinis sacro luco celebrem, atque olim etiam fraterno populi Romani nomine gloriatam jactitat: cujus tamen verum nomen non exprimit. Nisi fuerit Aquisgranum, videant docti, apud quámnam urbem Belgicæ vetustam thermæ ejusmodi medicæ reperiantur. Hæc igitur quæ ex ipsis oratorum verbis collegimus, satis demonstrant, non unius Eumenii orationes illas quotuor esse, cùm una dumtaxat ejus sit nomine inscripta: Quam constat ipsum in patria, coram præside Galliæ de scholis Cliviensium civium suorum restaurandis habuisse. Eadem oratione salarium suum Constantii Cæsaris liberalitate duplicatum ad ædificia scholarum publica restauranda præsentavit, quoad usus (ut ipse ait) posceret: non ut quidam nunc somniant, in annuos reditus academiæ in perpetuum relinquens. Jam verò gratiarum actionem, quæ Flaviensium nomine hujus Constantii Cæsaris filio Flavio Constantino Treveris est dicta, diligentius examinemus, & cum Eumenii oratione comparemus. Ea namque plurimum innititur hoster Belga, quod constet ab AEduo dictam esse, & pro Aeduorum civitate Flavia: sibi libenter persuadens, & hanc Eumenii esse orationem, propter styli argumentique vicinitatem, quo Eumenium ex Belga Celtam faceret, & eadem opera Cliviensium illam academiam Augustodunum transferret. Quasi jam planè constaret, Flaviam illam Augustodunum fuisse: cujus urbis ne nomen quidem: ut dixi, in ipsa oratione reperimus. Non ibo tamen inficias, quin Augustodunum olim Tiberii Cæsaris successorumque temporibus apud Aeduos florenti in culmine steterit: Augusti Cæsaris enim auspiciis, velut nomen ipsum subindicare videtur, eam urbem incrementa primum sumpsisse suspicor. Nam Cæsar dictator in belli Gallici suis commentariis, Augustoduni non meminit, cum tamen Aeduorum plures alias urbes primarias nominet, veluti Bibracten, Cabillonum, Noviodunum, Matisconam & alias: Et quamvis Tacitus Annalium tertio, ubi Aeduorum ob magnitudinem æris alieni rebellionem Julio Sacroviro duce sub Tiberio cœptam refert, Augustodunum caput tum gentis fuisse, declaret, ubi nobilissima Galliarũ soboles liberalibus studiis operabatur: haud obscurũ tamẽ nobis est, variis eã temporũ successu cladib⁹, ac calamitati-

Calidi fontes Apollinis lucus.

Falsa opinio quorundam.

Eumenius & Flaviensis orationes diligentius examinantur.

Augustodunũ Aeduorum caput quando.

Cæsar in suis commẽtariis Augustoduni non meminit.

Augustoduni celebris academia, ubi Sacrovir iuventutem Gallicã studiosorũ ad XL. milia cõtra Rom. arma verat.

mitatibus oppressam succubuisse. Urbibus etenim, atque ædificijs non secus ac hominibus suum quoq; senium suaque mortalitas sequitur: Ammianus enim Marcellinus ejusdem temporis, quo panegyricæ orationes istæ sunt habitæ, scriptor, & Eumenio coævus, qui historiam suam à Nervæ principatu adusque Valentis Aug. interitum deduxit lib. XV. in Galliarum descriptione mœnium Augustoduni magnitudinem vetustam in Lugdunensi prima collocat:& libro sequenti scribit Fl. Claud Julianum Cæsarem à Constantio Aug. Constantini Magni filio ad recuperandas Gallias cum exercitu missum Viennæ in itinere intellexisse Augustodunum à Germanis captam, atq; civitatis antiquæ muros spatiosi quidem ambitus (ut ejus dicam verbis) sed carie vetustatis invalidos barbarorum repentino impetu incessos esse. Si tanta tum vetustatis caries Augustodum fuit,non videtur Eumenij sanè patria fuisse, quā tanto cum gaudio non multis antè lustris suum Constantium Cæsarem Augustorum ex voluntate, profusis Imperii sumptibus in pristinam magnificentiam plublica ædificia cuncta restaurando, evehere viderat, ut oratione sua testatur. Nec vetusta mœnium, ædificiorumque caries in Eumenij patria notari sub Iuliano rectè poterat,ut in Augustoduno non semel Marcellinus facit. Eumenius insuper patriam suam olim fraterno populi Romani nomine gloriatam, tunc demum gravissima clade perculsam fuisse dicit, cùm latrocinio Batavicæ rebellionis obsessa, Romani principis auxilium flagitaret. Eam idcirco dictos Imperatores, Cæsaresque suos non solùm pro admiratione meritorum,sed etiam pro miseratione casuum attollere,& recreare voluisse,ipsamque ruinarum ejus magnitudinem immortalibus liberalitatis suæ monumentis dignam judicasse. Cùm hæc apud Eumenium legamus, cui,quæso, facilè persuadebitur, Batavos rebelles ab Oceano, & extremis Belgicæ finibus per tot regiones,ac populos, tot civitatibus fœderatis,tot validis legionum castris, ac Romanorum coloniis à tergo relictis in celticam mediam penetrasse: atque in Lugdunensi prima, quasi Alpes, ac Italiam invasuri, Augustodunum,non aperto Marte, sed quasi per latrocinium obsedisse? Certè facilius erit credere,Batavos rebelles potius vicinam Cliviensium coloniam Eumenii veram patriam obsidione gravi ad excidi-

Eumenij patriam nō diu ante Iuliani tempora fuisse restauratā.

Probatur ex situ utriusque Civitatis, Augustodunū Eumenij patriam nō fuisse.

Batavi procul ab Aeduis dissiti,

excidium usque pressisse. Cùm autem Eumenius dicat Cliviensis obsessos Romani Principis auxilium irrogasse, sanè videtur hoc ante Diocletianum ac Maximianum Augustos contigisse, quando adhuc unus Princeps Romanum imperium regebat: nimirum sub Tacito, cùm post Aurelianum interfectum Galliæ sæpius turbarentur: ut non solùm Bataviam Franci, Saxones, aliæque barbaræ nationes Alamannicæ occupaverint: sed & maximas quasque Galliarum urbes ceperint, atque vastaverint. Hinc Flavius Vopiscus scribit, Taciti successorem Aurelium Probum Imperatorem sexaginta Galliarum nobilissimas urbes à barbaris recepisse, atque inter eas item fortasse Cliviam Eumenii patriam: Principe à militibus item occiso, variis barbarorum motibus rursum Galliæ conquassabantur, donec Diocletianus Jovius Augustus consortem Imperii Maximianum Herculium legisset; Galliamque Imperio vindicandam illi, cum aliis transalpinis provinciis, tradidisset. Is tumultus in Galliis omnes mira celeritate compressit. Interim tamen amissa Britannia simul cum Batavia duce Carisio rebelle Romano, sed insigni archipirata cum Francis atque Saxonibus colludente: quem Germani Bataviique sua lingua Carausium tunc nuncupabant, ipso non invito, sicut ex nummis ejus colligere possumus. Hic cùm Britanniam septennio tenuisset, ab Allecto socio est occisus. Allectus, cùm triennio ferè Romanos exclusisset, ab Asclepiodoto prætorii præfecto victus est. Itaque tandem post decennium à Constantio Cæsare, ut antè declaravimus, Britannia, Gessoriaco capto, locisque munitis expugnatis rursum subjugata, piratisque devictis, Batavia recuperata fuit. Cujus quidem victoriæ laudes ejus temporis panegyristæ sæpius decantant, nec eas præteriit Eumenius in suæ orationis epilogo, ubi de Menianarum picturis loquitur. Aut, inquit, sub dextera tua, domine Constanti, Bataviam, Britanniamque squalidum caput silvis ac fluctibus exerentem recolant. Et tota quidem oratione Imperatorum Cæsarumque victorias atque virtutes prædicat, qui hostibus ubique pulsis, orbeque Romano pacato, suis auspiciis tot urbes desolatas instaurabant: insulas & provincias barbarorum inundatione, velut fluctibus, opertas denuo ad humanos cultus, pristinumq; nitorem resuscitabant. Non secus ac in AEgeo quondam mari Delos insula repentè emer-

Quo ferè tēpore Clivienses à Batavis obsessi.

Franci & Saxones Gallias vastant.

Maximianus Aug. Gallias pacavit.

Britannia & Batavia perdita.

Britannia, Batavia; post decennium recepta.

Delos insu-

in Aegeo mari subito nota. tè emergens è fundo in mediis aquis brevi florida pulchraque visa est: sic etiam divinis Augustorum ac Cæsarum meritis renasci urbes, insulas, atque provincias: nempe Britanniam, Bataviam, vicinamq; Belgicam ac Germaniam. *Britannia continuis bellis afflicta.* Britanniam affirmat graviore bellorum ruina depressam tum jacuisse, quàm si perfuso tegeretur Oceano: sed eandem profundissimo Pictonum gurgite liberatam ad conspectum Romanæ lucis emersisse. Adjicit deinde, non minore clade per Francos afflictam fuisse Bataviam cum vicina Germania: in qua tunc erat, cùm pro scholis patriæ suæ diceret. *Batavia per Francos devastata.* Et quamvis provinciam non nominet expresse, tam graphicè nihilominus eam describit; ut veluti in tabula depictam exponere videatur, ac tanquam digito verbis hisce demonstrare. *Aliud argumentum quod Eumenius Augusto-duni non dixerit.* " Aut hæc ipsa, dicit, quæ modo desinit esse barbaria, non magis feritate Francorum, velut hausta, desiderat: quam si eam circumfusa flumina, & mare alluens operuisset? Nam quid ego alarum & cohortium castra percenseam toto Rheni & Istri & Eufratis limite restituta? Hæc non in Celtica quidem Eumenius, non apud Æduos Augustoduni, me hercle, dixit: quemadmodum ille Belga contendit. Ubi enim Æduis alluens mare? ubi circumfusa flumina, quæ montes illos operire possent? At Batavos suis ramis circumfundit Rhenus ipse, Belgas Germanosque inferiores vicinos Mosa, Schaldis, aliaque flumina: alluunt ubique Oceani sinus, ac maria amplissima: quæ nisi vastis aggeribus coërcerentur, haud dubio major illius provinciæ pars aquis absorberetur, pontusq; fieret. *Batavia & inferioris Germaniæ situs.* Ruminet quantum velit Ædui illius orationem Belga noster: non puto, inveniet eum provinciæ situm, quem Eumenius hic exprimit: non talem civitatis Flaviensium formam, statum, aut conditionem, qualem de patria Cliviensium urbe prædicat. *Collatio duarum orationum, Ædui pro Flaviensib. & Eumenii pro scholis.* Divum Constantium Constantini Aug. patrem, dicit ille, civitatem Æduorum ob recentia, & prisca merita voluisse jacentem erigere, perditamq; recreare: non solum pecuniis ad calendaria largiendis, & lavacris, quæ corruerant, extruendis, sed & metœcis undique transferendis; hoc est, solitudinem ejus frequentando. *Constantii erga Flavienses beneficia.* Sed quid Eumenius? Impp. Diocletianum, Maximianum, Aug. Constantium & Galerium Cæsares dicit patriam suam Batavicæ rebellionis clade perculsam publicis ærarii impēsis restaurasse, ac penitus in vitā resuscitasse,

maximas

maximas pecunias,& totum, si res poscat, ærarium nō templis modò, ac operibus publicis reficiendis, sed etiam privatis domibus indulsisse: nec pecunias modò, sed etiam artifices transmarinos, legionum ex hibernis operas, & alia ingentia commoda quæ singulatim deinde recenset. Consideret ista lector emunctæ naris, & conferat utriusque orationis loca, quæ licet prima fronte similia ex parte videantur: non spero tamen confestim ejusdem auctoris,ut ille, judicabit: & ab eodem rhetore, de eademque civitate dictas esse. Nam Flaviensium Rhetor coram Constantino Aug. & in maximo procerum comitatusque Palatini auditorio dicit se sponte nuncium patriæ suæ suscepisse, ut esset jam non privati studii literarum, sed publicæ gratulationis orator: & ut in perampla urbe celeberrimoque conventu gratias ageret, ne meritorum ipsius magnitudo vel obscuritate loci vel propter adsistentium paucitatem minus pro dignitate divulgaretur,aut iret in populo, ut ejus verbis dicam. Hæc ne tam frigidè ad Constantinum Eumenius? qui non animo tam adjecto, tam ab omni appetitione laudis alieno, velut ipse fatetur, fuit; ut non quantulamcumq; memoriam suorum excitare, & sibi aliquid secundæ opinionis cupierit acquirere? Cur non potius, nisi velit ingratus erga principes suos videri,bene meritorum patris reminiscitur apud filium? Cur subticuit à Divo Constantio se ex scholarum sordibus ad Palatinam dignitatem,&ad sacræ memoriæ magisterium cum CCCHS salario evectum? atque eodem deinde duplicato, dignitatisque Palatinæ privilegio salvo, sacrorum penetralium ab arcanis ad Musarum rursus adyta translatum fuisse? cum honorifico ejusdem decreto, ut in patria Gallicæ juventutis instituendæ caussa professionem oratoriam exerceret in Mænianis liberalium artium publicis. Easdemque scholas, ita ab antiquo nominatas, pulcherrimo quondam opere, & studiorum frequentia, celebres & illustres, sed tum interitu summi doctoris orbatas, vetustate collapsas sui salarii impensis restaurata se voluisse; Principisque sui præclaram illam libertatem patriæ expensam rettulisse: atque ipsi potissimùm ædificio augustissimo literis dedicato (in quo quondam avum suum docuisse intellexerat) in pristinum decorem erigendo delegasse. Mirum, me Hercule, quòd ne verbulo quidem hæc sui Principis, suaque beneficia

Constantii aliorumq; principum erga Clivienses beneficia.

Flaviensiū Rhetoris conditio.

Eumenius φιλότιμος, & eius cōditio.

Eumenii liberalitas erga patriam.

beneficia attigerit; dum alia tamen Constantii erga Flaviam civitatem merita recenseat. Sed fuit alius is orator, non Eumenius, qui Constantino patriæ suæ nomine gratias egit. Diversa etiam recensentur in duabus illis orationibus Constantii, & Imperatorum bene merita diversis urbibus impensa. Aliud enim est Flaviæ pecunias ad Kalendaria largiri; id est, ad menstruas rationes onera civitatis publica liberaliter sublevare: aliud Cliviæ, ut Eumenius ait, maximas pecunias, & totum, si res poscat, ærarium non templis tantum, Capitolio, ac locis publicis, sed etiam privatis domibus reficiundis indulgere. Aliud item lavachra Flaviæ, quæ corruerant extruere: aliud militari labore legionum Cliviæ resides aquas & novos amnes veluti aridis fessæ urbis visceribus infundere. Nec idem rursus videtur metœcos Flaviæ transferre: hoc est, inquilinos mutare, & artifices transmarinos Cliviam, & ex amplissimis provinciarum ordinibus incolas novos deducere. Hæc, similiaque non sinunt ut credam, ad Eumenium pertinere illam orationem pro Flaviensibus dictam; & ob leves quosdam Belgæ illius conjecturas Cliviensium nomen ex Constantii Cæsaris epistola eradendum esse, ut ad ejus lubitum Eumenius AEduus fiat, & Augustum oppidum Augustodunum. Quare torqueat enthymemata sua quò velit, apud æquum tamen judicem non facilè temeritatis se culpa purgabit, quòd Constantii Cæsaris epistolam mutilarit, quodque Clivienses antiquo Romanæ civitatis jure ac privilegio, fraterno populi Romani nomine, nec non celeberrimis ingenuarum artium scholis Mænianis spoliare voluerit. Accedat præterea, non liquere ex Aedui Rhetoris oratione Flaviam illam Augustodunum fuisse. Etenim ne semel quidem hoc nomen exprimit. Flaviam illam suam Aeduorum civitatem semper nominat. Si per civitatem intelligat omnem Aeduorum populum iisdem legibus viventem, ut sæpe Cicero, Cæsar, veteresque scriptores, vel universa provincia vel omnes Aeduorum urbes Flaviæ vocari debebant. Si una dumtaxat urbs fuit rhetoris illius patria, sicut ex ejus oratione variis locis colligi potest: non mirum si quis dubitet, quænam hæc fuerit, cùm vetus nomen ejus non edatur in oratione. Haud tamen diffiteor quin caput gentis, & una fuerit ex præcipuis, cùm civitatem semper vocet. Sed Augustodunum non semper caput

Diversa Constantii & aliorum principum erga diversas urbes merita.

Ad Kalendaria largiri.

Metœci.

Civitas quid.

caput gentis fuisse, jam antè docui, neque solam apud Aeduos civitatem appellari solere, rhetoris ejusdem verba declarant, ubi ait Constantinum Aug. illachrimasse ceteris illius regionis civitatibus, propter earum vastitatem, quam transeundo viderat. Cur non itaque per Flaviam Aeduorū, Bibractem intellexisse rhetorem, eodem modo divinare nobis licebit? ut reor licebit, & evidentioribus fortassis argumentis poterimus. Est etenim urbs antiquissima, & C. Cæsari transalpinam Galliam invadenti ab initio cōmoda, & fida, cùm Helvetios per eorum fines persequeretur. Is longè maximum, & copiosissimū oppidum & apud Aedus auctoritatis maximæ vocat, ubi cum legionibus, ob frumenti rerumq; exercitui necessariarum copiam, ac facultatem, hibernavit aliquoties, & jus dixit: ubi item totius Galliæ civitatū conventus habiti sæpe sunt. Nec discrepant, quæ de Flavia sua rhetor dicit, enarrans AEduorum erga populum Romanum vetera beneficia: cùm scilicet finitimę nationes (Sequanos & Arvernos fuisse Cæsar scribit) Aeduis ob Romanam amicitiam infestę Germanis auxiliaris dominis accitis, illos Ariovisto duce vicissent, & oppressissent: Tum Principem Aeduum (quem Divitiacum Cæsar vocat) Romam ad senatum venisse; rem docuisse, atque ope impetrata Romanum exercitum, Cæsaremq; trans Rhodanum induxisse primū. Atque tum Aeduorum civitatem hibernis hospitaliter præbitis, suppeditatis largiter commeatibus, armis fabricandis, peditum equitumque copiis auxiliaribus Romanos juvisse: immo totum quod Rheno, Oceano, Pyreneis montibus & cunctis Alpibus continetur, eorum imperio tradidisse. Hæc de universa Aeduorum gente vel civitate rhetor jactitat, cujus tunc caput, ut ex Cæsaris etiam verbis colligitur, Bibracte fuit. Hanc autem in fine orationis suæ nominat, dicens ad Constantinum Aug. Flavienses nomen ipsius jam non antiquum accepisse, & mox adjiciens: Bibracten non semel, sed ter antea suum nomen mutasse: coloniarum, ut autumo, totiens eò deductarum occasione, cùm Romani Principes attritam bello diversis vicibus restaurarent. Verum cùm dicat ad Constantinum orator his verbis: Nos nomen tuum accepimus: Cur non potius, si Augustodunensis erat, subjungit quoties Augustodunum prius nomen mutasset. Nam absurdè profectò subjungit hoc idem de Bibracte, si

Constantini pietas.

Bibracte Aeduorū.

Ariovistus.

Divitiacus Aeduorum Princeps.

Bibracte quotiens nomen mutarit.



Epilogus orationis pro Flaviensibus mutilus.

Bibractinus non fuit. Utinam epilogus ille non truncus, & in ultima periodo non nimium mutilus ad nos pervenisset; omnem dubitationis hujus ansam fortassis auferret. Verba ejus ultima adducam, ut habentur in exemplaribus: lector ipse, velim, judicet, & ex unguibus metiatur. Omnium, in-
„ quit, sis licet dominus urbium, omnium nationum; nos ta-
„ men & nomen accepimus tuum non jam antiquum. Bibracte quidem huc usq; dicta est Julia, Polia, Florentia: sed Flavia est civitas Æduorum. Præclara scilicet hæc est aposiopesis, qua suam in tanti Principis præsentia, tantoq; in consessu & auditorio orationem finit orator. Ceterum non ejus, mihi crede, hoc artificium: fortunæ potius ac temporum injuriis hoc imputandum est, quibus omnia deteruntur, & vitiantur. Demonstrant etenim hic desiderari verba quædam, non solùm ipse sensus imperfectus, verumetiam Beati Rhenani exemplaria: in quibus ante vocem; Dixi; in ejus generis orationibus, semper ultimam, unius, atque alterius lineę spacium vacuum remansit. Verùm ut sententia expleri debeat, ingenioso lectori judicandum relinquo. Mihi quidem sic ferè dixisse videtur: Sed Flavia est civitas Aeduorum hæc immortali tuo Imperator Auguste beneficio in perpetuum nuncupanda. Aliorum alia sit, mea pace, sententia, nemi-
„ nem tamen puto judicaturum, nihil eo loco desiderari. Sed
„ vehementiore vento nunc longius evehimur. Spero tamen veritatis amicum, ac historiæ veteris studiosum lectorem disceptationis hujus tædio affectum non esse: immo potius propter variam, & distinctam rerum cognitionem volupe illi fuisse, interiore mentis obtutu cursum istius velitationis hactenus prosequi. Jam porrò satis me Clivienses nostros antiquæ nobilitatis suæ possessioni vindicasse spero, & tempus esse existimò, ut agri vicinioris nobilissima, ac celeberrima Romanorum castra ejusdem Principis ditioni, ac gubernaculis subjecta ex ignorantiæ tenebris eruam, ut antiquo provinciæ statu, quemadmodum pollicitus sum, declarato, tandem ad propositum historiæ nostræ cursum veniamus. Agendum igitur nunc de proximis in eadem Rheni ripa legionum hibernis, quibus Veterum nomen erat. Hæc enim mox ab initio Clivium C. Cæsaris castrum, aliaq; e in iis locis præsidia celebritate, & amplitudine sua non parum obscurarunt. Quod in causa, ni fallor, fuit, ut nisi admodum

Bibractes antiqua nomina.

Quibus verbis suppleri possit epilogus ille mutilus conjectura.

Transita Cliviensium antiquitatibus ad Veterũ castrorũ coloniæ que Trajanæ descriptionem.

Vetera legionum hiberna.

dum serò reperiatur Cliviensium mentio apud antiquos Romanarum rerum scriptores. Extructa quidem fuere XV. plus minus miliaribus altius, in eo Rheni flexu, ubi plerumque Tentheri, Usipetes, Bructheri, aliæque Germanicæ nationes secundum Luppiam amnem trajicere, Rhenum, ac in Belgicam transire solent. Posuit autem non diu post C. Cæsaris mortem Augustus Octavianus, cùm ille devicto M. Antonio & Cleopatra, pace per orbem terrarum parta, provinciarum ac Imperii limites statueret. atque Gallias à Rætorum finibus per fluminis Rheni ripas ad Oceanum usque adversus Germanos præsidiis firmaret. Tum etiam Vetera muro, turribus, ac vallo in tantam amplitudinem munita sunt, quemadmodum Cornelius Tacitus memorat, ut duæ legiones in his manere, commodéque se tueri possent. Quippe illis hibernis Augustus obsideri, premique Germanias posse crediderat; quorum pars in collem leniter assurgebat, pars æquo campo adiri poterat. Nec tamen diu se continuit vallo, murísve castrorum Romanus; qui subactis jamdudum circumquaque provinciis securus, nunquam id malorum arbitrabatur fore: ul ultro legiones oppugnatum hostes venirent. Itaque passim per vicinam regionem effusus, haud procul castris in modum municipii extruere ædificia, villas, prædiáque excolere, oppida, pagos, & castella sparsim habitare cœpit. Quæ tamen longæ pacis opera frequenter, bellis subortis, fuisse subversa constat. Veluti Vitellianis temporibus, eodem Tacito referente, contigit; cum Batavia, Galliæque præsidiis Veteranorum propter civile bellum denudatæ rebellabant, & à Claudio Civile Batavorum duce Vetera castra oppugnata, captáque fuerunt. Rursum sedatis tumultibus, Vespasianorum auspiciis primùm, ac deinde sequentium Imperatorum sæpius pro temporum conditione, ac Imperii statu restaurata, adampliatáque fuisse, Romanæ historiæ demonstrant. Trajanus autem Augustus, qui Coloniæ Agrippinæ Galliā Germaniámque regens per Nervæ Aug. adoptionem imperium adeptus est, istos ad Rhenum limites, longè latéque munivit, atque ut Eutropius testatur, urbes trans Rhenum in Germania multas reparavit: Is adjecit Veteribus nova castra, quæ Ulpia ab ejus gentilitio nomine vocabātur, instituítque legionē novam, quam XXX. Ulpiam Victricem appellavit. Deduxit item

Augustus Cæsar Veterum conditor.

Veterū descriptio ex Tacito.

Vespasiani.

Traianus Aug.

Vlpia castra Veteribus propinqua Legio xxx. Vlpia Victrix.

Colonia Trajana

Itinerariũ provinciarum Imperii Romani.

item eodem loco coloniam veteranorum, quam Trajanam ab ipso nuncuparunt. Cujus quidem coloniæ mentionem in historiis reperimus, uti mox liquidum fiet. Et extat ***Itinerarium Provinciarum Imperii Romani perVetustum quidem, sed falso Antonii Vel Antonini Augusti titulo.*** Quod proculdubio ex prima illa Romani orbis descriptione, à Cæsare dictatore cœpta, & ab Augusto completa, simulq; deinceps ex actis publicis, & breviariis Imperii, depromptum, & collectum fuit. Sed quæ ad nostram ætatem pervenerunt illius exemplaria extremis Romani Imperii temporibus, atq; post ultimam provinciarum constitutionem Constantianam, mutatis locorum appellationibus, ad stylum, & linguam ejus temporis, ex prioribus concinnata sunt. In hoc autem limitum Imperii descriptiones extant cum regionum dimensionibus, & urbium locorumque distantiis. Ubi verò Belgicæ depinguntur limites a Rhætis & Argentorato per Rheni ripam ac viam militarem descendendo, Veteribus subjiciuntur castra Ulpia. Rursus aliud iter, quod à Lugduno Batavorum, id est, à Rheni ostio & Oceani litoribus exorditur, eadem via per ripam ascendendo. apud Vetera collocat coloniam Trajanam; eodem loco, quo descendendo ponuntur Ulpia castra. Nec in ullis exemplaribus (quæ plura antiqua vidi) inter Vetera, & Ulpia, vel coloniam Trajanam situs aliam distantiam annotatam invenio, quam M. P. M. id est, miliare plus minus. Quid aliud igitur hinc colligere possumus, quàm Trajanum suam coloniam, & castra huic conjuncta, Veteribus ad unius miliarii spacium vicina constituisse? Legionibus autem Romanis sui temporis Trajanum duas adjecisse, apud Dionem libro historiarum LV. legimus, unam in Aegypto, quam secundam Trajanam Fortem appellavit: alteram in Germania in suis his castris videlicet collocatam: quæ trigesima Ulpia Victrix dicta est. Hinc usu venisse videmus, uti successu temporum coloniam eandem Trajanam alio nomine castra Ulpia legionis XXX. vel Legionem XXX. Vlpiam indifferenter appellarint: quod non solùm ex Itinerario Romano, verum etiam ex Ptolomæo, aliisq; Geographis manifestum nobis fit: qui ab itinerario vix quippiam discrepant, & Legionem XXX. Ulpiam minutis dumtaxat XL. longitudinis à Veteribus castris distare; in latitudinis autem dimensione gradi-

Lugdunũ Batavorũ.

Colonia Trajana, & Vlpia castra conjuncta eodem loco fuisse non procul à Veteribus

Trajanus Aug. duas novas legiones instituit

Legio II. Trajana Fortis

Legio XXX. Vlpia Victrix.

gradibus,& minutis iisdem convenire volunt. Obſervo prę-terea in ejusdem Itinerarii viæ militaris deſcriptione altera legionariorum equitum alas, ſive turmas ſingulas inter Coloniam Agrippinam & dicta caſtra, atque inferius in Bataviam usque in oppidis ſingulis per eandem Rheni ripam poſitis hibernaſſe, quemadmodum ex Tacito colligere etiam poſſumus. Magna quidem, & haud obſcura adhuc Romanorum ædificiorum veſtigia remanent in hac Rheni ripa, maximè ubi olim Vetera & Ulpia caſtra nec nō colonia Trajana fuere. Et quamvis ſuperioribus ſæculis bellorum clades creberrimæ, transrhenanorumq; populorum imperii hoſtium inundationes variæ limitum illas munitiones, frequentes, veluti vallum difficile & ingens ipſis Gallias invaſuris oppoſitum ſumma cum rabie vaſtarint, exuſſerint, ac funditus diruerint: plurima inſuper ædificia Rheni alveum aliquando mutantis impetus abſorpſerit, & ævo noſtro plurima ruditas & avaritia mortalium exigui lucelli nempe ſaxorum cauſſa deſtruat: indies tamen (quod mirum videri poterit) paſſim in agris eruuntur ſubterranea fundamenta, deteguntur aquæductus, fornices, & concamerationes incruſtatæ, pavimenta marmorea, & variæ ſtatuæ, columnæ, trabes, ac magnarum ſtructurarum ruinæ. Nec non inter agrorum rudera ſæpius inveniuntur deorum egregia ſigna ex ære, item annuli cum gemmis artificioſa ſculptura pulcherrimis: fibulæ, phaleræ, ac numiſmata omnis generis ex auro, argento, ære, ac ferro fabrefacta. Quid memorem fictilium copiam, & varietatem magnam? urnas, dolia, patinas, calices, obbas, cæteraque vaſa; quæ ob formarum ac figurarum artificium, antiquitatemque non minus, quàm ob cretæ, colorumque elegantiam privatis ubique in ædibus nunc etiam oſtenduntur, & habentur in precio. Atq; hæc omnia nobis demonſtrant, quæ fuerit olim coloniæ illius atque caſtrorum magnificentia, & amplitudo. Quorum prætoria non in ipſis caſtris ſemper fuiſſe, ſed pro arbitrio Principum aut legatorum, qui legionibus ac provinciis præerant, ſæpius mutata, & in opportunas vicinasque munitiones tranſlata fuiſſe: tam ex hiſtoriis, quàm ex locorum ſitu, oppidorumq; vetuſtis ædificiis colligere poſſumus. Veteribus quidem caſtris antiquiſſimum fuiſſe prætorium conjicimus in collis Rheno imminentis ſummitate, cujus in caſtrorum de-

Legionariorum equitũ alæ ubi hibernaſſent.

De ædificiorũ antiquis reliquiis apud Vetera, & coloniam Traianam.

Prætorium Veterum caſtrorum.

ſcriptione Tacitum facere mentionem: ubi nunc nobilium virginum Veſtalium domus, ac cœnobium perantiquum, & longè latéque conſpicuum viſitur. Vari montem appellatum aliquando fuiſſe; chorographæ Clivienſium tabulæ quædam teſtantur. Nunc vulgus populari lingua Vorſtenberch, id eſt Principum montem nominat. Si corruptâ voce, certè non ineptâ; cùm ſit manifeſtum ex hiſtoriis Romanis, plurimos olim Principes, nimirum Imperatores, procoſſ. atque provinciarum præſides, in eo prætorio domicilium habuiſſe, quemadmodum ex meis annalibus patebit. Cæterum Vari quoq; montem nõ ſine cauſſa nuncupatum exiſtimo fuiſſe, quando magnos habemus auctores Velleium, Tacitum, Dionẽ, Suetonium. Florum, & Oroſium: qui omnes conſentiunt. P. Quinctilium Varum procos. ſub Auguſto poſt Druſi Cæſaris obitum, Rheni limitibus iſtis, Galliæq; Celticæ (quam tunc quoque Germanicam, Dione teſte. vocabant) triennio præfuiſſe, cæſumque tandem cum tribus legionibus fuiſſe trans Rhenum ad amnem Luppiam in ſaltu Teutenburgico, C. Poppæo Sabino, Q. Sulpicio Camerino coſſ. anno poſt V. C. DCCLXII. poſt Chriſtum natum undecimo. Nec alienum à vero videtur, ab ipſo prætorium nomen habuiſſe, vel quòd extruxerit, vel quod munierit, atque tunc è Veteribus duxiſſe trans Rhenum ſecus Luppiam exercitum, qui fluvius apud Veſaliã nunc in Rhenum influit per Uſipetes: cum media (ut Velleius ac Florus ſcribunt) in Germania trahens æſtiva, conventus apud Bructheros agere, atq; de Segeſtis, Harminiiq; regulorum controverſiis jure decernere, ac legibus agere vellet. Eadem ferè via Germanicum Cæſarem poſtea è Veteribus, juncto ponte, Rhenum traduxiſſe exercitum, apud Tacitum legimus: quæ Romanis deinde frequẽs, & ad ineundas expeditiones uſitata fuit. Sub radice collis, atque prætorii dicti Agrippinam Coloniam verſus ad Rhenum pagus eſt, cui à loco Veterum caſtrorum aliquid nominis adhuc reſiduum eſt. Nam corrupta voce Beerthemum nunc incolæ vernacula lingua vocant, V in B mutantes, ut in uſu eſt frequenti, & quo contractius expeditiúſque pronunciarent, T. literam tranſponentes. Veterheimum, enim rectius appellarent, quaſi Veterum manſionem, nomine ex Latina, & antiqua Belgica voce compoſito: Non ſecus ac Batavi Vetera itera

Variberch. & Vorſtenberch.

Principum mons cur dicatur.

Cur Vari mos appellatur.

Luppia fluvius.

Beertheim pro Veterheim.

ra item Romanorum castra ad Oceani littus apud Lugdunum coloniam corruptiore vocabulo nunc Brittheimum nominant. De quibus castris superius alia occasione satis multa loquuti sumus. Pagi quidem hujus, de quo nobis sermo est, agrum Rhenus obliquo fluxu deterens, eruit assiduè è terris miram antiquarum rerum supellectilem, signa, nummos, armillas, similiaque militaria ornamenta cujusvis metalli, fictiliumque omnis generis, ac formæ fragmina innumerabilia: quæ nobis indicare videntur, non procul à castris in colle positis, in ea planicie Romanum extra vallum & muros habitasse, multaque diversis in locis struxisse ædificia: & ut Tacitus ait, municipii in modum habuisse sua domicilia longæ pacis opera, quæ tanquam suburbana coluit. Quemadmodum etiam ab altera parte castrorum ultra collem ac viam militarem multa ædificiorum rudera sparsim in agris reperimus. Jam quid agger ille terreus ouati circuli in speciem in altum aggestus, atque portis quatuor juxta cœli quatuor cardines distinctus ostendit? qui Agrippinam Trajana tendentibus ad antiquæ viæ dextrum latus occurrit. Divi Victoris antrum vulgus nunc appellat, & ipsum cum Thebææ legionis Christianæ reliquiis eo loci à Maximiani Imp. militibus vallo cinctum, obsessum, & obtruncatum fuisse putat, opinione ex historiæ illius celebritate recepta. Ceterùm aggeris ipsa forma, locique situs historiæ veræ non congruit: quæ prodit Divum Victorem cum suis prope Trajanam ad paludes occisum, & cadavera cæsorum in loca palustria fuisse projecta. Ceterùm juxta dictos aggeres ager ubique solidus, cultus & altus est: ut aliquando paludes ibi fuisse, neutiquam verisimile videatur. Verùm ultra Veterum collem inferius ad Trajanam (Sanctos nunc oppidum appellant) paludium magna vestigia sunt, & ipsum nomen Broeck adhuc indigena in lingua remanens hoc affirmat: ubi maximè nunc extat extra muros religiosarum virginum cœnobium, quod Dumetum vel Dumosam silvam nunc appellant, uti ex eo nomine colligi quoque possit, paludosos & incultos antiquo tempore campos illos fuisse: neque inde procul in palustria loca compulsos, & occisos fuisse Thebæos. Aggerum verò jam antè dictorum circuitus ovatus ille portarum vestigia ipsa, totaque species operis facilè persuadent nobis, aliisque

Brittheim apud Batavos.

Amphitheatrum castrense.

Sancti.

Dumetum cœnobium.

qui

qui in Italia, vel alibi in provinciis antiqua Romanorum amphitheatra viderunt, substructionem hanc atque fulturam castrensis amphitheatri fuisse ad ludos gladiatorios, & ad juventutem militarem exercendam facti. Monstrat hoc etiam interioris arenæ clivosa concavitas, quæ gradatim ascendens subselliorum ordinibus vestita fuit. Et quia nullæ visuntur ibidem ruderum reliquiæ, vel fundamentorum lapideæ, lateritiæve ruinæ: prorsus est colligere, ligneum amphitheatrum fuisse, cujus omnis materia per bellicas vastationes direpta, vel incendiis absumpta est. Et quàm in usu frequenti theatra atque amphitheatra lignea Romani veteres habuerint, ex aliis antiquis auctoribus manifestum est: maximè cùm in tanto florentis Imperii Rom. luxu privatorum plerumque sumptibus oppidatim per provincias ludorum publicorum apparatus omnes per ambitionem fierent. Auctor autem est Corn. Tacitus annalium libro quarto, amphitheatrum quoddam ligneum apud Fidenas non procul ab urbe Roma M. Licinio L. Calpurnio cos. imperitante Tiberio Cæsare, spectatorum turba, atque onere nimio convulsum concidisse: & ad hominum quinquaginta milia obtrivisse vel debilitasse, quod Atilius quidam libertini generis ad spectaculum gladiatorum ædificarat, non fundamentis per solidum subditis, neque lignea compage firmis nexibus superstructa, ut Taciti verbis hoc referam. Hinc Atilium scribit, qui caussa cladis fuerat, in exilium actum esse: cautumq; imposterum S. C. ne quis gladiatorium munus ederet, cui minor quadringentorum milium res; néve amphitheatrum poneretur, nisi solo firmitatis spectatæ. Quare nō mirum quòd in hoc etiam amphitheatro porticuum interiora latera firmis aggeribus fulcierint, atque compagines gradationum ac diazomatum obliquas solidè fundarint: ut scilicet spectatorum sedilia subselliaque tutius in his collocarentur. Hæc quidem de amphitheatro satis. At in eodem collium lenium peramœno tractu diversis in locis ædium antiquæ ruinæ fundamentaque visuntur. Si tamen à sinistra viæ militaris fluvium versus descendas in plana, ruderum frequentia occurret. Jam in alveo fluminis ipso vasta murorum fundamenta, ruinæque scopulorum instar sub aquis jacentes ac navigantibus periculosæ navalia castrorum ibidem fuisse demonstrant. Classem etenim oportunis locis in Rhe-

Amphitheatra lignea.

Navalia veterum castrorum.

in Rheno Romanum habuisse, non uno loco docet Tacitus. Quidam ibi ponte Rhenum transiri solere judicant. Quod quidem persuaderent, si in altera eregione ripa ejusdem pôtius cernerentur fundamenta, vel vestigia. Certa quidem hæc castrorum indicia sunt: sed certiora, quæ sequentur, existimo. Reperiri videlicet † cùm ad Rheni ripam, tum in vicinis agris, inter rudera lateres, ac tegulas vetusti operis bipedales, in quibus legionum Rom. nomina impressa legimus, quæ in his castris olim hibernaverunt, & quorum industria laboreque munitiones factæ, ædificiaque erecta sunt. Lubenter enim Romanus * perpetui nominis avidus, operibus publicis auctorum nomina inscribere solet, atq; etiam tegulis, lateribusque imprimere, quo perire nequeant; posteritati non minus hoc modo consulens, ut ex his operum, ædificiorumque tempora & auctores cognoscantur. Equidem in his locis nunc triennio vitam degens, ut antiquitatis & veteris historiæ sum observantior, tegularum fragmenta plura collegi, cum expressis nominibus legionum quas Tacitus, aliique fidedigni historici testentur apud Vetera castra, Rhenumque fuisse in præsidio: E quibus hic recensere & explicare nonnullas studiosorum in gratiam non pigebit.

† Lateres ac tegulæ antiquæ cum expressis legionũ nominibus.

** Romanus perpetui nominis avidus.*

Legionem quintam † Macedonicam Dio historiarum libro quinquagesimo sub Augusto fuisse testatur: Tacitus annalium primo post excessum Augusti flagrante in Germania militari seditione sub * Germanico Cæsare, in Veteribus eandem cum undevigesima legione hibernasse scribit, duobus Sexx. Pompejo, & Appulejo consulibus, urbis anno DCCLXVII. post Christum natum XVI. Quam annis deinde duobus sequentibus cum aliis legionibus Germanicus ex iisdem hibernis in Cattos & Cheruscos duxit. Post tredecim circiter annos rursus inde contra rebelles Frisios est Rheno devecta à † L. Apronio prop. Ap. Silano, & Silio Nerva coss. ut idem Tacitus memorat. Ceterùm Nerone mortuo, cùm A. Vitellius inferioris Germaniæ procos. contra Galbam & Ottonem arriperet Imperium, bellumque civile in Italiam transferret: ex inferiore exercitu selecta XL. milia armatorum cum aquila quintæ hujus legionis, & cohortibus, alisq; Fabio Valenti legato suo in Italiam ducenda tradidit, quemadmodum Tacitus historiarum sui temporis libro primo testatur. Ipse tota mole belli secuturus paucos

† Legio V. Macedonica.

** Germanicus Cæsar.*

† L. Apronius prop.

paucos veterum militum in hibernis reliquit: sed festinatis per Gallias delectibus, ut remanentium legionum nomina supplerentur, curam belli ac provinciæ Hordeonio Flacco legato suo commisit; ut ejusdem historiæ libro secundo memorat. Ex his nuper suppletam quintam in Vetetibus postea obsessam, ac universa provincia deficiente, debitam hostibus, & cum aliis legionum Rom. reliquiis magna ex parte discerptam succubuisse, sequentibus libris idem docet. Rediere tamen mox, occiso Romæ Vitellio, ejusq; partibus in Italia victis, ac profligatis, in fidem Galliæ. Atque tum denuò laceras illas legiones Vespasiani victoris auspiciis denuò suppletas, Veteraque rursum castra, hibernaque cohortium, alarumque ab hostibus subversa per Rheni ripam restaurata fuisse, haud dubium est. Quintam enim Macedonicam: de qua nobis nunc sermo est, in tegulis Veterum castrorum his notis expressam reperimus L. V. MAC. In aliis, cum sola numerali nota velut sæpius à Tacito recensetur; & adjectis tegulariorum nominibus, qui figulinis illis præfuêre, sic. LEG. V. C. SEVI: vel: LEG. V. P.SATRI.

Hordeonius Flaccus procos.

Cogor itaq; mendum in Tacito suspicari librariorum negligentia invectum libro historiarum tertio, ubi Vitellianorum aciem describit ante Cremonam. Inversis enim numerorum notis, pro quinta, quartam Macedonicam ibi perperam, atq; mox pro quarta, quæ Scythica dicebatur, suppôsuisse quintam videntur. Quartam enim Macedonicam legionem nusquam alibi locorum me apud auctores vel in antiquis epigrammatibus legisse memini, quintam verò sæpius. Sed hæc satis de Macedonica. Adjiciemus & alias. Sextam legionem Victricem in lateribus & tegulis plerisq; reperimus item his notis expressam eleganter. L. VI. VIC. P. F. hoc est, legio sexta Victrix, Pia, Fidelis. Tot autem splendidis sese tum Martia juventus jactabat cognominibus, aut à virtute, vel per ambitionem indulgentia Cæsarum acceptis. Sextam porro Victricem hanc legionem & XVIII. ejusdem nominis inter alias, memorat Tacitus libro historiarum quarto, quæ bello civili Vitelliano confecto, Pœninis Alpibus, Cottyanisque traductæ sunt in Gallias, Petillio Cereale duce ad subigendos rebelles Treviros, Batavos, atque Germanos. Sextam Mucianus procos. eodem tempore in Italiam pro Vespasiano è Suria duxerat, ubi ab

Locus Taciti mendosus.

Legio IV. Scythica.

Legio VI. Victrix, Pia. Fidelis.

Mucianus procos.

Aug,

Aug. locata multis annis antea in præsidio fuerat. Confecto Batavico bello, Galliisque jam pacatis, apud Vetera diu hibernasse, ædificiorum reliquiis inscriptum ejus nomen, ut dixi, demonstrat. Reperitur & Juliaci in suburbanis titulus aræ Matronis dicatæ à quodam L. Vitellio Consorte, qui ejusdem legionis explorator fuerat.

MATRONIS
RUMANEHABUS
SACR
L. VITELLIUS
CONSORS. EXPLO.
LEG. VI. VICTR.

Cognomen his deabus inditum fuit à loco, qui nunc etiam Rumanheim dicitur. Dionis quidem tempore, sub Alexandro nimirum Severo, Sextam Victricem in inferiore Britannia fuisse ex ejus historiarum libro LV. cognoscimus, & quintam Macedonicam in Dacia. Sic enim pro ratione temporum & usu bellorum, è provincia in provinciam aliquando transferebantur legiones. Hibernasse in iisdem Veteribus quoque legionem vigesimam secundam Primigeniam, docent aliæ, quas ibidem invenimus, tegulæ cum his notis impresse. LEG. XXII. PR. P. F. Hoc est, legio XXII. Primigenia, Pia, Fidelis. Nam & hæc iisdem, quibus sexta Victrix, gaudebat cognominibus, quemadmodum & secunda, Adjutrix, septima Claudia, aliæq; appellabantur, ut diversæ inscriptiones antiquæ testari poterunt. Primigeniam istam vigesimam secundam legionem cum tertia Cyrenaica, Vespasiano contra Vitellium sibi Imperiũ vindicante, Titus Cęsar ex Ægypto in Judęam evocavit Hierosolymam urbem obsidione pressurus: quemadmodum Tacitus historiarum sui temporis lib. V. memoriæ prodidit. Quo autem tempore primùm traducta sit in inferiorem Germaniam, & ad Veterum castrorum hiberna, non planè liquet. Certum tamen est, Antoninorum Cæsarum temporibus illam in his locis fuisse. Auctor enim est Ælius Spartianus Didium Julianum, qui post Pertinacem Imperium est adeptus, post præturam legioni præfuisse in Germania vigesimæ secundę Primigeniæ sub Marco Aurelio Antonino Philosopho, atq; deinde Belgicâ sanctè, ac diu rexisse, Cauchos ab Albi fluvio in provinciam erumpentes repulisse. Post consulatum Germaniam

Rumàheim quasi Romanorum mansio.

Translata sæpius legiones.

Leg. XXII. Primigenia, Pia, Fidelis.

Legio secunda Adjutrix.

Legio septima Claudia.

Legio III. Cyrenaica.

Didius Iulianus.

maniam inferiorem obtinuisse, & Cattos debellasse. Præter jam dictas legiones ex tegulis item vetustis colligimus in Veteribus hibernasse, castraque muniisse plures alias, quarum mentionem apud auctores non facile reperias. Exprimunt autem his notis eas tegulæ. *LEG.V. AV. Item LEG. V. L.F. Rursus aliam literis consertis. LEG.VI. A D R. NOS. Ex his legionem † quintam Augustam invenimus etiam in votivo quodam cippo marmoreo antiquo nominatam hoc modo;

Legio V. Au. Leg.V.L.F. Legio VI. A D R. N O S.

† Legio V. Augusta.

ISIDI. SACRUM
SEX. POMPEJUS. SEX. L. SYRUS
MIL. LEG. V. AUG. V. S. L. M.

Qui titulus ita legendus erit, ut imperatoribus antiquitatis consulam, Isidi sacrum Sextus Pompejus Sexti libertus Syrus miles legionis quintę Augustę votū solvit lubęns merito. De duabus aliis legionibus nil habeo compertū. Satis tamen ex jam adductis antiquorū monumētis manifestum fieri existimo celebria illa Vetera Romanorum castra ad Rheni Ripam loco jam dicto ubi ædificiorum ruinæ tales adhuc reperiuntur ad X V. circiter à Clivia lapidem olim extitisse. Ceterum Ulpia * castra legionis trigesimæ, coloniamque Trajanam ab Imperatore nuncupatam in eadem ripa non procul à Veteribus ad XIV. circiter à Clivia lapidem, trium videlicet Germanicorum miliarium spacio abfuisse, prius adductum populi Romani itinerarium luce clarius demonstrat; quòd coloniam, & castra collocat inter Vetera, & Burginacium, & hoc oppidum à colonia Trajana milia plus minus quinq; distare prodit: illam à Veteribus miliare plus minus, quemadmodum & antea diximus. Atqui ex ista quidem dimensione locorumque situ colligimus † Burginacium alæ V I. hiberna nō supra Vetera; quod nunc Buricum vocant, oppidum esse: sed inferius sub Ulpiis castris, coloniaque Trajana fuisse in via militari, non procul à pago, qui Vetus * Calcaria nunc appellatur, ad radicem collis Mundriburgii, ubi etiam nunc villa quædam est, antiqui nominis vestigia referens. Et ex agro vicino ante paucos annos ingentia ædificiorum fundamenta sunt extracta. Nec idcirco sine caussa quidā opinantur Calcariā in eodem agro ex Burginacii ruinis olim consurrexisse. Et est verisimile, cùm hostili Germanorum impetu Romana in limitibus Rheni præsi-

** Castra Ulpia legionis trigesima, & colonia Traiana ubi fuerint.*

† Burginacium ubi.

** Calcaria Vetus.*

præsidia frequenter profligata, legionum, cohortium, atq; alarum hiberna subversa fuerint: mutatione etiam temporum, & incolarum transmigratione nomina locorum, oppidorumq; non minus, quàm loca mutata fuisse. Quod autem attinet ad Ulpia, coloniamque Trajanam, multis argumentis adducor ut existimem, in castrorum, coloniæque ruinis nunc stare municipium frequens, cum antiquissima basilica sacra, collegioque sacerdotum peramplo, & admodum celebri, quòd a sanctis martyribus Thebææ legionis ob Christianam fidem ad Ulpia, coloniamque Trajanam Maximiani Imperatoris jussu occisis (ossa quorum non diu pòst Diva Helena Constantini Magni Aug. mater in eadem basilica à se constructa piè condidit) nunc etiam temporis Sancti, & lingua populari, Sancten, eodem ferè modò nominatur: ab ipsa nimirum basilica, in cujus ingressu titulus ab antiquo talis, AD SANCTOS MARTYRES. fuit inscriptus. Sic etiam Gallicanus quidam episcopus ante aliquot sæcula templum, & oppidum appellavit, ut Henricus Rysiiicus in Paratitlis testatur. Magnæ quidem celebritatis antiquitus, & religionis augustæ in primo illo Christianæ fidei exurgentis feruore templum illud fuisse, receptum est omnium opinione: Testanturque hoc non solum historiæ provinciales, quæ Christianæ religionis per Germaniam, & Gallias exordia memoriæ prodiderunt: verumetiam donaria vetusta, nec non vasta templi antiqui bis terve incendio conflagrati, ac sæpius demoliti fundamenta, muri latissimi, septaque lapidea perampla ipsius collegii, cum altissimo fornicibus ingentibus imposito castello, ex ipsis, ni fallor, Ulpiorum castrorum præcipuis ruinis excitata clarè demõstrant: Jam verò, ut pavimenta marmorata, cryptas subterraneas, tubos plumbeos, ac fictiles aquæductuum, ædificiorumque magnorum ruinas, ac reliquias præteream, sui miram antiquitatem ostentantes, quæ tam in oppido, quàm in agro circumjacente reperiuntur: certa haud dubiè sunt argumenta, & indicia castrorum Ulpiorum inscriptiones antiquæ in collegio & oppido inventæ, ex quibus colligimus legionem Ulpiam trigesimã, quæ nomen castris dedit, ibidem in hibernis consedisse, multaq; extruxisse ædificia. Atque imprimis tegulæ bipedales lateritiæ hoc docent, quæ ubique frequentes inveniuntur, his

Quódnam oppidum nunc temporis stet in ruinis Trajanæ coloniæ.

Sancti.

Basilica Sanctensis antiquissima & celeberrima.

Reliquiæ Ulpiorum castrorum.

Leg. XXX. Ulpia victrix nomẽ castris dedit.

notis inſcriptæ: LEG. XXX. V. V. Hoc eſt: legio trigeſima Ulpia Victrix. Eam primùm collegit, ut diximus, & in Germania collocavit Trajanus Imperator, atque ſuo gentilitio nomine vocavit Ulpiam, ut Dio Caſſius hiſtoriarum lib. LV. teſtatur. Victricis cognomen alterum à victoria obtinuiſſe videtur. Reperiuntur & alia vetuſta monumenta, quæ oſtendunt caſtra dictæ legionis in eodem oppido fuiſſe. Extat enim ara votiva Fortunæ dicata à veterano quodam ejus legionis in ædibus præpoſiti Sanctenſis cum hac inſcriptione.

Traianus Aug.

Fortunæ fanum.

FORTUNÆ.
SACRUM.
C. SEXTILIUS.
LEPIDUS. VET.
LEG. XXX. V. V.
PRO. SE, ET. SUIS.
V. S. L. L. M.

Quæ ſic legenda eſt. Fortunæ ſacrum. C. Sextilius Lepidus veteranus legionis trigeſimæ Ulpiæ Victricis pro ſe, & ſuis votum ſolvit lubens lubens merito. Jovi etiam, aliisque numinibus aræ dicatæ plures ibidem in vicinis ædibus reperiuntur. Statuæ item inſcriptio antiqua quam cives Romani in Rætia conſiſtentes poſuerant T. Vario Clementi Celejæ reperta fuit in marmorea baſi; in qua inter alios ejus titulos legitur, ipſum etiam fuiſſe procuratorem Aug. in Germania inferiore, & trib. militum legionis trigeſimæ Ulpiæ Victricis, quam tunc in Germania inferiore fuiſſe conſtat: Etiam Martis titulos votivos aris, ac tabulis lapideis inſculptos vidimus in ædibus D. Roberti de Wachtendonck, è quibus unam adduxiſſe ſufficiet:

MARTI
SACRUM
EX. VISU
SECUNDINI
US. MARTIUS
L. L. P.

Id eſt,

Id est, Marti sacrum, ex visu Secundinius Martius lubens lubens posuit. Quare prorsus fit verisimile coloniam istam & castra (ut plerumque solent) habuisse Martis celebre fanum: maximè, cum etiam portæ & plateæ in eodem oppido nomen dederit, quæ nunc etiam temporis Martiæ vocantur ab omnibus. Quæ igitur hujus provinciæ celebritas Imperio Romano florente fuerit, ex antiquorum monumentis jam obiter adductis lector colligere poterit; & quanti semper eam fecerit Romanus, quam sudore, sanguine & impensis maximis, præsidiisque legionum perpetuis adversus hostiles incursus tutari non gravabatur. Cùm autem vel supremi numinis ordine, vel Imperatorum posteriorum socordia, ordinumque dissensione Romani nominis majestas labasceret, sublataque disciplina militari, robur & nervus Imperii sensim ubique concideret; tum à barbaris nationibus lacerari, ac destrui provinciæ Romanæ cœperunt, simulque tum Rhenani limitis istius coloniæ, castra ac præsidia sæpius subversa sunt, sæpius etiam virtute quorundam Imperatorum, pulsis hostibus, restaurata, vel oportuniora in loca translata sunt, pro temporum statu, quemadmodum Vespasianos, recuperatis Galliis, atque Trajanum fecisse diximus. Nec prætereundus est Hadrianus, qui architectorum, artificumque quorumvis agmina secum per Imperii provincias omnes peregrinando traxit, & colonias, oppida, castra in limitibus, præsidiorumque castella passim restauravit, auxit, & ampliavit. Quem in Galliis atque Britannia tunc multa novasse, colligimus ex Dione, Spartiano, Sex. Victore & aliis. De successoribus Antoninis & sequentibus Augustis etiam manifestum est, eos variis in locis mutasse ac restituisse multa. Quod ipsum per Gallias, ac Rheni limites testantur miliariæ columnæ, aliæque inscriptiones marmoribus incisæ cum Imperatorum titulis, quorum auspiciis pontes & viæ restauratæ, operaque publica in urbibus, oppidis, castris, & castellis facta fuere. Memini me vidisse apud nobilem virum Gerardum à Reck, in castro Lojo supra Vetera columnam translatam ex proxima via militari, quæ characteribus vetustate licet fugientibus docet Antoninum Pium Imper. viam illam publicam per aliquot passuum millia restituisse. Sanctis insuper Henricus Risiyicus jurisconsultus mihi propter eru-

Martis fanum.

Hadrianus Aug. restitutor provinciarum.

Antonini Augg.

ditionem ac probitatem valde conjunctus, & amicus habet inter antiquitatum suarum collectanea exemplum exscriptum ex fragmento tabulæ antiquissimę marmoreæ, in qua posteris memoriæ proditum fuit Imperatores Cæsares M. Aurelium Antoninum, & L. Aurelium Verum Augustos scholam C. T R. V L. hoc est, coloniæ Trajanæ Ulpiæ ignibus absumptam restaurari curavisse. Quæ tabula, si adhuc exstaret integra, plurimum profecto lucis huic nostræ adferret historiæ. Ceterùm legimus in Trebellio Pollione Postumum, qui inter tyrannos triginta numeratur, & sub Valeriano & Gallieno trans Rhenani limitis dux, ac Galliæ præses per annos septem fuit, Rheni limites adversum Germanos fortiter admodum muniisse, nonnulla etiam castra ædificasse in solo barbarico. Quæ cùm interfecto Postumo subita Germanorum irruptione direpta & incensa fuissent, à Lolliano successore, qui provinciam sibi asseruerat, paulò pòst cum plerisque Galliæ civitatibus bello vastatis in statum veterem reformata sunt. Anni aliquot intercessère, cùm post Aureliani Augusti cædem, Germani universas penè Gallias occupâssent, Probus Imp. insigni victoria eas recuperavit, multis prœliis fœliciter gestis: ut à barbaris sexaginta vel septuaginta nobilissimas Galliarum civitates receperit, cum omni præda, quam abstulerant. Occisa in eo bello fuisse, tradit Flavius Vopiscus, quadringenta Germanorum milia, qui Romanum occupaverant solum, & reliquias ultra Albim Probum removisse. Tum urbes, & castra Romanorum in solo barbarico posuisse, & illic milites collocasse, quibus horrea, agros, domos & annonam abundanter assignavit. Nec cessatū est pugnari, donec reguli novem ex diversis trans Rhenanis gentibus ad ejus pedes jacerent, ac semet dederent: quibus obsides, frumentū, equos, boves, vaccas & oves imperavit: Item sedecim milia tyronū armata tradere coacti sunt, quos omnes per diversas provincias sparsit, ut limitaneis militibus quinquagenos & sexagenos intersereret. Ad senatum itaque de hac victoria sua magnificè multa scripsit. Subacta est inquit, omnis, qua tenditur latè, Germania, novem reges gentium diversarum ad meos pedes, immo ad vestros, supplices jacuerunt. Omnes jam barbari vobis arant, vobis jam serunt: & contra interiores gentes militant. Arantur rura Gallicana barbaris bobus,

Postumus Imp.

Lollianus.

Aurelianus Aug. Probus Aug. Germaniæ domitor.

Probi Aug. litteræ ad senatū de victoria Germanica.

bobus, & juga Germanica captiva præbent nostris colla „ cultoribus: pascuntur ad nostram alimoniam gentium pe- „ cora diversarum; equinum pecus nostro jam fœcundatur „ equitatui. Frumento barbarico plena sunt horrea. Quid plu- „ ra? illis sola reliquimus sola, nos eorum omnia possidemus. „

* Volueramus P. C. Germaniæ novum præsidem facere: sed hoc ad pleniora vota distulimus. Hic igitur sub Probo tum status provinciæ fuit. Denique † cum Diocletanus & Maximianus Aug. g. qui non diu post Probum sequuti sunt, ferales nomini Christiano, funestiq; principes, alioquin reip. & provinciis utiles pari Imperio Romanum orbem moderarentur, provinciasque inter se divisissent: * ut ille Orientem Asiam, Græciam, ac Illiricum; hic Occidentem, Gallias, Hispaniam, Africam, & Italiam obtineret, duoque deinceps Augusti, duoque Cæsares divisum eo modo Imperium Romanum simul regerent: duplicati sunt etiam magistratus, dignitates, ac officia inferiora. Contingit † itaque quàm primùm, ut multitudine & pravitate gubernatorum sublimis ille Genius, ac cana sobriàque Virtus populi Romani sensim elanguerint, & ab hostibus contemni cœperint. Horum quidem auspiciis, ut Zosimus Comes historiæ novæ libro secundo memorat, Rheni provinciarùmque omnium limites oppidis, castellis atque burgis ita muniti sunt, ut omnes copiæ militares in iis domicilium haberent, & ubique hostium repellendorum caussa confluere possent, Maximianus autem severus, asper, & immitis, qui inter Occidentis provincias etiam Gallias, & utramq; Germaniam obtinebat, agitatus variis ejus provinciæ tumultibus, multa in ejus limitibus mutavit, Legionum enim castra, & præsidia plerisque in locis ipsum transposuisse, urbes multas, castra, colonias, sicut antea ex panegyricis declaravi, restaurasse constat: & novã conscripsisse legionem, quam ex suo cognomine tertiam Herculiam nuncupavit. Quin & * Thebæam legionem (quam ex Ægypto Diocletanus Aug. Achileo superato, & feris objecto, nec non ejus provinciæ rebellione vindicata, Maximiano contra † Carisium sive Carausium Britannias occupantẽ bellaturo miserat auxilio) ꝓpter Christianæ religionis professionem velut rebellem, decimationibus primùm exhausit, ac variis deinde cædib. crudelissimè dissipavit & afflixit.

Trans Rhenanos Germanos nunquam plenè subactos fuisse: & in formà provincia redactos.

Diocletanus & Maximianus Augg.

* *Divisio prima Imperii Rom.*

Declinatio potẽtia Rõ.

Maximianus Aug.

Legio III. Herculia

Thebæa legio Christiana.

†*Bellũ Britanicũ Maximiani cõtra Carausium.*

Mauricius Dux

Mauricius Dux legionis cum majore exercitus bis decimati parte non repugnans occisus est, ad Agaunũ in Alpibus, nõ procul ab Octoduro Veragrorum an Rhodanum amnem.

Cassius & Florentius campi ductores.

Alias cohortes præmissas, quæ jam per Rheni ripã descenderant usque in inferiorem Germaniam persequi item jussit. E quibus Cassius & Florentius Campi ductores legionis cum suis Bonnæ petierunt. Gereon Comes cum trecentis octodecim Agrippinæ, Victor primicerius cum trecentis triginta ad Ulpia castra, coloniamq; Trajanam trucidati sunt, quemadmodum provinciales historiæ Sanctensium latiùs enarrant.

Gereon Comes.

Victor primicerius

Diva Helena Constantini Magni mater fundatrix Basilica Sanctensis.

Horum ossa deniq; pia Imperatrix diva Helena, cum pax ubique, & libertas Christianis ab ejus filio Constantino Magno Augusto, ac Cæsare religiosissimo restituta esset, & horum principum auspiciis fundamenta veræ religionis in istis etiam regionibus, ad Rheni maximè ripã jacerentur, collegit ex paludibus, in loculis condidit, ædeque sacra: collegioque sacerdotum insigni sanctorum martyrum memoriam, ut antè diximus, in eadem colonia Trajana honoravit.

Colonia Trajana cum Sanctensi basilica sæpe destructa ac diruta.

Quæ deinde licet successu temporis variis bellorum casibus addicta, ac funditus sæpè diruta sit; propter templi tamen, collegiiq; religionem, ac sanctitatem ex suismet reliquiis & cineribus semper resuscitata est. Nec secus ac annosa quercus securibus frequenter truncata vividis è radicibus suis minori, quàm ante fuit, amplitudine renascitur: ita & hæc colonia in tanto sæculorum ambitu multis cladibus adfecta primam formam ac magnitudinẽ, immo priscum nomen suum retinere non potuit.

Quamdiu Trajana colonia nomen suum antiquũ retinuerit.

Ad Arcadii & Honorii Impp. tempora quidem, castra Ulpia, coloniamque Trajanam ab auctore suo fuisse nuncupatam, haud dubiè colligimus ex itinerariis populi Romani jam sæpè citatis: quam post ultimam provinciarum constitutionẽ à Divo Constantino Magno factam fuisse, concinnata prorsus indicant locorum nomina ejus sæculi, præsertim legionum, ac urbium illarum quas à se postremi in Oriente Imperatores quidam appellarunt. Unde fit verisimile, quòd stante in provinciis istis Imperio Romano, colonia nostra verum & antiquũ nomen suum retinuerit. Nã quod in quibusdam itinerariorum exemplaribus manuscriptis coloniã Trojanã appellari videmus, haud dubiè librariorum negligentia contingit, & sæculi illius senescentis est vitium, quo hæc descripta

scripta fuerunt. Item fera barbaries veterum linguarum puritatem & elegantiam simul cum Romano imperio proculcavit & extinxit. Hæc etenim tantopere, dissoluta illius monarchiæ compagine, invaluit, ut immensam historiarum caliginem, summamq; veterum rerum ignorantiã sensim orbi universo invexerit. Quod in causa fuit, ut multorum locorum, urbiumque etiam celebrium appellationes vel casu vel studio Romani nominis hostium posteritas immutarit: cum maximè Francus victor, pulsis Romanis, Gallias atque vicinas Germanias occupasset. Tum verò colonia Trajana, Trojana primùm; atque mox eodem, ut arbitror, errore, Troja Francorum dici, nec non ab augustæ basilicæ sanctorũ martyrum, ut antè dixi, vetusta celebritate Sancti, vel voce composita Sanctorum Troja cœpit appellari. Placuit autem deinceps Trojæ nobilis illa fabula Francigenis; qui tum victoriis ac rerum gestarum gloria inflati, Romanis, antiquitate, nobilitateque stirpis non inferiores videri gestiebant. Sed suum etiam ortum, atque progeniem ambitiosè Trojanis annectere longa catena conabantur. Quod uti persuaderent recentiores eorum historici, qui post annorum aliquot intervallum Francorum originẽ, & antiquitatem in illa ignorationis obscuritate perscrutati sunt, omnia prisca monumenta despuendis nugis, & fabulis contaminarunt. Non enim assentior his, qui ex Priami, vel Hectoris lumbis reges, ducesq; Francorum educere volunt, & illius nepotem Priamum juniorem quendam, ut tradunt nonnulli, vel Francum Hectoris filium, ut alii volunt, (non enim congruenter mentiri possunt) capta Troja profugum cum Ænea per Africam penetrasse in Italiam, ac deinde relictis navibus, cum Trojanorum suorum comitatu per Alpes in Celticam transiisse usque ad Rheni ferè divortia. Atque in eadem peregrinatione quatuor urbes condidisse fabulantur ante CDL. annos quàm Roma condi cœpit: Nimirum Veronas tres, & hanc nostram Trojam, si dis placet, ad Rheni ripam: fluviumq; ibidem (qui certè in rerum natura non est) Xanthum nominasse, ab eodemque fluvio & alterum urbi nomen Xanthi inditum esse. Nec quidẽ hujus historiæ suæ fontem ullũ detegunt, nec auctores adferũt, præter obscuros aut anonymos. Solus Jo. Trithemius abbas hujus Troici delirii Epeum, seu machinatorem prædicat Hunibaldum quen-

Vnde Troia Francorum falsò dicta. Sancti, vel Sanctorum Troia.

Fabula de Troianorũ in Galliam adventu.

Hunibaldo

historicus obscurus.

dam æquævum temporibus, quibus Clodoveus apud Francos sceptra tenuit, cujus ipse historiarum libros XVIII. in compendium redigere voluit. Verùm illi tantundem fidei in his nugis attribuo, quantum Doraco, & Wastaldo scriptoribus ejusdem farinæ, quorum vestigia Hunibaldus insecutus est. Si tale quid antiquitus rumoris, vel famæ certæ fuisset Romanorum imperio stante, qui provincias illas bello subjugatas multis sæculis tenuêre: profectò quispiam veterum, qui Trojanas Romanásve res nobis suis scriptis prodiderunt, aliquid attigisset. Neque etiam hoc silentio prętervisset peritissimus rerum Germanicarum scriptor Cornelius Tacitus, qui de origine, & antiquitate Germanorum scribens, sanè non reticuit fabulosas & incertas sui temporis opiniones, Herculem videlicet in iis locis fuisse, & Ulyssem longo illo, & fabuloso errore in Germanicum Oceanum delatum adiisse terras illas, & Asciburgium in Rheni ripa condidisse. Quas tamen vulgi opiniones neque confirmare, neque refellere voluit. Si igitur, inquam, de Trojanis tale quid opinionis, aut famæ tum fuisset, haud dubiè mox adjecisset, in vicina, vix decem milium spacio distante, ripa, Trojanos quoque tunc novam Trojam condidisse, Hectoris filio Franco duce. Movisset de hisce quippiam Ammianus Marcellinus, qui postea scripsit, & Francos in Imperatorum sui temporis comitatu, gratia, ac auctoritate conspicuos vidit: ubi ambiguas & varias veterum opiniones de Gallorum origine prima, ex Timagene Græco scriptore recenset. Verũ, ut opinor, fabulam istam imaginatus nondum quispiam fuerat: Francorumq; nomen Taciti tempore Romanis inauditum autumo. Immo nec Annius ille Viterbiensis sua de gentium originibus somnia Berosi, Manethonis, aliorumque vetustissimorum auctorum larvis obtecta produxerat in theatrum, quibus ævo nostro multos, etiam doctissimos fascinaret, ac deciperet. Non igitur facile adducor ut credam, in isto regionis tractu Trojam, vel Xanthum fluvium ullum tot sæculis ante Romam conditam, vel etiam Romano stante Imperio fuisse: nisi ex probatis ac melioris notæ auctoribus hoc demonstretur, aut comprobetur. Ceterùm posteriore sæculo, cùm Franci victores ejectis Romanis provinciam occupassent, castra, colonias ac munitiones Romanorum in Rheni limitibus subvertissent: opinor coloniam Trajanam

Doracus & Wastaldus scriptores falsæ historiæ.

Io. Annius Viterbiensis.

Trajanam ex incendio, & ruinis sensim resurgentem vel similis ac vicini nominis errore, vel Francorum ambitione Trojam aliquandiu vulgò nominatam fuisse. Atque deinde cùm per Gallias Christianæ religionis pietas invaluisset à vetusti templi summa religione, sanctorumque martyrum reliquiis (ut antè etiam diximus) Sanctos appellari cœpisse: non Xanthos ab imaginario flumine illius fabulæ occasione confictō: cujus num gutta quæpiam ibi unquam extiterit, nescio an quis affirmare possit, cùm præter rivulos exiguos è paludibus vicinis ortos Sanctensis ager aquarum nihil in Rhenum exoneret. Verùm in confutandis fabulis falsisque nominibus nimium immoramur. Ut igitur ad intermissam historiam redeamus, reliquum est, ut, quis provinciæ illius status jam declinante Imperio Rom. fuerit: quemadmodum inceperamus prosequamur. Idem Constantinus Aug. cùm orbi, ut narravimus, pacem Christianæque religioni quietem, ac libertatē dedisset:* Sanctensi basilicæ matris Divæ Helenæ in gratiam summum asyli jus concessit, eximiaque indulsit privilegia: sic agris locupletem ac florentem eandem reddidit. Extant adhuc insignia vetustæ illius libertatis, ac tantæ immunitatis indicia, quæ hic longum esset percensere. Postea verò Constantinus, cùm novam Romam, * sive Constantinopolim condidisset, prorsus biceps Imperium reddidit, illudque in duas partes secuit: Orientale nimirum, & Occidentale: Unde † bicipitis aquilæ insignia Imperialia nata esse non absurdè plures opinantur. Provinciarum * insuper totius Imperii Romani novam divisionem fecit: formamque ac rationem administrandi singulas, per suos præfectos, magistros equitum, comites, ac duces limitum, præsides, & consulares, cæterosque magistratus ac dignitates talem instituit: quæ usque ad maximas illas barbararum gentium irruptiones duravit: & qualem in tabulas provinciarum Imperii publicas antiquitus relatam nobis adhuc residuam esse videmus in libro, qui extat sub titulo † Notitiæ utriusque Imperii cum Orientis, tum Occidentis. Dignus, me Hercule, liber, qui ut rarus antiquitatis thesaurus conservetur, & habeatur in precio. Verùm enimvero cùm jam multo antea Romanæ civitatis jus ac privilegium * provinciis omnibus, immo orbi Romano universo datum fuisset: idem Constantinus Aug. patre mor-

Colonia Trajana resurgens ex ruinis & cineribus Troia cœpit appellari, & à basilica sanctorū martyrum Sancti.

Sanctensi basilica summum asylius, & magna privilegia concessa sunt à Constantino Magno.

** Nova Roma Constātino polis.*

† Biceps aquila.

** Provinciarū Imperij constitutio postrema.*

† Notitia utriusque Imperii.

** Ius civitatis Romanæ provinciis omnibus datum.*

historicus obscurus.

dam æquævum temporibus, quibus Clodoveus apud Francos sceptra tenuit, cujus ipse historiarum libros XVIII. in compendium redigere voluit. Verùm illi tantundem fidei in his nugis attribuo, quantum Doraco, & Wastaldo scriptoribus ejusdem farinæ, quorum vestigia Hunibaldus insecutus est. Si tale quid antiquitus rumoris, vel famæ certæ fuisset Romanorum imperio stante, qui provincias illas bello subjugatas multis sæculis tenuêre: profectò quispiam veterum, qui Trojanas Romanásve res nobis suis scriptis prodiderunt, aliquid attigisset. Neque etiam hoc silentio prætermisisset peritissimus rerum Germanicarum scriptor Cornelius Tacitus, qui de origine, & antiquitate Germanorum scribens, sanè non reticuit fabulosas & incertas sui temporis opiniones, Herculem videlicet in iis locis fuisse, & Ulyssem longo illo, & fabuloso errore in Germanicum Oceanum delatum adiisse terras illas, & Asciburgium in Rheni ripa condidisse. Quas tamen vulgi opiniones neque confirmare, neque refellere voluit. Si igitur, inquam, de Trojanis tale quid opinionis, aut famæ tum fuisset, haud dubiè mox adjecisset, in vicina, vix decem milium spacio distante, ripa, Trojanos quoque tunc novam Trojam condidisse, Hectoris filio Franco duce. Movisset de hisce quippiam Ammianus Marcellinus, qui postea scripsit, & Francos in Imperatorum sui temporis comitatu, gratia, ac auctoritate conspicuos vidit: ubi ambiguas & varias veterum opiniones de Gallorum origine prima, ex Timagene Græco scriptore recenset. Verũ, ut opinor, fabulam istam imaginatus nondum quispiam fuerat: Francorumq; nomen Taciti tempore Romanis inauditum autumo. Immo nec Annius ille Viterbiensis sua de gentium originibus somnia Berosi, Manethonis, aliorumque vetustissimorum auctorum larvis obtecta produxerat in theatrum, quibus ævo nostro multos, etiam doctissimos fascinaret, ac deciperet. Non igitur facile adducor ut credam, in isto regionis tractu Trojam, vel Xanthum fluvium ullum tot sæculis ante Romam conditam, vel etiam Romano stante Imperio fuisse: nisi ex probatis ac melioris notæ auctoribus hoc demonstretur, aut comprobetur. Ceterùm posteriore sæculo, cùm Franci victores ejectis Romanis provinciam occupassent, castra, colonias ac munitiones Romanorum in Rheni limitibus subvertissent: opinor coloniam Trajanam

Doracus & Wastaldus scriptores falsæ historiæ.

Io. Annius Viterbiensis.

Trajanam ex incendio, & ruinis sensim resurgentem vel similis ac vicini nominis errore, vel Francorum ambitione Trojam aliquandiu vulgò nominatam fuisse. Atque deinde cùm per Gallias Christianæ religionis pietas invaluisset à vetusti templi summa religione, sanctorumque martyrum reliquiis (ut antè etiam diximus) Sanctos appellari cœpisse: non Xanthos ab imaginario flumine illius fabulæ occasione confictο: cujus num gutta quæpiam ibi unquam extiterit, nescio an quis affirmare possit, cùm præter rivulos exiguos è paludibus vicinis ortos Sanctensis ager aquarum nihil in Rhenum exoneret. Verùm in confutandis fabulis falsisque nominibus nimium immoramur. Ut igitur ad intermissam historiam redeamus, reliquum est, ut, quis provinciæ illius status jam declinante Imperio Rom. fuerit: quemadmodum inceperamus prosequamur. Idem Constantinus Aug. cùm orbi, ut narravimus, pacem Christianæque religioni quietem, ac libertatē dedisset:* Sanctensi basilicæ matris Divæ Helenæ in gratiam summum asyli jus concessit, eximiaque indulsit privilegia: sic agris locupletem ac florentem eandem reddidit. Extant adhuc insignia vetustæ illius libertatis, ac tantæ immunitatis indicia, quæ hic longum esset percensere. Postea verò Constantinus, cùm novam Romam, * sive Constantinopolim condidisset, prorsus biceps Imperium reddidit, illudque in duas partes secuit: Orientale nimirum, & Occidentale: Unde † bicipitis aquilæ insignia Imperialia nata esse non absurdè plures opinantur. Provinciarum * insuper totius Imperii Romani novam divisionem fecit: formamque ac rationem administrandi singulas, per suos præfectos, magistros equitum, comites, ac duces limitum, præsides, & consulares, cæterosque magistratus ac dignitates talem instituit: quæ usque ad maximas illas barbararum gentium irruptiones duravit: & qualem in tabulas provinciarum Imperii publicas antiquitus relatam nobis adhuc residuam esse videmus in libro, qui extat sub titulo † Notitiæ utriusque Imperii cum Orientis, tum Occidentis. Dignus, me Hercule, liber, qui ut rarus antiquitatis thesaurus conservetur, & habeatur in precio. Verùm enimvero cùm jam multo antea Romanæ civitatis jus ac privilegium * provinciis omnibus, immo orbi Romano universo datum fuisset: idem Constantinus Aug. patre mor-

Colonia Traiana resurgens ex ruinis & cineribus Troia cœpit appellari, & à basilica sanctorū martyrum Sancti.

Sanctensi basilica summum asyli ius, & magna privilegia concessa sunt à Constantino Magno.

** Nova Roma Constātinopolis.*

† Biceps aquila.

** Provinciarū Imperij constitutio postrema.*

† Notitia utriusque Imperii.

** Ius civitatis Romanæ provinciis omnibus datum.*

tuo in Britannia & in Galliis imperium capessens, quo militaribus hominibus gratificaretur; primus lege cavit, ut qui agri, villæ, pagi, oppida comitibus, ducibus, præfectis, atque adeò tribunis, & veteranis emeritis assignabantur in provinciis ad honestum victum: & parochiæ tum, quasi dicas præbendæ, vocabantur, ad hæredes transirent. Atque ita tunc opes militiæ gradibus, magistratuumque ordinibus accedere, militaris nobilitas propagari, firmarique, nec non hereditarii multis in locis domini, ac principes esse cœperũt. Nam legem eandem postea Longobardi in Italia, Gothi in Hispania, & Franci in Galliis, Germaniaque Romanis succedentes observarunt. Ceterùm accusat vehementer hanc Constantini indulgentiam erga milites Zosimus Comes, qui historiam sub Arcadio & Honorio Græcè scripsit: ipsum videlicet librum barbaris in ditiones Romanas aditum dedisse, rerumque sensim pereuntium internecioni principium ac semina præbuisse: Quod videlicet indulgentia sua majorem militum partem à limitibus summoverit, urbesque mediterraneas tranquillas & quietas militum peste gravarit: auxilii indigas, & hostibus oppositas præsidio nudarit, dum veterani per urbes ac dominia sua sparsi, theatris ac voluptatibus enervarentur. Post Constantinum verò Romanos principes qui imperarunt in Occidente, parum, aut nihil in Rhenani limitis, regionisque Cliviensis tractu mutasse comperimus. Constat tamen colonias, urbes, oppida, castra, præsidiaque Romanorum frequenti barbarorum incursu, & trans Rhenanorum hostium impetu incensa, vastata, subversaque, ac rursum sæpius à Romanis restaurata fuisse. Nam eo tempore, senescente jam potentia Romana, Galliæ limites frequenter Germani perrupêre: quos Alemannos, Gothos, Burgundinos, & Francos, variisque nominibus aliis populari lingua tunc appellabant; & solitò infestius provinciam omnem castris, urbibusq; captis vastarunt. Cum his igitur gravia & crebra fuêre bella sub Constantiis, Juliano, Valentiniano, Theodosio, & sequentibus Imperatoribus, qui Occidentis gubernacula tenuêre. Sæpè tum urbes, & castra, velut tempestatibus adflicta seges, insultu barbarico prostrata jacuêre; sæpè profligatis hostibus ac ultra Rhenum summotis restaurata & è cineribus ruderibusque resuscitata sunt. Quin ut Marcellinus libro historia-

Lex Flavia Constantini Aug. de hæredius emeritorum.

Parochia.

Causa ruinæ Imperii Romani.

Variæ mutationes in limitibus Rheni.

ftoriarum XXVIII. prodit, Valentinianus Aug. Rhenum omnem à Rætorum finibus ad Oceanum usque magnis molibus communivit, castra adamplians, & extollens altius; castella, turresque frequentes locis oportunis, quà Galliarum extenditur longitudo, disponens. Eundem exercitus etiam ad Rhenum validis supplementis auxisse, Rhenumq; ab utraque ripa celsioribus castris atque castellis munisse scribit libro XXX. Nimirum ne latere usquam Romanos fines invasurus hostis posset. Atqui videmus nunc etiam temporis in montium atque collium utrique fluminis ripæ imminentium cacuminibus arces, atque castella crebra Romanorum haud dubiè primum opera, quæ Francus postea victor in aliam formam restauravit, ac mutavit pro sua quisque regulus aut princeps commoditate. Ex his etiam nonnulla pro principum quorundam religione servitio divino dicata transiisse in cœnobia, piorumque domicilia comperimus. Quædam verò nunc deserta dumis ac vepribus obsessa jacent, ac feris cubilia præstant. In quibus plerumque locis Romani operis ædificiorum fundamenta vetusta, profundissimi putei, reliquiæq; variæ etiamnū reperiuntur: & facilè ex ipso situ, ac eorum distantia, colligimus, Romanorum in his munitiones atque stativa præsidiaria fuisse ad perlustrandos observandosque vicinos limitum campos, è quibus ex alta specula, vel turri sublatis ignibus signum à longè momento temporis sibi mutuo dare possent, ubi quid novi molirentur hostes, tumultúsve quid ortum esset. Cujus generis antiquas speculas cum stativis agrum Cliviensem circumjacentemq; regionem in arduis collibus habuisse prorsus animadvertimus. Quemadmodum in ipso Clivio castro situs ipse, nec non profundissimi circumquaque putei demonstrant: sic etiam in summo Veterum colle, quem Vari, vel Principum motum nunc appellant: item medio inter utrumque locum itinere; in sublimi item colle supra Burginacium vetus, ubi nunc castrum, quod Mondriburgum vocant; nec non inferius aliquanto trans Rhenum in altera, è regione ferè Clivorum, ripa, in Altinio monte, ubi nunc nobilium virginum est cœnobium, quod Altense nominant. E quibus locis quàm latissimè ab omni parte, simul ab una specula ad aliam patet prospectus. Eamque imprimis caussam fuisse suspicor, quod laborum atque pecu-

Valentinianus Aug.

Castella Romanorum crebra in Rheni utræque ripa disposita.

Clivium Castrum.

Vetera.

Mondriburgus.

Mons Altinius.

niarum

niarum contemptor populus Romanus in locis altis, ac aridis; attamen ad hostes abigendos oportunis, voluerit summo sudore atque sumptu aquarum habendarum caussa puteos excavare, item arces, & propugnacula sua in his statuere. Ceterùm de antiquo hujus regionis statu, quamdiu Romani Imperii majestas viguit, abundè nunc me disseruisse existimo. Cùm autem post Arcadii, Honorii, Valentinianique junioris decessum non tantum vacillaret Imperium; sed etiam funditus ubique concideret, & à barbaris nationibus hinc inde lacerarentur provinciæ Romanæ: tum postremo non solùm Italia, verùm etiam urbs ipsa Roma sacri Imperii lararium sanctius Gothorum, Vandalorum, Hunnorumq; direptionibus patuit, ac præda nobilis facta est. Nec diu etiam post Francorum auspiciis (qui origine quidem* Germani publicæ libertatis asserendæ titulo nomẽ sibi desumpserant ad Romanorum invidiam, & applausum gloriamque jam adipiscebantur) Galliæ cum Germania vicina ab Rheni ostiis & Oceani littoribus usque ad Alpes & Pyrenea juga præsidiis dejectis, Romanum jugum excusserunt. Quo tempore Saxones † Angli, Verdigomaro duce, Britanniam occuparunt: Tum etiam totus ille tractus Armoricus, aliæque civitates maximæ, ac validissimi populi quidam, pulsis Romanis præsidibus, per Germaniam, & Gallias in libertatem semet vindicarunt, & respublicas ex arbitratu suo constituêre. Zosimus autem Comes memoriæ prodidit historię novę libro VI. trans Rhenanorum barbarorum potentia compulsas tunc fuisse Gallias ab Imperio Romano deficere, atq; spretis Romanorum legibus liberè vivere. Constat quosdam populos, unius olim assuetos Imperio, ex indigena nobilitate sibi regulos aut princeps tum excitasse, qui sub Frãcorum regum tutela justè, & legittimè regerent: atque ita tunc ex vetustis illustrium familiarum stirpibus, quas Romani per multa sæcula oppresserant, vel radicitus amputarant, aut insitis adulterarant, sublatis eorum securibus, nova nobilitatis indigenæ virgulta rursum expullularunt. Non ibo tamen inficias: quin & magna & crebra Romani sanguinis nobilitas in provinciis utique remanserit; eorum quippe, qui affinitatibus nobilitati patriæ juncti necessitudines magnas; item dominia, possessiones, ac hæredia ibidem habebant. Nec mirum, quando victores Romani subactis, ac in deditionem

Deflectit ab antiqua provincia descriptione ad sequentes tẽporum mutationes.

Germani cur sibi nomen à libertate desumpserint.

Saxones Angli.

Vetusta nobilitatis germina renata esse in provinciis sublato Imperii Rõ. iugo Rom. sanguinis nobilitatem magnã in provinciis remansisse.

deditionem acceptis populis eorum mox Principes, nobilium que præcipuos Romanæ civitatis jure donarint, beneficiis & adfinitatibus sibi obvinxerint. Insuper tot colonias ac municipia locis oportunis per provincias inseruère: uti commodè, tutoque publicanorum ordo, qui (ut Marcus Tullius in Planciana testatur) ex equitum Romanorum flore constabat, * negociantesque cives Romani villas, ac prædia amplissima, locupletissimosq́ agros, ubi lubitum sibi cōparare, vicos ac pagos excolere totos etiam privatis impensis potuerint. Quemadmodum ex diversis Romanæ Reipublicæ scriptoribus, atque etiam ex eodem Tullio abundè manifestum sit. Hic etenim cùm alibi, tum in oratione pro M. Fontejo, qui ejus tempore Narbonensem Galliam rexerat, sæpè publicanorum, colonorum, aratorum, pecuariorumque meminit, qui in Galliis tum, ut in aliis provinciis versabantur, & negotiabantur. Ex horum posteris quosdam, ut vetusta nobilitate præclaros, ita & provincialium primariorum cognationibus fultos, opibusque potentes in dicta rerum mutatione, qua Imperii Romani potentia corruit, usos esse temporum occasione, ac semet victoribus accommodasse verisimile est. Probari quidem hæc possent tam ex veterum monumentis, quàm ex ipsis antiquis nominibus: nisi brevitati opera danda nobis esset. Ridiculus insuper, videri potest, qui lucidum & clarum solis jubar facibus, aut candelis illustrare contendit: nec minus ille, qui nudam ac conspicuam veritatem verbositate superflua, ac molesta depingere conatur. Quare ne longius evagemur, probare satis sit, vel ab initio Romanos generosam stirpem suam, ut alibi, sic in Galliis etiam plantasse, ac reliquisse. Ipsum autem C. Julium Cæsarem successoribus suis omnibus, qui cum Imperio in his provinciis fuère, viam monstrasse constat. Auctor enim est Suetonius C. Cæsarem valde pronum, & sumptuosum in libidines fuisse, plurimasq; & illustres fœminas corrupisse. Ne quidem provincilibus matrimoniis abstinuisse, ut C. Curio pater in quadam adversus eum oratione mulierum omnium virum palam appellare non dubitarit. Gallico autem ipsius Cæsaris triumpho Romę milites currum sequentes auro stupra sibi in Gallia comparasse, quæ mutuò Romæ capere solebat, testabantur, jocularia ex more carmina in Imperatorem suum jactando his versibus:

Quam clementer Romani Victores subactos populos tractarint ab initio.

Quo pacto Romani negociando se insinuarint per provincias.

C. Julius Cæsar.

Vrbani

Vrbani servate uxores, mœchum calvum adducimus.
Auro in Gallia stuprum emisti, hic sumpsisti mutuum.

Suffragatur his etiam Cornelius Tacitus historiarum sui temporis lib. IV. & C. Cæsarem apud Lingonas progeniem suam reliquisse docet. Describens etenim Galliarum, ac Germaniæ vicinæ rebellionem occasione belli civilis Vitelliani inceptam Classico, & Claudio Civile ducibus, refert se partibus etiam adjunxisse ex Lingonum civitatibus quendam Julium Sabinum. Qui stirpis gloria superbus, projecto cognomine suo, fœderisque Romani monumentis, Cæsarem se salutari jubebat, quod proavia sua Divo Julio per Gallias bellanti corpore, atque adulterio placuisset: Juliorum itaque familias illustres varias in transalpinis Galliarum ac Germaniæ provinciis floruisse cognoscimus ex Cæsare, Suetonio, Tacito, aliorumq; scriptis: vel etiam à primis temporibus, quibus Romani Imperium eò protulere. Nec non Claudiorum, Valeriorum, Æliorum, Tulliorum, Mummiorum, Orciniorum, atque aliæ plures, quæ à præclaris familiis Romanorum ducum ex more nomina traxerunt, quorum auspiciis Principes eorum propter dignitatem, aut merita jure, ac beneficio Romanæ civitatis donati, ac deinde per connubium Romanis familiis alligati fuerant. Ab his etiam nomina & cognomina pleraque nunc etiam temporis nobilibus provincialium domibus quibusdam remansisse cognoscimus: quorum Principes omnes ferè stante Imperio Romanis militarunt, atque etiam ordines duxerunt: velut ex Tacito colligimus, qui historiarum sui temporibus lib. IIII. testatur auxiliorum cohortes Batavas vetere instituto rexisse semper nobilissimos popularium. Itaque Julium Paullum, & Claudium Civilem regia stirpe natos, præpotentes inter Batavos fuisse scribit, atque rebellionis duces bello Vitelliano: nominatque Julium Auspicem è primoribus Remorum, Julium Alpinum, & Claudium Severum Helvetiorum. Item Tullium Valentinum, Julium Tutorem, Alpinium Montanum, Treverorum Principes, Claudium Sanctum ducem Germanum, aliosque multos, quos longum esset hic recensere. Prorsus etiam fit manifestum ex eadem Taciti historia, Romanos in Gallis provincilia matrimonia non sprevisse. Ait enim, hostes victores expugnatis legionum hibernis; deditorũ exercituũ legatos, tribunos, ac centuriones, qui

Julius Sabinus apud Lingonas C. Cæsaris pronepos.

Plures familias illustres Romanorum in Galliis mãsisse.

Civitate Romana donatos Romanum nomen adsumere.

Romanum nõ spreuisse provincilia matrimonia.

qui in fide permanserant, occidisse: paucos tamen centuriones ac tribunos in Gallia genitos captivos reservasse ad pignora societatis, Ubios etiam Agrippinenses scribit, Tentheris ipsos ad defectionem à Romanis, ac belli societatem sollicitantibus; cùm inter alia postularant cædem Romanorũ „
omnium, qui apud eos degebant, respondisse in hunc mo- „
dum. Si qui ex Italia, aut provinciis alienigenæ in finibus nostris fuerant, eos bellum absumpsit, vel in suas quisque sedes refugêre. Eductis olim,* & nobiscum per connubium societatis, quiq; mox provenêre, hæc patria est. Nec vos adeò iniquos existimamus, ut interfici à nobis parentes, fratres, liberos nostros velitis. Hinc luce clarius constat, Romanæ originis stirpes plurimas in Galliis ubique fuisse. † Ceterùm ut ad me scopũ nostrum dirigere incipiam; annales, & historiæ Cliviensium omnes, quæ ante ducentos circiter annos lingua patria ex vetustioribus depromptæ nunc temporis extant, consentiunt Cliviam domũ (quæ à multis sæculis gubernacula ac principatum, à depulso Romani Imperii jugo, in his provinciis tenuit) à Romanis ortã esse. Sed quid? De tam vetustæ atq; etiam nobilissimæ prosapiæ,* ac stirpis origine prorsus cæcutiunt, hallucinantur, & veluti in tenebris palpitant. Non minus temerè tamen cespitantes, atque impudentius fallere volentes, quam chorographi quidam solent in describendis regionibus longinquis. Cùm enim ad loca ipsis incognita, & à multis ignorata perveniunt, vel perpetuas ibi nives, insuperabiles saltus, atque paludes: vel plagas arenis, & siccitate inhabitabiles, aut inaccessa montium juga fingunt. Ita etiam isti historici nostri, cùm ad vetustissimas origines perveniunt, fabulis monstrosis sæpius semet involvunt, & in iis ignorantiam suam velare cupiunt. Ab his enim traditur, fratres duos nobiles Romanos ex Ursinorum familia, Italia relicta, per Alpes in Galliam penetrasse, & secundum Rheni ripam descendentes in inferiorẽ Germaniam, non procul à Rheni divortio castrum Clivium condidisse, anno post Romã conditam CCCCXLI. Destructum ab Usipetibus, & Tentheris Germanis Julium Cæsarẽ postea restaurasse & ampliasse anno LV. ante Christum natum: & huic, atq; vicinis castellis præfecisse Romanos ejusdem sanguinis ac familiæ Ursinorũ, qui præsidiis Rheni ripã vicinasq; regiones adversus barbaros, hostésq; Germanos tueren-

Educes vocat Romanos coloniã deductos in coloniam.

† Transit ab antiqua regionis patriæ nobilitate ad originem vetustam domus ac familia principum Cliviensium.

** Rejicit recentium historicorum fabulosas narrationes.*

Ficta narrationes provincialium historicorum de origine domus Cliviensiũ principum

tuerentur. Horum è progenie duces, ac præfectos non solùm castri illius Clivii;sed & vicinarum munitionum omnium deinceps adRheni ripam fuisse. Ultimum ex Ursinorum stirpe dominum ac præfectum in eo tractu fuisse Theodericum Ursinum, anno post Christum natum plus minus DCCXI. Constantino imperante, & Lothario Franco in Galliis regnante. Quis autem, nisi veteris historiæ prorsus sit ignarus, non videt has meras esse nugas, & pura figmenta: si temporum rationem inire velit? Romanis enim anno urbis conditæ CDXLI. Gallia Belgica fuit incognita. Nam eo tempore cum Samnitibus vicinis in Italia digladiabantur pro Imperio, neque trans Padum adhuc signa promoverãt; atque ipsos de transferendis extra Italiam armis ne tum quidem cogitasse liquet. Tantò minus, de deducendis ultra Alpes in extrema Galliarũ inter inauditos populos coloniis: quas inter subactos ac deditItios armati deducere solẽt. Approbati auctores omnes consentiunt, C. Cæsarem primum fuisse, qui Belgis bellum intulerit, Rhenum trajecerit, & plurimos Romanis prius ignotos populos ad Oceanum usque domuerit. Atque hæc circa annum urbis DCXCVII. contigisse, docent Cæsaris ipsius commentaria: item Livius, Plutarchus, Dio, Suetonius, Cor. Tacitus, Vellejus Paterculus, & alii multi fide digni auctores. Jam verò quinquaginta amplius annis supra ducentos prius ante Cæsaris tempora duos nobiles Ursinos in extremis Galliis, tot feris populis post se relictis, inter ferocissimas Gallorum Germanorumq; gentes castra condidisse, aut iis permissum hoc fuisse; nemo, quod sciam, veterum auctorum memoriæ prodidit. Nec etiam invenio Ursinæ familiæ nomen, vel illo tam antiquo, vel Cæsaris, ejusque successorum tempore cognitum Romanis fuisse. Ursinam namque domum illustrem transalpinæ ferunt originis esse, quæ Romæ nunc temporis, & in agro Romano pollet, floretque. At quàm diversa sit ab illa Cliviensi antiquissima domo, vel clypeorum imagines utriusque, quas militaris illa consuetudo postremis Imperii Romani (ut opinor) temporibus orta familiis nobilibus, ac illustribus attribuit loco stemmatum, planè demonstrant. Habet enim hoc clypei cujusque symbolum, vel imago: ut una in familia nunquam discrepet, sed ut unaquæque suam prosapiam notet, & apud filios legitimos eadem semper maneat, hære

Quando primum Romani in Galliam Belgicam venerint.

Ursina domus.

Clypeorum imagines & in ersigni[?].

at, hæredemque in linea recta ſequatur. Fabulæ igitur huic fidem, quam meretur, attribuemus. Ignarus enim antiquitatis, ac rerum Romanarum, neſcio quis hiſtoricus illam confinxit, receptam opinionem probare cupiens, qua contendunt illuſtrem ac claram illam Cliviæ domus proſapiam à Romanis originem traxiſſe. Sed temporum rationem nullam habuit, ac familias veteres omnemq; ferè Romanam hiſtoriam ignoraſſe videtur; quemadmodum ex antedictis cõſtare cuivis poterit. Quod ſi poſt urbis DCC, annum, & poſt Gallias à C. Cæſare ſubjugatas, conſtitutis jam ab Auguſto in Rheni ripa præſidiis, legionumque hibernis, Cliviæ domus originem à Romana celebri domo quapiam incepiſſet, haud procul à vero fortaſſis aberraſſet. Erat enim Romæ Cæſaris & Auguſti temporibus non Urſinorum, ſed Orciniorum nobilis familia prætoria, cujus meminit Marcus Tullius in oratione pro A. Cluentio, & teſtatur C. Orcinium in prætura collegam ſuum fuiſſe, anno poſt Romam conditam DCXXVII. Itaque cùm C. Cęſar octennio poſtea procos. Gallis tranſalpinis atque Germanis bellum moverit: fieri potuit ut Orcinii illius filius, aut alius ejusdem nominis, ſanguinis, ac familiæ, lege militari, qua etiam vel XVII. annorum adoleſcentes cogebantur militiæ nomina dare, in comitatu Cæſaris fuerit, aut ordines in ejus exercitu duxerit, cui caſtrum Clivium commiſerit, & ejus loci præſidio ac ſtativis præfecerit: utque ex ejus nominis ſimilitudine natus ſit error in provinciali Clivienſium hiſtoria, quo poſteri proavorum noſtrorum tempore ſcriptores notius Urſinorum nomen ſuppoſuerint: Si nõn Cæſar ab initio, nam hoc difficile dictu eſt; certè potuit alius quiſpiam ſucceſſorum in Imperio Romano quemdam Orcinium caſtro Clivio præficere. Quis etiam contendet pertinacius? nobilis illius Orciniæ domus neminem in Belgica verſatum fuiſſe, aut ſedem fixiſſe inter tot Romanorum milia, totq; legiones, q̄bus à C. Cæſaris tempore Galliarum tranſalpinæ provinciæ cum vicina Germania per multa ſæcula coloniis, atque perpetuis præſidiis tenebantur, occupabanturque. An, quia ejus rei memoriam literis prodidiſſe veteres non invenimus? Non mirum hoc quidem. Omnia namque ſcripto mandari non poſſunt. Et plurima veterum rerum monumenta longa vetuſtate periiſſe, plurima inſignium ducum

Orciniorum Romæ nobilis & antiqua familia prætoria.

Lex militaris de ætate tyronum.

ac principum præclara gesta oblivione sepulta jacere constat temporum injuria: ut multorum memoriæ feliciter consultum esse videatur, quorum vel sola nomina casus aliquis hactenus servarit. Ceterùm nunc studiosorum ac doctorum hominum industria, veluti ab inferis in lucem revocantur plurima, omnigenæ videlicet antiquitatis diligenti animadversione, quibus veterum historiæ non solùm illustrari & explicari; verumetiam ampliari, & suppleri in multis possunt. Dum ædificiorum rudera, marmorum, saxorumque reliquias, titulos & imagines nummorumque antiquorum figuras, ac literas, oppidorum & locorum situs, intervalla, & vetustas appellationes exactè perscrutantur, & indagant studiosi, veterumq; auctorum scriptis conferunt. Multa etenim colligi possunt, ex familiarum antiquarum, nec non urbium, oppidorum, pagorum, arcium, castrorum, & quorumvis locorum propriis nominibus per manus veluti traditis; quamvis populari & pagana loquela, tanta temporum mutatione, atque intervallo corruptis: quæ tamen plurima veteres auctores, aut conditores suos, plurima dominos possessoresque suos velint, nolint effutiunt, ac produnt. Et quamvis civitates illæ celebres & antiquæ ante Cæsaris in Gallias adventum conditæ, prisca & indigena sua nomina ferè retinuerint: quædam nihilominus victorum arbitrio nomina mutarunt: præsertim illæ, in quas Romani colonias deduxerunt. Quæ verò præsidiis impositis oppida occuparunt, munieruntq;: quæve castra, præsidia, propugnacula, turres, cohortium, alarumque hiberna, castella, aut arces diversis in locis fundarunt, condideruntque: item quæ præsidia, quas villas coluerunt, ædificarunt, possederuntve, nomina etiam Romana plerumq; præ se ferre reperimus. Pauca quidem ex his exempli gratia recensuisse sufficiet. Et ne à Rheni ripa limitibusque vicinis aberremus, Vesalia trans Rhenum supra Vetera ad Lupiæ ostium, itemque Visselum oppidum vetus, aut castrum olim in campis Cliviis ad obstructum Rheni alveum; nec non Bisselicum nunc pagus trans Rhenum ex adverso Veterum. C. Visellii Varronis conditoris sui memoriam in iis locis conservare videntur, qui legatus procos. inferioris Germaniæ Tiberii Cæsaris fuit, anno post Romam conditam DCCLXIII. & bellum cum Treveris & Æduis gessit, ut apud

Studium antiqua historia hoc ævo multũ efflorescere.

Ex antiquitatum reliquiis quibus vis multa cognosci & in lucem erui posse.

Vrbes quasdam sua prisca nomina retinuisse quasdam immutasse.

Visellia. Visellium. Viselli vic°.

ut apud Tacitum legimus. Nec procul inde in eadem ulteriore ripa Varemum P. Quintilii Varii nomen retinet, & Durmagum non procul Agrippina M. Durmii, cujus adhuc nummi reperiuntur sub Augusto eusi. Sic Binium & Vinium ab utraque Rheni ripa, vel T. Vinii Rufini, qui sub Nerone Galliam Narbonensem rexit, vel alterius ejusdem sanguinis ac nominis. Rursus Dillium in agro Cliviensi, & aliud ab altera ripa: nec non Dilburgus Dillii voculæ legati legionis XIIX. Item Hordingium, Hordeonii Flacci procos. nomina repræsentant, qui ambo tempore belli civilis Vitelliani, per rebellionem Galliarum militari seditione occisi fuerunt: hic propè Novesium, ille ad Vetera castra Exemplorum similium copia lectorem onerare supervacaneum autumo, quando passim occurrunt. Non igitur usque adeò procul à ratione, nec alienum à veritate videtur Orcinium aliquem Romanum sui nominis castellum ad Rheni ripam constituisse, cùm ejusdem nominis oppidum, nunc etiam Orcinium quod appellant, idipsum subindicet. Ex hac quidem familia, si à Romana, antiquissimam illam domus Cliviæ maternam originem profluxisse, quàm ab Ursinis novitiis, magis verisimile est: & Orcinium aliquem Romanum legis Flaviæ beneficio Constantini Magni tempore Cliviensis coloniæ atque vicinæ regionis possessionem sibi, suisq; liberis hæreditariam adeptum fuisse: anonymosque illos historicos veterum historiarum imperitos, ut diximus, nominum similitudine deceptos fuisse: Qui insuper de paterna ejusdem domus origine fabulam absurdiorem assuunt ex simili errore, & inscitia natam, eamque talem: Anno post Christum natum D C C XI. Ursinorum (quos Julius Cæsar Clivio castro, Rheni limitibus, & Cliviensium regioni, oppidisque præfecerat) ultimus Theodericus fuit, qui sine mascula prole decedens unicam filiam reliquit multarum urbium ac magnæ ditionis hæredem. Quæ cùm pupilla à vicinis oppugnaretur, & afficeretur injuriis, Helias quidam à Graele cognomine dictus, equestris ordinis nobilis juvenis navicula (quam cygnus aurea catena collo vinctus trahebat) Rheno provectus appulit ad castrum Noviomagense: pupillæ virginis connubium petiit & obtinuit. Hujus patriam, parentes, & stirpem tradunt fuisse prorsus obscurã, & incognitam: quòd ipse summo sua natalia studio

Materna Cliviæ domus origo.

Fabula de paterna domus Cliviæ origine.

Theodericus Orcinorum ultimus.

Helias à Graele,

lia studio suppresserit, & celaverit, etiam uxori, liberisque propriis; strictè vetans quempiam mortalium de sua origine percunctari & affirmans se postea non compariturum, si quis de ea re interrogasset. Uxor tamen post plures annos oblita mandati curiositate muliebri, maritum rogare fuit ausa, an ne liberis suis semel indicare vellet, unde nam terrarum venisset? Qua voce prolata, statim ipse disparuit, nec cuipiam imposterum fuit visus. Illa verò dolore, atque amissi mariti desiderio contabescens, eodem anno moritur, post Christum videlicet natum DCCXXXII. Annales quosdam veteres volunt prodidisse, Heliam istum è paradysi terrestris loco quodam fortunatissimo, cui Graele nomen esset, navigio tali venisse. Græcorum fabulis non absimilis est hæc historia, qui Jovem sub Tauri forma Europam rapuisse, & cygni specie Nemesim, vel ut alii, Lædam fefellisse fingunt. Ceterùm similes fabulæ mysteria sapiunt plerumque, vel veram aliquam historiam tegunt. Palæphatus, & alii, qui narrationes veterum incredibiles istas ad res verè gestas reducere, & historicè volunt interpretari, non Jovem in Taurum mutatum, Europam ex Tyro per latum ac profundum pelagus natando trans vexisse in Cretam tradunt: sed ducem quendam Cretensium, cui Taurus nomen erat, bellum adversus Tyrios gessisse, prædam ingentem, & plures virgines captivas pulcherrimas, atque inter eas regis etiam Phœnicum Agenoris filiam navigio evexisse in Cretam ferunt. Fulgentius Placiades à signo & effigie Tauri, navem ipsam Taurum vocatam fuisse scribit. Non Isidem in vaccam mutatam, sed in navi ejusdem nominis compressam opinatur. Eodem ferè modo Lædæ: vel Nemesis fabulam interpretantur. Jovem scilicet Cretensium regem navi pulcherrimè fabrefacta, cygnique effigie, & nomine celebri vectum Spartanam puellam delusisse, rapuisse, atque constuprasse: materiam verò casus istos poeticæ inventioni præbuisse. Heliam prophetam curru igneo raptum è terris, & ad extrema servari tempora, ex Judæorum sacris libris, & Christiana historia nobis omnibus persuasum est. At Heliam alium ex Paradyso terrestri venisse Neomagum stirpis procreandæ causa, cygnum catena ligatum navem per Rhenum traxisse, & juvenem hasta, clypeo, atque armis insignem vexisse, haud irreligiosum autumo non cre-

dere

dere. Hymenæum sanè, Comumq; festivos deos hanc condidisse fabulam facilius nobis persuadebitur: eamq; nuptialis agonis ludicrum argumentum heroico matrimonio subministrasse. Unde igitur (inquies) istius narrationis origo, aut quonam ex casu natam opinaris? Ignorantia haud dubiè veri, ut multarum, ita & hujus fabulæ mater & origo fuit. Romanam nihilominus historiam antiquitate sepultam hæc redolere videntur, quod verisimilibus meo judicio conjecturis probari potest. Antiquam etenim & nobilem illam Clivienſem domum ex Aelia gente Romana promanasse, facilius est opinari, cùm à Romanis ortam esse velint: quàm ab Helia nescio quo Gigantum fraterculo, ut ait, Poëta; hoc est, obscuri, & ignoti generis. Aeliam namque gentem constat vetustissimam, & præclaris familiis multis amplissimam fuisse. Ex ea sunt Pæti, Cati, Ligures, Tuberones, Graciles, Lamiæ, aliæque familiæ illustres; in quibus prognati sunt plurimi integritate, prudentia, eruditione, rei militaris peritia; cæterisque virtutibus insignes viri: multi item imperiis sublimes, consulatibus, censuris, aliisque summis magistratibus etiam ornatissimi floruêre. Hujus autem erat gentis etiam Aelius Gracilis, qui Galliam Belgicam sub Nerone rexit, ut meminit Annalium libro XIII. Cornelius Tacitus. Ex hujus porrò stirpe procreatum fuisse auctorem principemque generis ac familiæ Cliviensis, qui legis Flaviæ Constantinianæ beneficio in inferiore Germania tractus seu regionis alicujus hæreditarium dominatum sortitus erat; atque Aelium Gracilem, non Heliam à Grael appellandum esse, citius Romanarum rerum peritis consentaneum videbitur, quando hoc ipsum nomenclatura declaret. Cuivis enim manifestum est, quàm crebrò & facilè peccent in nominibus propriis corrumpendis veteris historiæ ignorantia indocti scriptores, Aelios quos appellaverunt florente Imperio Latini: rudis posteritas Helios dixit, A. litteram in similis quasi formæ notam H. negligenter mutando. Postremo Franci cùm Gallias & Germanias occupassent, Romani nominis memoriam simul cũ Imperio extinguere cupientes, Romanas etiam appellationes proprias ut plurimũ corrupisse cognoscimus, atque ita etiam Helium, in Heliã mutasse. Nec à vero quidem alienum existimari potest, Aelium Gracilem ipsum inter avidissimos Romani sanguinis

Ignorantia veri multarum fabularum mater.

Aelia gens Romana multis nobilibus familiis præclara.

Aelius gracilis Belgicæ legatus sub Nerone.

Helias à Grael mendosum ac falsum nomen.

Aeli perperam postea Helii appellati.

Aeli⁹ Graci.

lis Princeps Clivienſium cur nomen ac ſtirpem ſuam celaſſe videatur.

hoſtes nomen,ac ſtirpem ſuam nobiliſſimam ſtudio ac metu occultaſſe, ſicut etiam ex Clivienſium hiſtoriis fit palam, in quibus legimus Heliam illum principem uxorem, liberos, omnesque ſuos admodum ſtrictè vetaſſe, quippiam de ſua ſtirpe atque origine inquirere, non ſe viſum iri poſtea, ſi quis contra faxit: Aelios autem plures * in inferiore Germania manſiſſe, dominia, poſſeſſionésq; habuiſſe, ejusdem ferè nominis diverſæ familiæ locorumq; quorundam appellationes indicant: quamvis pronunciationem nonnihil nunc mutarint. Extant adhuc Aeliorum quædam familiæ nobiles ſparſim in Belgica, quas hic recenſere non neceſſe eſt. Eſt in Velia Batavorum (quam Veluam vulgò nunc vocant) in litore maris Aeliburgus oppidum, quod noſtri jam Elburgum appellant. Eſt Aeli hoſpitium, nunc pagus ferè deſertus Elſpetel dictus lingua Batava. Sunt item in Rheni ripa Aeli domus, nunc Ellicheim pagus: & ultra Rhenum in Buſactoris parvis Aeliturris, Helletoern, & limes Aeli, nunc Marchell. Item ultra Moſam Aeli oſtium oppidum, nunc Helmont vocant lingua populari: Sic alia plura loca illo tractu diverſimodè nominis ejusdem veſtigia retinent. Sic alterum oſtium Rheni Helius Plinio dicitur. Aelium oppidum in interamnio Rheni & Moſæ adhuc extat ejusdem nominis; à quo brevius iter Neomagum, & facilior navigatio patet, quàm è paradyſo terreſtri. Quæ quidem nomina Romanos antiquitus eodem modo rectè ſcripſiſſe & pronuntiaſſe putamus: ſed intervallo temporum, ac gentium transmigratione populares ea variè corrupiſſe, atq; pro ſuo quemq; idiomate mutaſſe pronunciando videntur. Sed redeamus ad auctorem & principem Cliviæ domus, quem licet Clivienſium annales antiquitatis inſcitia velut autochthona vel Aborigenum quempiam nobis tradant, fabuloſa tamen ſua narratione Romanum fuiſſe potius ſubindicant. Ea etenim tendit ad mythologiam illam priſcam, quæ ante annos plus quam bis mille à Græcis ad Romanos eſt profecta. Nam quod cygno ducente navem ſcribunt Heliam principem vectum flumine fuiſſe, haud adeò abſurdum videbitur his, qui legerunt, veteres ſolere cygni effigies affabrefactas imponere proris majorum atq; ornatarum naviū. Ut illa avis inter aquaticas magnitudine & pulchritudine excellit. Auctor magni etymologici teſtatur,

** Aeliorū manſiones in inferiore Germania.*

Fabulam de Helia ſapere priſcā Romanorum ac Græcorum mythologiam. Cur Cygnus navem duxiſſe fingatur.

Cy...

cygnum etiam esse navis speciem, sic nominatam, quod cy-gnos habeat effigiatos in prora. Sic etenim scribit, ἔστι καὶ εἶδος πλοίου, ὀνομάζεται ᾗ ὅτι κύκνους ἔχει ἐντετυπωμένους ἐπὶ τῆς πρώρας. Non in proris nunc temporis, sed in summo malo, vel ejus vexillo cygnos multa navigia pro signo gerunt, atq; inde etiam nuncupantur ex antiqua consuetudine; qua Tauros, Tragos, Crios, vel Arietes, olim Græci ac Romani naves quasdam vocitare solent ab animalium figuris, quibus earum proræ adornabantur. Omnium tamen pulcherrimum navibus ornamentum, aptissimamque notam cygnum judicarunt: quòd navis fabricandæ perfectionem, & artem navigandi, ab hac imprimis ave, ceterisque aquaticis veteres imitando primùm didicerint, & exempla ab his sumpserint. Etenim à collo, pectoreq; proram & carinam à ventre, & cauda puppim, & temonem: ab alis, vela; à pedibus, remos formaverunt. Servant adhuc rostra vocabulum suum apud Latinos, & vela sæpius alas appellarunt Poëtæ. Proinde Maro cecinit, *Velorum pandimus alas*. Hesiodum imitatus, qui & vela νηὸς πτερὰ, id est, navis alas nominavit. Ubi & Proclus commentator ab avibus desumptum hoc ait esse. Profectò videmus mergos, fulicas, aliasque marinas aves alam alteram sæpius ad ventum erigere & expandere, & ejus tanquam veli adminiculo navigare. Est & alia caussa cur cygnus apud Romanos, & Græcos fuerit navium insigne frequens atque usitatum. Nam inter auguria navigantibus prospera, cygni imprimis laudabantur, quemadmodum ex Ornithogoniæ versibus hisce manifestum fit:

Navigandi inventum unde.

Cygnus navigantibus augurium prosperum.

Cygnus in auguriis nautis gratissimus ales.
Hunc optant semper quia nunquam mergitur undis.

Idem de anseribus Græci produnt, & eandem ob rationem navibus in prora cheniscum imponi solere scribit Phavorinus ex antiquis scriptoribus. Ultra medium autem aves istæ etiam urinantes, & escam in fundo quæritantes, corpus in aquis mergere non possunt, sicut aquaticæ plures aliæ. Sed ad cygnum redeamus: Quam avem in Veneris marinæ, & undigenæ (quam Gnidii Euplœam à prospera navigatione vocabant) tutela Romani volunt esse: felicem ac faustam propterea existimantes. Atque idcirco Vir-

Cygnus in tutela Veneris marinæ

gilius poëta finxisse ex eadem augurali disciplina creditur, Venerem deam Æneæ filio post naufragium, naves salvas esse (quas tempestate periisse putabat) per cygnos lusitantes ostendisse. Nam sic pulcherrimè canit Æneidos libro primo:

Aspice bis senos latantes agmine cygnos,
AEtherea quos lapsa plaga Iovis ales aperto
Turbabat cœlo. Nunc terras ordine longo
Aut capere, aut captas iam despectare videntur.
Vt reduces illi ludunt stridentibus alis,
Et cœtu cinxere polum, cantusq́ dedere;
Haud aliter puppesq́ tua, pubesq́ tuorum
Aut portum tenet, aut pleno subit ostia velo.

Cur Helias cygnū præfixerit navi sua.

Ex jam dictis colligere licet, Aelium illum Principem ex majorum suorum disciplina Romana, & antiquo more, cùm novas esset petiturus nuptias, Veneris, illam avem auspicatam pro insigni sumpsisse, navigioque suo eo modo præfixisse, ut natare, & aurea catena navem trahere videretur. Deam enim ipsam cygnis vehi fingunt poëtæ. Ita de Venere canit Ovidius in Metamorphosi:

Venerū currū à cygnis trahi.

Cypron olorinis nondum pervenerat alis.

Et Statius in Epithalamio: *Amycleos ad frena citavit olores.* Ob pulchritudinem enim, Veneri sacrarunt hanc avem Romani, cui nomen olor est, ἀπὸ τοῦ ὅλος, ἐ ὡραῖος, quod sit totus pulcher. Armorum quoque insignia, quibus Aelium hunc principem ornatum atque instructum advenisse legimus, Romanam originem præ se ferre, & ex eadem hausta disciplina videntur: Erant autem hæc: Galea taurini capitis exuvio purpureo tecta, in cujus cono ex aurea corona in altum expanduntur bina tauri cornua, Clypeus oblongus purpurei coloris, in cujus umbone medio, pyropus rotundus (Carbunculum appellant fœciales nunc temporis) solis globum referens, & octo radiis aureis trisulcis fulgens. Quo symbolo stirpis originem, & gentilitii nominis rationem tacitè demonstravit. Aeliam namque gentem à sole, non secus ac Aureliam esse nuncupatam, nomen ipsum declarat; quāvis prisci Latini aspirationes admodum vitantes per dipthōgon scribere nomen hoc maluerint: posteri tamen Græcis-

Alii, sive Halia, atq; Clivensiū deinde Principum insignia armorum.

Aelii sive Helii à sole nuncupati.

mum amplecti volentes, Aelios, Helios dixerunt à sole. Galeæ autem parerga, atque insignia illa ornamenta Romanam antiquitatem & veterem philosophiam præ se ferunt: qua Zodiaci ut signa universa, sic & Taurus, ad naturam solis referuntur. Tauri enim forma Solem colebant Heliopolitani olim, quem Netiron appellabant. Apis item bos in civitate Memphi cultu Aegyptiaco Solis instar excipiebatur. Et in oppido Hermunthi, ut Macrobius auctor est Saturnalium primo, in celebri Apollinis templo Soli consecratum taurum Bacchin cognominantes adorarunt, insignem miraculis convenientibus naturæ Solis. Erat enim averso pilo hirsutus, setis adversum caput tendentibus, contra naturam omnium animalium: & per singulas horas mutare colores affirmabatur. Quo cursus solis aversus, & perpetua illa ingeneratione rerum animatarum mutatio notabatur, quam solis calor suis radiis facit. Itaque gentilitii nominis originem hæc galeæ insignia taurini capitis exuvio referunt. Quin etiam Rheni bicornis effigiem, vicinarumque in inferiore Germania regionum principatum notant: quem à declinantis Imperii Romani temporibus domus hæc continua successione obtinuit. Corniger enim Rhenus non solum effingebatur ab antiquis, sed etiam ceteri fluvii alicujus nominis, quos ταυροκράνους ideo veteres Græci solent appellare, quasi tauricipites vel tauricuos ut phrasim illam luculentam imitemur. Quin Oceanũ fluviorum omnium patrem, ταυρόκρανον Euripedes in Oreste vocavit. Eadem specie Achelous apud Aetolos, quem Sophocles ἀνδρείῳ τύπῳ βούκρανον appellat. Eurotan quoque Lacedæmonii, Cephisum Argivi, Asopum Sicyonii & Phliasii taurina specie figurabant. Hunc tamen Athenienses humana facie cornibus tantum à fronte prominentibus fecerunt. Græcos in ea re, ut in aliis multis, sequuti sunt etiam Romani, ut celeberrimi auctores testantur. Sic enim de Pado pulchrè Virgilius Georgicorum quarto:

Taurus.
Apis bos.
Achelous humana figura tauriceps.

Et gemina auratus taurino cornua vultu
Eridanus. Idem de Tiberi VIII. Æneidos.
Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum,
Adsis ô tandem, & propius tua numina firmes.

Sic tauriformem Aufidum Horatius, Granicum bicornem Ouidius appellant, ut alios omittamus, qui etiam taurina specie flumina nobis produnt. Caussam hujus commenti interpretantur veteres, quòd sinuosis flexibus ramos suos cornuum instar expandant, terram veluti boves aratro proscindant, taurinos quasi mugitus in anfractibus locisque subterraneis edant: vel quod loca fluviis vicina & irrigua maximè pabuli lætitia vigere, & florere soleant. Sonos autem illos fluentis aquæ subterraneos in locis petrosis βουμυκους Aristoteles appellat, quasi boum mugitus; & sacros fluvio deo tauros esse fabulantur vulgò. Sic enim in quæstionibus: Διατί ἐν τῆς ἕλεσι τοῖς περὶ τοὺς ποταμοὺς γίνονται, οἱ καλούμενοι βουμυκοι; οὓς μυθολογοῦσι ταύρους ἱεροὺς εἶναι τοῦ θεοῦ. Sextus Pompejus autem tradit fluminum simulacra taurorum specie cum cornibus fingi, quòd sint atrociâ, ut tauri. Nam ut Maronis poëtæ luculentis hoc verbis exponam:

Caussa, cur fingant antiqui flumina cornuta, & taurina specie.

Mugitus veluti cùm prima in prælia taurus
Terrificos ciet, atq; irascis in cornua tentat
Arboris obnixus trunco, ventosq; lacessit
Ictibus, & sparsa ad pugnam proludit arena.

Sic etiam violenter, impetuoseq; procellis ac tempestatibus auctus, extra ripas aggeribus ruptis,

——————————Spumeus amnis
Exit, & oppositas evincit gurgite moles.
Fe.tur in arva furens cumulo, camposq; per omnes
Cum stabulis armenta trahit:

Ut idem Poëta Æneidos secundo libro canit. Sed hæc de origine insignium domus satis, quæ constat vetustissima, nec temerè efficta esse: quemadmodum reperiuntur similium stemmatum insignia infinita. Habere etenim hæc suas rationes aptissimas, ex antedictis puto ingeniosis & doctis hominibus fore manifestum. Porro nil aliud certi de principe, & auctore gentis ac familiæ, ut antiquissimæ, sic multis imaginibus præclarissimæ, vel ex annalibus provinciæ ac monumentis domesticis, vel ex aliorum auctorū scriptis indagare, nunc temporis datum est. Quòd autem stirpis

Antiquissima & non temerè efficta esse Cliviensium Principum insignia.

pis iſtius principia ex fabularum involucris proferre & extrahere conatus fuerim argumentis antedictis: lector candidus boni conſulet, atque ita accipiat precor: ut ex ingenio ſuo quiſque vel demere, vel addere his fidem poſſit, quoad certiora intelliget. Plurimis tamen gratum fore laborē iſtum ſpero. Quis enim noſtrum tam torpeſcenti ac bruto ingenio eſt, qui nolit verum à falſo diſcerni? & luminis aperiri feneſtellam in tenebris ſibi degenti quis feret ægrè? Jam verò quæ ſequentur, omni fide digniſſima ſunt. Ælius ille Gracilis (quem vulgo Heliam à Grael recentiores vocitare voluerunt) matrimonio unicæ hæredis Theoderici Orcinii filiæ Beatricis, & magnis ditionibus auctus, ſumma potentia & dignitate floruit in Belgio & inferiore Germania, ab utraque Rheni ripa in Batavorum finibus atque vicinis locis principatum tenens ab anno noſtræ ſalutis D C C. quo tempore Conſtantinopoli Imperium tenebant Juſtinianus ſecundus, & ejus ſucceſſores Philippicus, Anaſtaſius, aliique. Quo Italiam opprimebant Longobardi: per Gallias, & Germaniæ provincias ſuperiores Francorum opes longè lateque dominabantur. Hic primus tantæ familiæ ac domus illuſtria fundamenta jecit, primus à Theodoſio tertio Imperatore Comitis titulum adeptus eſt, quem in hæredes & poſteros propagavit. Virtute militari clarus, Pippino majori, atque ejus filio Carolo Martello Francis principibus gratus fuit. Atque huic contra Saxones & Friſios Chriſtiani nominis hoſtes bella gerenti auxilio fuit. Quare propter merita Bataviæ parte (quam Teiſterbandiæ comitatum tunc appellabant) ab eodem donatur. Ab hoc continua ſucceſſione Clivii Comites multi, quos omnes conſtat optimates & adſertores unicos fuiſſe dignitatis ſedis Apoſtolicæ, atque Imperii Romani: adeo ut multa egregia multorum Clivienſium Principum in Remp. Chriſtianam extent merita. Singulatim autem exequi facta cujusque, longū, nec noſtri inſtituti eſt. Non enim genealogiam clariſſimæ & antiquiſſimæ gentis illius hic exponere in animo eſt, ſed lauream iſtam doctiſſimo viro Jo. Lauremanno, vel aliis relinquemus. Ut porro præcipua cōmemorem obiter ex annalibus, Reynhaldus Theodorici F. Ælii vel Heliæ enim cum Hereſtallo Pippino Danaorū Normannorumq; piratarū Oceani litora latè vaſtantium excurſiones, populationesq;

Cur fabulam de Helia detexerit, & excuſſerit.

Tranſit ad Principum Cliviēſium res præclarè geſtas.

Ælius ſive Helias Princeps familiæ.

Primus Comes Cliviēnſium inauguratus Ælius ſive Helias.

Reynhaldus Comes.

tionésque compescuit: utq; Christianam religionem propagaret, Radbaldum Frisiorum regem Ultrajecto, citerioréque Frisia profligavit. Reynhaldi filius Ludolfus, ac deinde nepos Joannes, pronepos Robertus ordine successores gravissimo bello contra Christianæ fidei perduelles Saxones ejus temporis summo Imperatori Carulo Magno suis auxiliis plurimū momenti ad victoriam attulerunt. Nam Ludolfus vicinos trans Rhenum Saxones vectigales fecit, Joannes ejusdem Caroli auspiciis Saxonum ducem Wedechindum prœlio non procul Teutoburgo victum occidit, atque rebelles ad fidem perduxit: quemadmodum Clivientium Principum genealogiæ, & annales memoriæ prodiderunt. Albertus Crantzius tamen tradit Wedechindum Saxonem, Carulo Magno reconciliatum, & baptizatum bello tandem Suevico periisse. Uti plures illo tempore Wedechindi fuisse videantur Saxones Principes. Robertus denique Frisios ac VVestphalos Castardo duce sæpius rebellantes cum Carulo debellavit, subjugatósque ad Christi fidem compulit. Balduinus Roberti filius Ludovicum Pium Imperatorem à filio Lothario per dissensionem Aquisgrani ceptum, junctis cum Bavaro duce Lotharii fratre copiis, custodia liberavit, pacemque inter patrem filiumque conciliavit. Hujus nepos Luthardus Euenhardi F. decimus comes, ob virtutes, vitæ probitatem, ac sanctimoniam non solum meruit affinitate stirpis Caruli Magni & domus Cæsareæ decorari, & Arnulfi Imperatoris filiam Horatiam in uxorem accipere: verumetiam post mortem auctoritate sedis Apostolicæ Divorum numero ascribi. Arnoldus Balduini II. F. Divi Luthardi n. Comes duodecimus Heimricum primum Imperatorem cognomine Aucupem, bello adversus Hungaros, Hunnosque barbaros, andropophagos, captivorum carnibus vescentes, atq; Germaniam universam ad Oceani usque litora depopulantes fortiter adjuvit, hostesque prœlio ingenti prope Marisburgum contusos devicit. Quas ob res præclarè gestas auctoritate, potentia, & opibus eo sæculo Clivii Comites in tantum creverant: ut in nova Germanici Imperii constitutione, auctoritate Gregorii V. Pontificis summi apud Vangiones conventu totius Christiani orbis Principum habito, facta Cōradus Comes Arnoldi dicti nepos, intet quatuor Imperii Comites hæreditarios

Reynhaldi successores tres.

Ludolfus Comes.

Ioannes Comes.

Robertus Comes.

Balduinus Comes.

Luthardus Comes inter divos relatus.

Arnoldus Comes.

Marisburgum.

Conradus Comes inter quatu-

ditarios secundus, omnium ordinum calculis sit electus ob operam Italico bello bene navatam contra Ecclesiæ Romanæ, & Imperii rebelles. Ejus filius * Theodericus cognomine Volans ob inquietum ingenium, & expedita consilia, Godertum Brabantiæ Ducem, & Balduinum Flandriæ Comitem rebelles, Henricum tertium Imperatorem Noviomagi obsidentes, accitis Imperii auxiliis, profligavit, & Imperatorem liberavit. Cujus meriti ob caussam Henricus Imperator Theoderico, suisq; posteris Noviomagum cum subjectis locis in fidem, vel (ut nunc loquuntur) in feudum dedit. Huic successit filius ejusdem nominis militaribus studiis deditus magis, quam liberis procreandis. Quare provinciarum gubernaculis fratri Arnoldo commissis, cum Godefrido, Eustatio, & Balduino Bolioniis fratribus, cæterísque Christianis Principibus expeditionem suscepit contra Turcas, & Saracenos, qua, devictis ubique barbaris, captísque validissimis urbibus, Asiam, Syriam, ac Palæstinam subjugarunt, * ac regno Hierosolymitano constituto, Christianæ fidei restituerunt. Hujus virtutis æmulus Arnoldi (qui fratri liberis orbo successerat) filius † Theodericus cognomento Probus, cum Friderico Barbarossa Imperatore Syriam ac Hierosolymitanum regnum à tyrannide Sultani Saladini vindicavit. Theoderici nepos Arnoldus junior Bremēsi Episcopo cōtra Libertinos Stadenses hæreticos, omnē superiorem potestatem abnegantes auxilium dedit. Et rebellibus punitis, belloq; eo confecto, expeditionem contra Turcas, & Saracenos Innocentii III. Pontificis maximi, & Lateranensis consilii ex decreto à Christianis principibus susceptam duce Pelagio, vel ut Platina scribit, Joanne Columna Cardinale sedis Apostolicæ legato secutus est; ubi multis rebus terra, marique feliciter gestis Christianus exercitus Aegyptum invadens, Pelusioque celeberrimo ad Nili supremum ostium emporio (quod Damiatam nunc appellant) longa obsidione, & crebris oppugnationibus capto, cùm castris divisis Babylonem & Memphim aggredi cuperet: Nili insolito incremento prohibitus, & cladem passus, penuria etiam comeatus cum Sultano Aegyptio malis conditionibus inducias pacisci, Pelusio & Aegypto decedere cogitur, Arnoldus Comes eodem tempore moritur, & Hierosolymæ sepelitur. Succeßit in Comitatu Arnoldi

or Imperii Comites hæreditarios secundus electus.

** Theodericus volans.*

Theodericus Theod. F. Martis amicus, nō Veneris.

** Regnum Hierosolymitanum à Christianis restitutum.*

† Theodericus Probus Arnoldi filius Arnoldus junior Theoderici Probi nepos

Arnoldus Comes Cli-

Theodericus Arnoldi F. quem Iuvenem appellant quidã annales.

noldi filius Theodoricus militari fortitudine præclarus, qui Claremontium Comitem apud Corbejam in duello occidit, eo quòd Florentium Hollandiæ Comitem affinem suum interfecisset. Mox Nivellensem Comitem Claremontii cædem ulcisci volentem prœlio superavit. Auxilia vicinis Principibus contra rebelles libenter dedit: Episcopis videlicet Othoni Ultrajectensi contra Trifinienses transrhenanos, quos vulgo Drientanos appellant: & Bremensi contra Libertinos hæreticos. Nec defuit Archiepiscopo Coloniensi Henrico cædem Engelberti Montensis vindicanti. Ab hoc Theodorici plures invicem ordine succedentes gubernacula tenuere. Filius ejusdem nominis consanguineum suum Guilhelmum Hollandiæ Comitem in Romanorum regem ab electoribus VII. viris declaratum magnis auxiliis juvit adversus Fredericum secundum ab Innocentio IV. Pontifice Max. in Lugdunensi concilio damnatum, jure titulisque Imperii spoliatum, hostemque reip. Christianæ appellatum. Bello Hollandico Comiti Florentio Guilhelmi regis filio adversus Flandros suppetias tulit, prœlioque navali victor Bariensem ducem Theobaldum captivum abduxit. Nepos item Theodericus cum eodem Comite Florentio perduelles maritumos Frisios & Canninufates, quos Cannemarlandios nunc vocant, qui Guilielmum Romanorum regem occiderant, & in excidium nobilitatis Germanicæ conspiraverant, extirpavit. Pronepos Theodericus Rudolpho Habspurgensi summo ejus temporis Imperatori charissimus fuit, cui contra Imperio rebelles fida & magna dedit auxilia, plurima ejusdem auspiciis nobilium prædonum castella cepit, & diruit. Abnepos Theodoricus ob patris merita, suasq; virtutes Rudolphi Imp. affinitate est ornatus. Duxit enim in uxorem ejus neptem Margaritam Austriam Alberti Ducis Austriæ filiam, qui postea etiam Imperator est factus. Quod matrimonium Theodorico non solùm ornamento, sed etiam emolumento haud parvo fuit. Nam jura comitatus, ac principatus (quæ majorum consuetudine Regalia vocatur) non solum confirmata, sed etiam ipsi sunt ampliata. Ditiones, urbibus adjectis auctæ, constitutusque est vicarius Imperii in vicinis Cliviæ civitatibus Noviomago, & Daventria. Reliquit tres filios, Othonem, Theodericum cognomine Pium, & Joannem. Qui omnes sine mascula prole deceden-

Plures deinde Theoderici Comites.

Prima affinitas Cliviensiũ Principum cum Austriaca domo.

Otho Theoderici F.

decedentes se mutuo successerunt, Otho patri Theodorico, Othoni fratri Theodericus Pius, atque huic junior ætate Ioannes, qui Archidiaconus & præpositus Ecclesiæ Coloniensis fuerat. Eodemque sine liberis moriente, nobilissimæ, simulq; antiquissimę illius* Aeliæ vel Heliæ stirpis lõga successio interrupta defecit. Successor illi datus est † Adolphus Marchiæ Comitis filius ex Maria Theoderici Pii filia natus. Qui ex auctoritate Imperatoris, & consensu provincialiũ in jus familiæ hæreditatisque cooptatus est: etiamsi plures essent ejus Helenæ proci; eundemq; Principatum ambirent. Hujus major natu filius * Adolphus, Caroli Frederici Principis atavus, ultimus Cliviensium Comes fuit. Idémque gravissimum bellum conspiratióne Principum vicinorum conflatum sustulit, quod uno ingenti prœlio, non procul à Rheni ripa in campis Cliviis victor profligavit: quo capti Guillielmus Montesium Dux, & belli princeps, Reynhaldus frater Ducis Gelriæ, & Juliæ: Comites quatuor, principes duo, nobiles ferè sexcenti. Equi bis mille, & præda ingens capta, súbque corona vendita est. Ejus victoriæ fama, magnum potentiæ, ac dignitatis incrementum Adolpho, & Cliviæ principibus accessit. Ipse profectus ad Constantiense concilium generale, principum, ordinúmque omnium judicio meruit majore Principatus titulo, atq; potentiæ jure decorari, & à Sigismundo Imperatore ex Comite Dux Cliviæ creari. Cujus in honoris accessu epulum inauditi eo sæculo sumptus publicè exhibuit. Hujus principis tanta fuit ubiq; auctoritas, ut ejus nudo dicto plus fidei, quàm aliorum principum signatis literis palam adhiberetur. Successor, abavus Caruli, † Joannes sub disciplina sui avunculi Philippi Boni Burgundionum Ducis educatus à puero cum Carulo Audace Philippi filio, bellicosi simul, & justi principis virtutibus excelluit: domi juxta, ac militiæ clarus. Hic à tintinnabulis cognomen rettulit, quòd in prœliis libenter feroci uteretur equo phaleris tinnientibus ornato, conspicuoq;. Archiepiscopum Coloniensem Theodericum Mursanũ iniqua vicinitate patri Adolpho seni gravé, & damnosum, maximísq; auxiliis superbum, Sanctis, Susato, locísque munitis pluribus ereptis, quinquennali bello fatigavit, & ad pacis æquas conditiones, Nicolao V. P, M. per legatum Cardinalem, & Philippo avunculo Duce Burgundiæ sequestribus,

Theodericus Pius Theod. F. Ioannes Theoderici F.

* *Stirps Aeliæ, vel Heliæ defecit in Ioanne ab Ecclesia ad principatũ vocato*

† *Adolphus Marchiæ Comes per affinitatẽ insertus in familiam ac nomen, Cliviensiũ Principum cum dignitatis ac titulmaioris accessione.*

* *Adolphus Caroli Friderici Principis atavus Cliviensium Comes ultimus, ac primus Dux.*

† *Ioannes Adolphi F. Dux Cliviæ II.*

ftribus, compulit. Nec defuit eidem pietas, & religionis cura. Nam anno salutis cIɔCDI. qui Jubilejus erat universæ Christianæ ecclesiæ,cum nobili & eximio suorum comitatu Hierosolymam navigio perrexit, & ad Christi sepulchrum insignia equestria sacræ militiæ cum præcipuis suorum acceptavit. Et ex eadem peregrinatione reversus Venetias, Romam adiit sacraq; illius urbis loca piè visitavit. Reliquit filium successorem ejusdem nominis proavum Caruli Friderici, moribus prorsus pium, & mansuetum,* qui Misericors cognomine idcirco dictus est. Is Carulum Gelriæ Ducem hostiliter ejus provincias invadentem, fortiter sæpè reppulit: prœlio magno semel victum cepisset, ni Mauri unius opera, & fortitudine ex victoris manibus ereptus fuisset. Auus Caruli Friderici Joannes item † dictus, cognomine Pacificus, sanè circumspectissimus, & prudentissimus Princeps, qui felici matrimonio junctus Guilhelmi Juliæ, ac Montensium Ducis filiæ unicæ Mariæ, dotis jure potentes, atque amplas provincias plures suis ditionibus adjecit. Carulo V. Imp. magna dedit auxilia adversus Solimanum Turcarum Imp. maximo exercitu Pannonias vastantem: cùm ab Viennæ urbis obsidione potentissimum hostem profligaret. Anabaptistas hæreticos ac perduelles, qui ex infimæ plebis fæce regem sibi suscitarant, Monasteriumque VVestphaliæ munitissimam urbem, pulso principe Episcopo, atque omni nobilitate, per proditionem occuparant, totius Imperii auspiciis arctissima obsidione circumvallavit, faméque & oppugnationibus fatigatos, subactosque supplicio affecit. Regem, ducesque factionis uncis candentibus laniatos, ac caveis ferreis inclusos, è turri conspiciendos in exemplũ suspendit. Ex eo natus Dux Guilhelmus Caruli nostri pater, qui & adolescens, & quamdiu rectè valuit; inter præstantissimos sui sæculi Principes animi corporisque dotibus emicuit: præbuitque de se mox virtutis tantam populis vicinis expectationem, ut vix XXV. annorum cùm esset, patre ipsius adhuc vivo, Gelriæ civitates Ordinum omnium consensu eum sibi in Principem delegerint, Carulumq; ducem suum valetudine ac senio imbecillem, & liberis orbum compulerint, uti Guilhelmum hunc juvenem successorem sibi nominaret; ditionésque, quas possidebat omnes, cum Zeutphaniensi comitatu illi cederet.

Ioannes Misericors, Ioan. F. Dux Cliviæ III.

† Ioannes Pacificus, Ioã. F. Ioan. N. Dux Cliviæ IIII.

Guihelmus Ioan. F. Dux Cliviæ V.

cederet, quasi maternæ hæreditatis jure tandem obventuras. In cujus quidem florentissimæ ditionis forsan possessione mansisset, nisi pravis quorundam consiliis, Gallorúmve technis, à Burgundicæ domus necessitudine ac amicitia (quæ sibi jam antè multò jus ad easdem Gelriæ civitates per Carulum Audacem comparaverat) fuisset avulsus. Cùm hac etenim componere potuisset amicè juris sui controversias. Sed splendidis Gallorum promissis illectus in societatem, moxque tractus in bellum contra sui temporis summum Imperatorem Carulum V. Aug. multis regnis fulgentem arma sumpsit. Caruli autem potentia tum orbis Christiani maximorum Principum quorundam oculos percellebat, & animos malè securos habebat. Cum huius igitur absentis legatis ac ducibus biennio ferè toto haud infeliciter conflictatur, Brabantiam direptiónibus vastat, & Arescotanum Ducem, exercitus Burgundici præfectum in Julia ad Sittardum nocturno prælio aggressus, castris exuit & profligavit. Ceterùm cùm Carulus Imp. ex Africa per Italiam ac Germaniam cum instructissimo exercitu rediret in Belgicam: Guilhelmus Dux juvenis jam parentibus orbus, ac à Gallis quasi desertus; nec tàm externis auxiliis, quàm provincialium suorum equitatu ac legionibus fultus, se tantæ tunc imparem moli vidit, atque maturè Hieronis Syracusanorum olim regis exemplum secutus, maximi Imp. clementiam, atq; amicitiam potius, quàm extremas vires experiri maluit. Itaque de suo jure lubentius aliquid decedere, quàm populos suos longo bello, periculisque certis objicere, satius duxit. Nec malè cessit prudens consilium. Quo, licet facto qualicumq; naufragio (ut veteri proverbio dicitur) benè deinceps feliciterque navigavit. Carulus enim Imp. pro sua perspicacia, juvenis Principis eximiam indolem, heroicasque virtutes penitius considerans, mox dignum judicavit affinitate sua, & quem beneficiis sibi potius obstringeret, quàm bello subjiceret. Itaque fratris sui Ferdinandi Cæsaris ac Romanorum regis ad Imperii successionem destinati filiam Mariam Austriam optimo parenti, pietate, religione, ac virtutibus similem illi connubio junxit, ipsumq; indissolubili fœderis vinculo domui Austriacæ copulavit. Cui postea summa cum fide, & observantia Guilhelmus Dux semper adhæsit. Hujus celebre, & præclarum dictum in senatu, ac tribunali sæpius

Altera affinitas Cliviensium Principum cum Austriaca domo.

„ pius auditum eſt: Nolle ſe cuipiam mortalium,ſui commodi cauſâ inferri injuriam; faciliùs ſe toleraturum illam,atque „ qualemcumque jacturam, quàm privatus quiſpiam poſſet. Ex uxore filios duos Carulum Fridericum,& Joannem Guilhelmum, filiasque plures habuit. Carulum majorem natu ſibi ſucceſſorem, Joannem verò ad Eccleſiæ Chriſti gubernacula capeſſenda deſtinaverat: Verùm ſupremo numini, cujus abdita nobis conſilia ſunt, aliter viſum poſtea fuit. Ex hac autem ſtirpe Carulus Fridericus Princeps paternum genus traxit: maternum verò ex Auſtriaca; quæ nomen habet etiam à principatu ſuo. Et quamvis non ſit antiquitatis tantæ: nobilium imaginum tamen decore, ſummiſque imperiis excellit, & inclyta eſt. Non enim potentior, non illuſtrior, hoc ſæculo domus in orbe Chriſtiano fulget, ut de hac meritò nunc,quod de Julia domo Horatius olim:

Tranſit à paterna ſtirpe Caruli.

——————— micat inter omneis
Auſtrium ſidus, velut inter igneis
——————— Luna minores.

Rara & admiranda principatuum, ac imaginum ſublimitas in Auſtriaca domo.

Floret enim, ut jam à plurimis annis, ita nunc temporis in ſummo honorum ac dignitatū culmine poſita;refulgetq́;, ut coronis, ſceptriſque Imperatoriis Auguſtis novem, ſex Regiis: ſic etiam imaginibus atque elogiis Auguſtorum novem: Auguſtarum duabus: Regum autem ſex: Reginarum quindecim referta eſt. Archiducum, Ducum, aliorum Principum imagines, tiaras, circulos aureos, & gemmatos, hic longum eſſet enumerare. Revolvas annales veteres quoſvis, & genealogias principum Chriſtianorum omnium examines licet: haud puto in una ſtirpe reperies tot ſublimia imperia, tot diademata & ſceptra, atque in hac una:Quam ſcribit Jo. Cuſpinianus ex Habsburgenſium unica familia produxiſſe quinquaginta ſeptem maſculos Princepes vel Cęſares,vel Reges,vel Archiduces,Duces,aut Comites.Quid « reperiri poterit rarius, excellentius aut illuſtrius? Frivolum « ac leve eſt exemplum, ſi hæc conſideres, quod Plinius ut ſtupendum fœmininę felicitatis atque nobilitatis miraculū, Hiſtoriæ naturalis lib. VII. adducit. Una, inquit, fœminarum in omni ævo Lampedo Lacedæmonia refertur: quæ « Regis filia, Regis uxor, Regis mater fuit. Plura me Hercule, & ma-

Lampedo Lacedæmonorum regina.

& majora decora reperies inter Austriadas Principes. Longè etenim Lacænam illam Lampedona excellit Elizabetha Casimiri Poloniæ regis, quæ Imperatoris Cæsaris, ac Regis filia, & neptis, Regis soror, Regis uxor, Regum quatuor mater, & denique Regis avia fuit: nimirum nata ex Alberto V. Imperatore, Boëmiæ & Hungariæ Rege, avum maternum habuit Sigismundum Imperatorem, Boëmiæ & Hungariæ Regem: fratrem Ladislaum Hungariæ & Boëmię Regem; & filios protulit Reges Hungariæ Boëmiæque Jo. Albertum, Uladislaum, Alexandrum, & Sigismundum; addatur & Fridericus quintus filius, qui ad Cardinalatum, regiæ parem quippe dignitatem evectus est: Avia quidem fuit Ludovici Boëmiæ & Hungariæ Regis. Quid ista felicitate felicius, aut nobilitate nobilius? Nec in sola una ejusdem gentis remansit tam rarum decus. Fulget enim nunc etiam temporis, ut unica phænix, clarissimæ, atque omnium virtutum dotibus præstantissimæ heroinæ Mariæ majestas, quæ Carulum V. patrem, Ferdinandum primum patruum, Imperatores, Cæsares Augustos vidit, & amitas reginas quatuor. Ipsa Maximiliani II. Imperatoris, Cæsaris Aug. uxor, Philippi Hispaniarum Regis Catholici, & N. reginæ Lusitaniæ soror. Fruiturq; nunc meritò summis etiam liberorum suorum honoribus, Rudolphum primogenitum Cæsarem, atque Boëmiæ, Hungariæque Regem cernens, & duas filias Reginas; Hispaniarum unam, eamque Regum matrem; ac Galliarum alteram. Item & alios quinque filios Archiduces, quorum capitibus majora quoque imminent diademata. Quocirca non vanè de eadem, cùm Maximiliano Ferdinandi Aug. filio desponsata esset, quidam Poëta vaticinatus est:

Elizabetha Polonia regina.

Maria Caruli V. Imp. Aug. F. Maximiliani II. Imp.

Reginam Mariam dicas, hæc omnia dices,
Stirpis honor, pietas, gratia, forma, fides.
Cæsaris est eadem pronept is, nata, nurusq;,
Hinc erit & coniunx Cæsaris, atque parens.

Tam felicem Austriadum fœcunditatem sine livoris affectu pensitantes, haud dubiè divini numinis benignitate, & gratia sic esse nostro sæculo consultum credent, ut hæc

Salutaris, & necessaria reip. Christiana domus Austriaca potentia, & magnitudo.

Vna domus vires, & onus susciperet orbis

Christiani: quemadmodum Ovidius Poëta de domo Fabia nobilissima,& amplissima cecinit. Quæ olim, ut ait,

Vna domus vires, & onus susceperat urbis

Romæ: cùm trecentos sex ejusdem sanguinis nobiles, adjuncta clientum multitudine cuncta,ad bellum contra Etruscos infaustis avibus emisisset. Sed quantò hæc præstantior? quæ velut fidum ac forte propugnaculum sola jam diu opponitur adversus impetus sævissimorum Christiani nominis hostium; & barbaram Otomannicæ potentiæ rabiem à cervicibus nostris depellit. Tantæ igitur

Augeat Imperium,& sobolem domus augeat annos

omnipotens Deus, ut ejusdem Poëtæ versiculis abutamur: atque malum his, qui ejus compagem dissolvere cupientes, simul reip. Christianæ ruinam & interitum; sibi, postetisque suis Turcicæ tyrannidis jugum optant. Notabile ac rarum in hac Austria familia est, nec non genuinum, ac proprium à proavis, atavisq;: quod masculi ferè omnes, & fœminæ etiam pluri mæ mento nascuntur oblongiore, prominentioreque; non tamen indecenti, sed cujus forma vultum principis gravi quadam majestate decoret, intuentibusque reverentiam concitet. Mentum autem cùm prolixius homini est, volunt Aristoteles, Palæmon declamator, & Loxus medicus, qui etiam de Physiognomia scripserunt, animum ostendere pium, placidum, constantem, & minimè perturbatum.Quæ virtutes ac dotes,ut magnæ & eximiæ sunt,ita Principem virum vehementer adornant. Majorum istius domus plurima & insignia facta celebrantur per orbem terrarum, ab fide dignis scriptoribus memoriæ prodita: quorum pauca quædam obiter, stemmatis declarandi caussa, huc adferre sufficiet. Rudolphus Habspurgensis primùm Comes, mox Imperator Augustus, qui primus Austriam sobolem felici stirpe plantavit, quater & decies è prœlio victor rediit. Ottocarum Boemiæ regem rebellem, acie victum occidit. Ex ordinum consensu & principum consilio, extincta Ducum Austriæ mascula stirpe, filium suum Albertum Ducem ejus provinciæ constituit. Qui postea Cæsar Augustus ejus nominis primus, Adolphum Cæsarem ab Electotibus propter ambitionem, ac sordes abdicare jussum,

Singulare & notabile quid in Austriaca domo.

Transit ad insignia facta Austriadum.

Rudolphus Habspurgensis imper. Aug. familiæ Princeps.

Albertus Rudolphi F. Cæsar Aug.

ſum, & Imperii titulos, inſigniaque nihilominus armis ſibi aſſerentem, apud Vangiones in agro Spirenſi prælio ſuperavit, & occidit. Idem, cum ritè non fuiſſet electus, comitiis convocatis, coronam depoſuit, & Imperii jus ordinibus reſignavit: ne de violenta uſurpatione ac occupata tyrannide notari poſſet. At Electores ire in ſuffragia juſſi, calculis omnibus denuo Cæſarem Imperatorem Albertum declararunt. Plures reliquit liberos, è quibus Leopoldus dux Auſtriæ militari ſtudio clarus, populari voce, Gloria militum appellabatur. Alter Fridericus in ordinum diſſenſione Cæſar electus cum Ludovico Bavaro per annos octo varia fortuna de Imperio certavit. Minor fratrum omnium Albertus à corporis quidem vitio Claudus ſive Contractus: ſed ob miram animi gravitatem, ſummamque prudentiã cognomine Sapiens dictus fuit. Qui fratribus quinque ſine prole maſcula mortuis ſuccedens in Ducatu, philoſophia & pacis artibus inſtructus, civili gubernatione ditiones ſuas majorem in modum ditavit, & oppignorata à majoribus oppida redemit: novis provinciis duabus Principatus ſui fines ampliavit. Hujus F. Rudolphus Dux, ob ingenii acumen cognomento Induſtrius, Viennenſem academiam inſtituit, & doctis artium profeſſoribus exornavit: quam Albertus Dux, fratri Rudolpho ſine filiis mortuo ſucceſſor cenſibus auxit. Ex hoc natus ejuſdem nominis filius unicus, quem ob egregias virtutes Sigiſmondus ſui temporis Imperator ſummus juncta matrimonio filia Elizabetha generum ſibi adſcivit, & ad Imperii ſucceſſionem deſtinavit, & provexit. Denique teſtamento etiam nominavit regnorum ſuorum Hungariæ, ac Boemiæ hæredem; utque ultimam voluntatem exequerentur ſtatuum, ac provinciarum primores rogavit, dicens: Beatum id fore regnum, cui Albertus eſſet imperaturus. Poſt mortem Sigiſmondi ſoceri, Ab Electoribus Cæſar Auguſtus appellatus, honorem conſtanter recuſavit, nec acceptaſſet oblatum Imperium, niſi importuna interpellatione Ducum Auſtriæ, omniſq; parentelæ, nec non unanimi principum, ordinũq; conſenſu victus fuiſſet. Tum alta voce non ſine ſuſpiriis exclamavit, O prodigioſa fortuna, nec diu manſura: tria uno anno regna nobis obtrudis?, Vix quiſpiam alius unquã majore ſpe ad imperium venit. Nec fefelliſſet maximi Imperatoris Sigiſmondi ſoceri ſui judicium, expectationemq;

Alberti mira modeſtia.

Fridericus Alberti F. Cæſar.

Albertus Alberti filius cognomine Contractus & Sapiens.

Rudolphus Alberti F. Induſtrius Dux

Albertus Alberti F. Rudolphi frater.

Albertus Alberti F. Alb. n. Dux Sigiſmondi Imp. gener.

Sigiſmondi Imp. de Alberto judicium.

Albertus ,, Cæſ. Aug. ,, appellatus Imperium recuſavit.

nemque, nec sanè conceptam animis ordinum omnium de se opinionem frustratus esset, si diuturnior juveni contigisset vita. Siquidem biennio solo, quo præfuit, & paucis mensibus, Moravos, ac Sarmatas intra suos fines quiescere coëgit: Ptasconem Boemum, factionis hæreticæ caput, sic attrivit, ut tota Boëmia sibi cederet. Dumq; majora molitur animo, in expeditione contra Turcas immaturè disenteria cõfectus interiit. Successorem habuit inperio Fridericum tertium, Ernesti filium, patruelem suum in secundo gradu. Albertus enim Imperator avum Albertum Ducem habuit, & Fridericus Leopoldum, qui duo fratres germani fuerant. Ceterùm Fridericus hic Cæsar Augustus Caroli Friderici Principis atavus maternus, ob ingenitam naturæ probitatem, virtutesque tanto Principe dignas omnibus gratissimus fuit, cultui imprimis divino & Catholicæ religionis pietati, studiisque literarum, vel à prima lanugine sua sponte prorsus addictus. Cùm, defunctis parentibus, sui juris esset factus, adhuc adolescens nil prius habuit, quàm religionis ergô Palæstinam invisere, terràmque Christi redemptoris nostri pedibus calcatam, ejusdem, & tot martyrum sanguine consecratam piè recolere, & osculari. Ad Imperium evectus, Germaniam propter crebra ecclesiæ (quę fuerant ambitiosorum technis conflata) schismata, non parum ab Apostolicæ sedis obedientia alienatam ad officium, sublata neutralitate, reduxit: Amodeo Allobroge, qui Basiliensi consilio innixus pro summo Pontifice se gerebat, sua auctoritate in ordinem redacto. Eandem perpetuis bellis fatigatam longa pace recreavit: quam eodem tenore per annos ferè quinquaginta quatuor, quibus rerum potitus est, summa moderatione coluit, Pannonicos, aliosque tumultus prudenter, & maturè componendo. Quin etiam in Belgas movens, Novesium obsessum assertурus, hostem Carulum Audacem Burgundum, potentissimum & bellicosissimum Ducem, facilè in suas partes traduxit, amicitia denique & affinitate sibi copulavit. Ad eosdem, post Caruli mortem denuo tumultuantes Maximilianumque ejus filium (qui ex Carulo defuncto natam Mariam multarum provinciarum hæredem matrimonio duxerat) detentum indignè tractantes reversus, paucorum pœna contentus discordiarum fomitem sustulit. Filium unicum Maximilianum, maximæ expectationis juvenem,

Fridericus III. Cæsar Aug: Ernesti Duc. F.

Pax & affinitas Friderici cum Carolo Audace.

Maximilianus Friderici Filius.

venem, octavo antequã moreretur anno, Electorum suffragiis, omniumq; ordinum votis Cæsarem Francofortiæ declaravit. Hic fortunatus, & magnus bello Princeps, & pace præclarus fuit ob Christianæ pietatis cultum, virtutum ac literarum amorem, liberalitatemque summam omnibus bonis charus. Laudatissimi enim atque optimi parentis vestigiis non excedens, tota vita nil aliud quæsivit, quàm tanto principe dignos labores: nimirum Catholicæ religionis provectionem, Christianæ reip. tranquillitatem, securitatemque à Turcica tyrannide; nec non Germaniæ pacem atque libertatem. Tantæ tamen virtuti inimica fortuna frequentes & graves æmulorum motus concitavit. Et licet non admodum esset pecuniosus, neque tam belli nervo, quàm suorum benevolentia robustus, omnes tamen adversariorum impetus feliciter sine multo sanguine retudit, sine gravi damno technas & insidias elusit. Belgicas dissentiones post uxoris mortem ortas composuit. Veromanduos, Morinos, Eburones, ac Batavos interamnates bello subegit. Philippum Palatinum arrogantius se gerentem compescuit. Venetos æquo latius ditionum suarum fines proferre cupientes in ordinem redegit. Anglorum etiam thesauros sine sua jactura aperuit, & dissipavit. Atque ita prudentiæ, felicitatisq; fama crevit, uti Turcarum Imperator Bajazethus, reguliq; barbari plures sua sponte legatos auro, gemmis, exoticisq; muneribus preciosis onustos, amicitiæ conciliandę caussa id ipsum miserint. Unicum reliquit filium Philippum Austrium Caruli Principis nostri proavum maternum multarum provinciarum hæredem. Cui adolescenti per matrimonium Joannæ Ferdinandi Catholici regis unicæ filiæ Hispaniarum, Neapolis, Siciliæ, atque alia regna plura, & amplissimæ ditiones feliciter accesserunt. Summæ expectationis Princeps hic fuit: sed invida Parca vitæ stamen nimis festinanter detruncavit. Vix enim annum ætatis XXX. excessit, relictis duabus filiis Carulo, & Ferdinando: quorum alter alteri in Imperio Romano successit, Carulo scilicet natu majori Ferdinandus frater. Hic avus maternus nostri Principis, Caruli Friderici, ille patruus magnus fuit. Qui Maximiliano Imperatori mortuo successit electus absens, omnium suffragiis Galliarum regi Francisco prælatus. Nec visus majorum memoria potentior, aut rebus gestis in orbe

Maximilianus primus Cæsar Augustus.

Philippus Maximiliani filius Archidux Austriæ.

Carulus V. Philippi F. Maximil. N Cæs. Aug.

Christiano illustrior aut præclarior post Carulum Magnum Imperator. Solimannum Turcam Xerxianis quasi copiis Pannonias vastantem bis ab obsidione Viennæ reppulit, Gallorum regem Franciscum in Insubribus acie victum cum rege Navarræ & præcipua Gallica nobilitate cepit. Smalcaldicæ conjurationis rebelles cum X C. milium exercitu ipsum oppugnantes, principibus captis, in potestatem redegit, gravique multá punivit. Mare mediterraneum à piratarum injuriis liberavit, Carthagine, Tunetoque capto, & archipirata Barbarossa profligato, ultra X X. milia Christianorum è servitute durissima vindicavit, & magnam Africæ partem subegit. Ob quas res bene gestas, MAXIMI, FORTISSIMIQUE cognomen rettulit. Demum victoriarum, & honorum satur, & corpere laboribus jam exhausto, & debili (cùm antea diu fratrem Ferdinandum Cæsarem declarasset) divino servitio vacare, & quieti se dare cupiens: Imperium sua sponte deposuit, & hæreditaria regna, provinciasque sui juris omnes Philippo filio cessit. Atque in Hispaniam profectus cum duabus sororibus viduis, Leonora Galliarum, & Maria Pannoniarum reginis, in monasterio S. Justi Toletanæ provinciæ tranquillissimum, beatissimumque vitæ finem consecutus est. Ceterùm Ferdinandus successor ejus, licet bello non tam clarus, omni tamen virtutum genere Princeps excellentissimus fuit. Nam literarum artiumque omnium amator, literatus ipse, atque etiam tantæ pietatis, modestiæ, & benignitatis: ut eum & hostes & barbari amare cogerentur; uti delicium orbis aut humani generis non minus verè, quàm Titus Cæsar nuncupari potuerit. Is proavi Friderici exemplo Germaniam variis opinionib⁹ discordem, multiformi regilionum monstrosarum scisimate mirificè distractam sedavit: summaque providentia sua Jani templum, (ut Romano more loquar) toto quasi Imperii sui tempore in continua pace clausum retinuit: & ut Germania ad Catholicæ religionis unitatem redigeretur, assiduè laboravit. Optimi piissimique Principis hujus sanctum exitum, beatamq; mortem epistola diserta ad Pium IV. summum Pontificem describit Mathias Zittardus, qui eidem à confessione, sacrisque concionibus, & in extremis præsto fuit. Reliquit successorem in Imperio filium natu majorem Maximilianum II. Hungariæ Boemiæque regem, quem

Carulus V. Cæsar Aug. abdicat se Imperio & regnis.

Ferdinãdus Philippi filius Maximil N. Cæsar Aug.

Maximili-

quem antea consensu Electorum atque ordinum Imperii declaraverat Cæsarem. Is avunculus Caruli Friderici Principis nostri rerum adhuc potitur. Nam Carulus natus ex ejus sorore Maria Ferdinandi Aug. F. Guilhelmo Duci Cliviæ, sicut diximus, nupta. Generis igitur nobilitas ab utroque parente tot summorum principum, tot illustrium imaginum serie (veluti diffusè satis demonstravimus) Carulo clarissima fuit. Hic natus est Cliviæ in Palatio, nostre salutis anno CIↃ DLV. quarto Kalendas Majas, paulò ante solis exortum, hora quarta post mediam noctem. Cujus natalis hoc disticho continetur ἐνιαυτοδεικτικῷ: quo, scilicet, annus totidem literis numeralibus (D, ut in usu quibusdam est, præterita) & mensis dies ultimo versu declaratur.

an° 11 Ferdinandi F. Cæsar Aug.

Caruli Friderici nativitas.

GratVs qVadrVpLICI popVLo dVX ortVs, AprILIs
InIIt VtsoLItos bIs deCeM & oCto dIes.

Sic etiam in fastos, actaque provinciæ publica relatus est dies. Annus insignis fuit idem brevi pontificatu summo Marcelli II. optimi patroni mei, quem magno reipublicæ Christianæ incommodo intra mensis spacium à gubernaculis mors damnosa repulit: nec non abdicatione spontanea Caruli V. Imp. Aug. qui tum cedere summis honoribus cœpit, & Philippo filio hæreditaria regna plurima resignavit. Infanti bina ex sæculi istius more nomina susceptorum induuntur, etenim auspiciis Caruli V. Imp. Aug. & Friderici Electoris Palatini Comitis recens natus è sacro baptismatis fonte elevatus est. Munera, quibus à susceptoribus donatus est, aureæ bullæ, pateræque durant adhuc, ostenduntur que Cliviæ. Educatur in parthenone, seu gynæceo primùm apud Mariam Austriam matrem, & Ameliam amitam, quæ in perpetuo remansit cælibatu, licet sæpius à magnis Principibus expetita ad nuptias fuerit. Nec defuit infanti primus ad felicitatem gradus, quòd heroinæ matris generosis uberibus lactatus fuerit: atque indolem Austriæ virtutis ex genuino, & puro fonte materno suxerit. Pueritia ejus amabilis, & egregiæ festivitatis fuit, statimque in eadem expleduerunt corporis animique futuræ dotes. Itaque patri mox incessit cura diligens, ut animo tenello, ceu recenti testulæ litera-

Eius susceptores.

Educatio eius.

Pueritia Caruli.

Eius prima institutio.

literarum, ac pietatis Christianæ liquor purus sensim instillaretur à primis annis. Principem etenim in civitate non nasci, ut inter apum examina regem in alvearibus: sed à puero institui ad reip. functionem in sapientum, & bonorum contubernio oportere, Platonem Philosophiæ principem docere, non ignorabat: atque generosissimam licet indolē, & optimam quamque pueri naturam, si destituatur institutione, fœcundum quidem sed incultum agrum imitari, & multa simul cum virtutibus vitia proferre. Quærit igitur pædotribam seu pueritiæ præfectum, doctum & pium, qui teneros annos filii instituat, atque literis instraut. Adsciscitur ad hanc provinciam Matthias Paludanus Venradiensis, magno ingenio vir, & singulari memoria, doctrinaq; non vulgari: præterea moribus comis, & Catholicæ religionis pietate conspicuus, qui prius Embricæ per plures annos non sine laude docuerat. Cùm septimum ageret annum Carulus, è Gynæceo sublatus huic traditur formandus, ac erudiendus. Denique ut omnia ritè fierent, erigitur puero principi postea novum contubernium, & œconomia quædam ꝓpria: non tam aulicæ pompæ gratiæ, quàm rectæ educationis, ac probæ institutionis caussa. Deliguntur è subditis juvenes nobiles aliquot incorruptæ fidei, ac probitatis, linguarū ac literarum peritia instructi, morumq; elegantia commodi: qui mane surrecturo, prandenti, cœnanti ac demum vesperi cubitum ituro assiduis ministeriis præsto, honestaque conversatione non inutiles esse possent. Additi pueri nobiles comitum, ac præsidum filii ferè coætanei, ad disciplinæ exercitii commilitiū ex vetusto Principū more, quos συμπαίστορας Xenophon in Cyripædia vocat: utq; indole generosa præditi, ingenio industrii, & commodi, linguæ continentis, ac veracis essent, omnino provisum fuit. Sic cetera omnis familia ad unguem facta, atque ordinata est ad tantæ expectationis curam gnaviter obeundam. Huic tam selecto contubernio pater selectissimum quoque præfecit œconomum Guarenerum Gymnitum dominum Gemnicii, hominem sibi à puero cognitum; quippe collactaneum quasi, & συμπαίκτορα quondam sub eodem institutore Conrado Heresbachio eductū in disciplinis. Qui rei militaris principia sub potētissimo Imperatore Carulo V. Aug. didicerat, sub eodemq; tyrocinium deposuerat; variis expeditionibus, & peregrinationibus

Matthias Paludanus.

Contubernium Caruli.

Guarenerus Gymnicus œconomus.

nibus à prima juventute probatus. Vir gravis, prudens, & fidei exploratæ: nec non aulicæ philosophiæ peritissimus. Et quamvis propter militaria studia puer literas Latinas ad unguem non didicisset, literarum tamen (quod valde rarum) atq; omnium artium ingenuarum amantissimus est: laborum insuper patientissimus, atque perpetuum librorum helluo, ex quibus historiam, antiquitates, architecturam, opticen, aliasq; generoso viro dignas artes sua sponte didicit. Huic filium commendat pater, totum tradit regendum: jubetq; ut aulicam œconomiam universam gubernet, tueatúrq;: ministrorum officia cuncta ei pareant: utq; ipse, cum pædagogo Matthia filii adolescentiám curet, & instituat: ambo vitam, moresq; ad pietatem & virtutes forment: hic per literas & discendi præcepta, ille per exercitia corporis ingenua, atq; honestam civilemq; conversationem. Matthias igitur ipsum primus, nobilésq. pueros συμπαίκτορας fundamenta Latinæ Gramatices per computum in digitis, & per artem (ut appellant) memorativam magna facilitate docuit. Erat enim Carulus ingenio promptus & alacer, memoriáq; non infelici: mores tamen, ut in lubrica illa ætate solent, erant admodum varii, & nimia ludendi cupiditas diutius inhærens, item obsequium & facilitas erga sodales pueros, expectationem minuit apud extraneos & parum familiares. Stabilē verò, atq; altam ejus indolem diu obnubilatā pauci ex suis etiam tardè perspexerunt: quod ipsum in T. Manlio Torquato, & Q. Fabio Maximo Cunctatore contigisse, Romanæ historiæ produnt. Animus tamen valdè cōmodus erat, uti facillimè admonitionibus avocaretur à ludicris ad seria, & à vitiis ad virtutem. Nulla enim inerat pervicacia, nulláve superbia. Constat puerum etiamnum ardoris animi plenum fuisse, atque indole ad gloriam inclinata, ut laudibus facilè ad labores, resque difficiles capessendas impelleretur. Erat enim φιλοτιμότατος natura, καὶ φιλονίκης: quod variis notis animadversum est, & maximè per lusus pueriles enituit. Quemadmodum enim de Cyro puero scribit Xenophon, sic etiam ipse inter ludendum munia sodalibus distribuebat lubēter, ducem semper se præbebat, & campiductorem in ludicris exercitiis, dum saliunt fossas, vallum invadunt, & castella temporaria expugnant. Ceterùm magis ac magis deinceps per

Prima fundamenta Caruli.

Indoles.

Carulus amans honoris & victoria.

ætatis gradus animi corporisq; dotes in eo apparuere: docilitas dexteritasque magna ad omnes ferè artes, memoria singularis, eaque talis, ut cùm vix esset annorum duodecim, Maronis poetæ libros integros, præsente patre, Principumq; legatis, continua oratione memoriter aliquandò recitarit.

Memoria.

Patris cura & diligentia.

Prudenter enim pater sæpius filium ab aulica turba semotum invisere solebat, ejus explorare studia & exercitia, rectorum ac ministrorum officia recognoscere: immo etiam aliquando cum paucis ultrò ad ejus mensam venire: quo vitam, victum ac mores ejus perspiceret, atque ministros ad majorem diligentiam excitaret, vulgati proverbio dicti non immemor, Oculos domini imprimis equum saginare: atque optimum in agro fimum esse domini soleam. Ad studiorum itaque disciplinam puer vocatus, magistris paruit lubenter. Et quamvis ad ludicra, & ad voluptates (ut ætas illa flagitare solet) propensior esset: rarò tamen adeò immersus erat puerilibus rebus, quin observari ac nunciari sibi juberet horam studiis liberalioribus destinatam: & ea cùm appulisset, mox ultrò cum præceptore ad seria peragenda secederet. Eam autem ut negligeret, rarò contigit etiam adolescenti, quandiu literis operam dedit: nisi fortè sublimioris gradus nobiles advenæ colloquiis ipsum ac conversatione longiore detinuissent. Sermo ejus Latinus non solùm preceptis, sed etiam domestica consuetudine duorum Comitum, & nobilium aliquot puerorum domi excultus est: sed imprimis conversatione assidua doctissimi, atque elegantissimi juvenis Joannis Reckii, qui jam antea Italiam, & Gallias studiorum caussa peragraverat. Linguas etiam externas à puero Gallicam imprimis, deinde etiam Italicam, atque Hispanicam legendo, scribendo, interpretandoque degustare cœpit: Item Musices artem canendi voce, psallendique testudine, cithara organisque ceteris scienter ac jucundè. Denique ut ad omnem virtutem juxta compararetur, filium magna diligentia curaque pater educavit. Mox etiam exercitationes campestres equorum & armorum: item venatorias omnis generis statutis diebus, & certis horis ipsius patris auspiciis didicit & assuevit. Eodem censente, corpus in incremento ipso ad omnis generis exercitia accommodari, & ad quosvis labores expediri debere: ut ad cursum & saltum fieret agile, ad luctam & pugnam promptum

Prima Caroli rudimenta linguarum ac musices. Joannes Reckius.

Exercitationes corporis.

ptum & stabile. Igitur ipse frequenter tyronem exercuit equitando, & militaria progymasmata docuit, atque etiam pila, disco, cursu & saltu in sole & pulvere certamen erudivit: Octavii Augusti exemplum secutus, qui & ipse nepotes suos ex filia, Cajum, Lucium, & Agrippam, quos ad Imperii spem educabat, & literas (ut Suetonius testatur) & natare, ceteráque adolescentiæ rudimenta per se plerumque docuit. His artibus puer imbutus, his disciplinis domi Carulus est institutus. Dehinc pubescens, arma * primùm induere cœpit, & cum patre Teutoburgum oppidum in celebri pompa armatus invehitur equo, cùm cives principi suo juramentum renovarent. Præfuit & ludis festivis ductor turmæ nobilium equitum anno sequenti, cùm Maximiliani Cæsaris Aug. avunculi sui filia, Anna sponsa Rheno secundo per paternas ditiones magno comitatu duceretur in Belgium: inde in Hispaniam ad sponsum Philippum regem Catholicum cum apparata classe profectura. Quo ferè tempore ex auctoritate patris agitatum † est in senatu, cùm jam incepisset adolescere, an peregrè extra provinciam mittendus Carulus princeps, ut multorum hominum mores videret, disciplinas cognosceret, & linguas externas perciperet. Quemadmdoum ex usu prisco majorum heroes & principes præclaros plurimos fecisse constat, qui liberos suos aliquamdiu ab oculis gremióq; materno; quò rectius faciliúsque instituerentur, puerilésque mores dediscerent, segregarunt. Variatum aliquandiu sententiis in senatu pro hominum judicio & qualitate. Magna namque pars procerum non solùm supervacaneum, * ac inutile fore censuit; sed etiam sumptuosum ac periculosum adolescentem principem in ignotas regiones contra morem Germanicũ educere. Germanos veteres indigenis tartibus, præcipuè militia & agricultura contentos prorsus ab externorũ commerciis abstinuisse, dicentes. Immo M. Catonem & alios priscæ integritatis viros palam conquestos semper fuisse, externas disciplinas, ac linguas frugalem populi Romani vitam ac masculinam virtutem corrupisse: cum Græcis & peregrinis moribus in civitatem irrupisse mollitiem, luxum, gulam, ebrietatem, & omnia turpitudinis genera: idem & nostro sæculo contingere, verum eventu disci. Juventutis Germaniæ in externorum Principum * regiis educata magnam

Armorũ tyracinũ.

† *Consultatio de peregrinatione Caruli controversata per orationes obliquas.*

* *Adolescentẽ principẽ extra provinciã nõ esse mittendum.*

† *Germanorum mos priscus.*

* *Iuvenum nobiliũ mores pravi.*

gnam partem nil præter superbiam, luxum, pompam, ac splendidam vestem: nihil præter morbos, ac scabiem referre domum: ac nullas artes præter aleæ, & pilæ lusum, gladiatoriam, ac tripudiatoriam discere. Interea tamen omnes conterraneos præ se comtemnere, quasi civilitatem rerumq; prudentiam soli possiderent. Hos esse longarũ pregrinationum fructus in adolescentibus: Parentes autem, eorum experientia doctos intelligere indies, quantis in mercem damnosam impensis sit opus: quarum ob jacturam sæpè caput (ut proverbio dicitur) scalpere eos videmus. Denique mille periculis obnoxias esse peregrinationes, & itinera longa. Occurrere ubiq; juventuti imperitæ fraudes, insidias, errores, naufragia, lapsus, latrocinia, venena, cædes, morbos ac mortes immaturas inter ignotos. Quam triste, ac miserum infelicibus parentibus, si charus, exoptatusque filius post longam absentiam, maximosq; sumptus factos, tandem in epistolio funesto dũtaxat nomine tenus, nigro θ * præfixo redeat, suspiria, lachrymas & planctus adferens? Si hæc privatis metuenda, quid magno principi? qui nusquam latere, vel sibi vivere potest: qui semper in oculis æquè pravorum technis ac insidiis, ac probitati bonorum sit expositus. Sed quãto hoc pars imbecillior illa est, hoc sæculo, his moribus; tanto majora vbiq; pericula obversari, qemlibet (nisi mente sit captus) fateri debere. Non igitur consultum videri, adolescentem principem tot casibus objicere non sine immensis sumptibus. Non posse etenim Carulum pro majorum suorum splendore, pro cognatorum ac affinium amplitudine, pro parentum statu & conditione mediocribus impẽsis foris educari. Rectè prudenterque censuisse veteres, domum * propriam domum optimam esse. Mysonem Chenæum sapientẽ appellatum, & Aglaum quẽdam Psophidiũ senem ac pauperem olim oraculo Delphico Gygi Lydorum regi amplissimo felicitate prælatũ esse: quòd prædii sui, in quo natus erat, limites nunquam fuisset egressus. Principi Carulo non minus honoratũ fore, ac utile magis: si frugali victu, moderatisq; sumptibus apud suos educatus, natale solum amare, & moribus patriis adsuescere discat: ut suarum provinciarum naturam, statum, ac situm; populorum ingenia, consuetudines, leges ac privilegia, atq; ordinum omniũ conditiones sensim cognoscere possit. Linguas, præter vernaculam,

Peregrinationis pericula.

** θ apud veteres in tabulis publicis ac epitaphiis mortuorũ, sicut V. litera vivorũ nominibus præponi solet: quòd ambo sint primæ in dictionibus. Vivus, & θάνατος. Hinc Cicero pro Milone θ literã tristem vocat: Martialis mortiferũ signũ: Persius nigrũ theta. Quapropter in Græcorũ etiã iudiciis olim dãnationis, & pœna capitalis erat nota.*

** οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος.*

naculam, paucas illi esse necessarias, Gallicam videlicet & Alamanicam; easq; ipsum domi æquè faciliter ac Latinam apprehensurum. Tum maxime familiari consuetudine suorum animos sibi obligaturum, optimatum amatorem sibi conciliaturū: si patriam ac suos redamare à puero, assiduoq; studio colere ipse videatur. Si verò post longam absentiam suis parum notus, moribus externis imbutus, peregrino comitatu stipatus, cultuq; alieno deformis revertatur: grave illi futurum ac difficile, suorum moribus ac institutis semet accommodare. Immo periculum fore, ne multa novare velit, quæ alibi visa placuere; ne pro subditis, exteros sanguisugas, sibi jam consuetudine juvenili cognitos rerum gubernaculis adhibeat. Libertati publicæ, provinciarúmq; saluti adversum & perniciosum semper hoc non solum esse: verumetiam principibus ipsis valdè periculosum. Alexandro Magno post maximas victorias peperisse summam invidiam, quòd barbaro cultu ac habitu peregrino delectaretur, Persicòque ritu adorari à suis vellet, Demetrio Philippi Macedonum regis filio exilium attulisse, atque Vennoni Parthorum regi abstulisse regnum; quòd obsides apud Romanos cùm fuissent, eorum moribus, artibus atq; institutis nimium indulgere viderentur. Cujusvis ævi exemplorum esse copiam, neque vetera adducere necesse esse. Nostro etiam sæculo plures provincias perpetuo tumultu ac seditione flagrantes doceri posse, quantam reip. malorum Iliada rectores peregrini, ac veteres consuetudines, legesque contra morem majorum innovatæ adducant. His rationibus moti plures (ut dixi) censuère, non educendum extra provinciam adolescentem Principem esse. Multi in diversa fuère sententia, qui utile, ac pene necessarium fore judicarunt, ut in aulam amplam, ac præcipuam summi alicujus Principis rectè institutam mitteretur per biennium trienniúmve, morum & linguarum varietate conspicuam: ubi non luxus, aut gula; non mollities aut levitas dominarētur, sed honesta disciplina vigeret: Ubi virtus ac bonæ artes haberentur in precio, heroica & mascula juvenum exercitia frequentarentur, & essent in usu. Nam solùm libris, disciplinis, atque præceptis indigere futurum Principem, sed etiam polytropia quadam, & rerum variarum experientia: Oportere quoque cum res communes periclitando discere,

Adolescentem Principem inter extereos rerū experientia erudiendum esse.

discere, quo firmius eas memoria retineat, & ex eventu quoque consilia expedire discat; non ex libris tantùm, aut præceptorum dictatis. Rectè atque verè finxisse veteres Sapientiæ patrem Usum, & matrem Memoriam esse: atque hanc deam elegantissimè idipsum in Afranii Sella fateri, his versibus ortum, nomenque suum togatis palam faciens:

Usus me genuit, mater peperit Memoria.
Sophiam vocant me Graii, vos Sapientiam.

Gubernandi verò difficillimam artem esse: clavum ipse ni manu terat, nauclerum nunquam peritum fore. Aratorem deliraturum frequens, ni discat ipse stivam manu regere. Non temerè Apollinem deæ hujus antistitem ac artium ipsum præsidem τετράχειρα, καὶ τετράωτον publicasse Spartanis suis Lycurgum; eoque symbolo docuisse veram prudentiam multa audiendo, plurimasque res usu periclitando quæri debere, ut Sosibius, & Aristophanes grammaticus, auctores sunt. Futurum oratorem Quintiliano teste, in rhetorum & sophistarum turba versari debere: sic Principem † futurum inter principes, & magnates rerum publicarum peritos. Inter hos adolescentes citò posse oculis & auribus haurire vigilantiam: apprehendere verecundiam & abstinentiam, addiscere prudentia consilia, res ipsas experiri togæ militiæque. Cùm domi alioquin inter suos, pro abstinentia facilius licentiam & ignaviam: pro verecundia temeritatem & impudentiam imbibant: pro prudentibus ac liberis consiliis audiant sæpius nugas, blandimenta ac palpitationes: rerum exitus, non nisi ex relatu, ac fabulis intelligant. Facescere nunc oportere Germanorum veterum, Catonis ac priscæ severitatis exempla rugosa; nostris moribus, nostroque ævo vivendum esse. Et aliam esse * privatorum, cujuscumque sint ordinis, aut status, instituendorum rationem, quàm Principis. Hunc caput, hunc oculum esse in sceptro positum. Hujus esse vocationem maximam, ut oporteat ipsum multis vigilare, multis sapere: ideóque indigere accuratissima institutione, uti possit in omni sapientiæ genere versatus videri. Privatis esse satis, sibi, suæque vitæ instituto, ad quod natura fertur, quemque studere: Principi satisfaciendum omnibus esse. Quare cùm illi laxioribus stringantur habenis, citius etiam à recto tramite

Apollo Sapientiæ præses quadrimanus & cū quatuor auribus apud Lacedæmonios

† Principis futuri conversatio qualis esse debeat.

** Institutionem aliam in Principe quā in privato requiri.*

mita ipsos aberrare, pravaque conversatione seduci. Adolescentem Principem foris agentem nunquam esse solum, habere selectum comitatum ministrorum, quocum versetur. Adesse semper suum Nestora, vel Achatem, cujus nutum observare, præceptis & consiliis obedire cogitur. Hunc vigilanti cura vitiosorum consortia procul arciturum, ipsum adversus delitiarum bladitias, ferociam, licentiam, assentatorum venena, ceterasque adolescentiæ corruptelas, ac pestes bonis admonitionibus sedulò præmuniturum. Vitam quidem humanam ubique fortunæ arbitrio & casibus variis obnoxiam esse: pallidamque mortem regum turres, & pauperum tabernas æquo ubiqui pede pulsare: Omnibus igitur manifestum esse, quòd non minus domi, quàm foris Princeps mortalis sit. Ubique regnare fortunam variis casibus. Quare non semper domi, velut apum rex in alveo vulsis alis concludi ipsum posse. Equitandum, navigandum, ac proficiscendum sæpius. Tum æquè periculis iisdem objici, quæ nunc virtutis, ac prudentiæ caussa paucis annis, & securè peregrinaturo metuuntur. Virtutem à diis immortalibus in arduo, ac sublimi positam parvo sudore, levibúsve impensis parari non posse. Et nisi hanc Princeps possideat, umbram, ac simiam in purpura potius, quàm Principem esse: immo pestem ac perniciem reipublicæ. Sumptibus igitur minimè parcendum esse in ejus capitis institutione rectâ, à quo maximè salus Reipublicæ dependet, ac omnium provinciarum felicitas. Ad hæc linguarum peregrinarum cognitionem aliquam illi necessariam fore, arbitrari quidem nonnullos: sed Germanicæ tantùm, & Gallicæ, propter commercia, cùm iis populis paternæ ditiones sint circumseptæ. Quis autem Italicam, & Hispanicam otiosas fore prudens affirmabit, si affinitates ipsius respiciat; & quòd hæ linguæ nunc temporis in omnium ferè Christianorum Principum aulis ubique vigeant, & floreant? Turpe profectò, & indecorum illi fore, cum Imperatore, Regibus & Principibus peregrinis, eorúmve legatis ore tantùm alieno colloqui; cúm ipse nutu, & signis dumtaxat, quæ velit indicare cogetur. Constat optasse quosdam nostri sæculi principes Germanos magno, & singulis talentis cupivisse singula compensare verba, si citra interpretem rebus postulantibus, quæ vellent, cum monarchis colloqui potuissent.

Principem æquè domi ac foris mortalem esse.

Linguarū cognitionē Principi necessariam esse.

F Olim

Olim Xerxem & Mithridatem potentissimos reges populorum multorum multiplices ac varias linguas discere non piguisse nec dedecori ipsis fuisse, Themistoclem quoque senem & exulem intra annuum spacium summo labore Persicam didicisse: quò sine interprete cum Xerxe rege loqui liberè posset. His similibusque opinionum diversis rationibus diu, multumque certatum est in senatu, ac etiam postea in conciliabulis & conviviis. At vicit tandem, licet numero imbecillior, auctoritate tamen patris fulta, melior, ac sanior sententia: decretumque, uti Carulus Princeps honorato, sed frugali cum comitatu in Austriam proficisceretur: per biennium maneret in aula Maximiliani Imperatoris Cæsaris avunculi sui, palatium officii caussa quotidie frequentaret, & cum Cæsaris filiis amitinis suis arctam amicitiam familiari consuetudine contraheret. Quorum duo majores natu Rudolphus, & Ernestus ejusdem ferè cum Carulo ætatis; ac summæ spei adolescentes, recens ex Hispania ab avunculo Philippo Rege redierant: ubi per plures annos à puero fuerant accuratissimè educati & instituti. Ibi mores Carulus, linguas, ac disciplinas externorum usu addisceret: regulorum, principum, legatorum, illustrium, atque doctorum hominum colloquiis per conversationem assuesceret. Domi certis horis studia sua, foris cum exquisita nobilitate militaria & campestria Principum exercitia feliciter incœpta continuaret. Biennio peracto, Italiam, Gallias, Germaniamque inferiorem per ambages redeundo perlustraret: sanguine vel affinitate, aut necessitudine sibi junctos Reges ac Principes visitaret: celeberrimas urbes videret, populorum instituta, disciplinas, ac mores cognosceret: & quicquid denique vel antiquitatum, vel ædificiorum, aut munitionum, quibusque in locis visu dignum esset, observaret, & annotaret. Hujus autem profectionis, ac onerosæ licet provinciæ curam omnem in se magno animo suscepit ejus œconomus ac gubernator Guarenerus Gimnicus, ut Principis, & reip. suæ est amantissimus. Fit igitur apparatus ad profectionem ex ejus arbitrio ac consilio, renovatur œconomia familiæ, delectu habito comitatus ac ministrorum, non ad pompam vel splendorem: sed ad usum ac necessitatem. Seliguntur summo judicio ex præcipua provincialium nobilitate satrapū filii

Decretum de peregrinatione Caruli Principis.

Rudolphus & Ernestus Maximiliani Imp. F.

Peregrinationis Carulina dux, & antesignanus Guarenerus Gimnicus.

filii aliquot linguarũ peritia ac morum probitate conſpicui ad generoſa miniſteria, qui corporis ipſius Principis cuſtodiam & curam gererent: Joannes Reccius, Guilhelmus Neſtelradius, Adamus Gimnicus, Guareneri F. Hermannus Bolſuinus: quibus poſtmodum in aula Cæſaris & alii plures acceſſerunt. Adduntur item duo pueri nobiles Otto Wachtendoncus & Rolemannus Bilandius. Cetera famulorum ac ſervitiorum cohors expedita, & frugalis non minore cura inſtituitur. Et quia Matthiæ præceptori apud minorem fratrem ipſius JoannemGuilhelmum Principem, q̃ tum in Grammaticis erudiebatur, manendum erat: quæſitus eſt vir pietate ſimul atque eruditione conſpicuus aliquis: non ἀσυν ἄλλακτος, ſed civilitate morum amabilis, linguarum non imperitus: qui jam antea Principibus inſerviſſet, Gallias, Germaniamque vidiſſet, atque Italiam conſuetudine cognoviſſet. Adſciſcere placuit unum ex aula Burgundica, & ex familia domus Granuellanæ: è qua velut ex virtutum politicarum celebri gymnaſio quodam, multi præclari viri Principum miniſteriis noſtro ſæculo adhibiti ſunt, & reip. gubernaculis admoti. Accerſitur ex hac quidam Corona Pighius, mihi ſanguine junctus, qui juvenis ſtudiorum cauſſa per annos octo in Italia manſerat, & inde reverſus Antonio Perrenotto Cardinali Granuellano, ſupremi ſenatus principi, ſub Carulo V. Imp. Auguſto, & ejus filio Philippo Hiſpaniarum rege, fuerat ab epiſtolis Latinis, & à bibliotheca per annos amplius quatuordecim. Vir in bonis diſciplinis, hiſtoria veteri, & in antiquitatum obſervatione haud mediocriter verſatus. Hunc pater comitem adjungit peregrinaturo filio: jubet, ut mores ejus familiari converſatione formet, ſtudia literarum promoveat, linguam erudiat; in itinere viſu & obſervatione digna quæcunque monſtret, & doceat. Rebus igitur jam ritè conſtitutis, anno poſt Chriſtum natum CIↃ DLXXI. cùm jam Carulus princeps prætexta depoſita XVII. annum ageret, dies profectionis eſt indictus: ut circa Idus Octobres vniverſa cohors adeſſet, & ad iter accingeretur. Movit igitur familiam pater, & omnem aulicum comitatum Duſſeldorpio Bensbergum, in ſuperiorem Montenſis ditionis provinciam: Quod caſtrum in Ubiis ultra Rhenum è regione Coloniæ Agrippinæ ſitum eſt. Inde præmiſſa plauſtris impedimenta

Comitatus ac familia Caruli Principis.

Granuellana domus.

Corona Pighius.

Apparatus itineris.

Chariſtia. Guilhelmi Ducis erga filium affectus.

terreſtri itinere Ratisbonam per Francones. Et cùm jam profectionis tempus appeteret, chariſtia ſolemni convivio celebrata ſunt cum amita, fratre, & ſororibus amicæ demiſſionis cauſſa. Pater ipſe, quamvis valetudine imbecillis, & alternis plerumque diebus æger, filium tamen comitari, & prætoria navi adverſo Rheno itinere dierum octo Francofortiam, uſque ad ſuperioris Germaniæ limites deducere voluit. Igitur terreſtri itinere Francofortiam equi ducuntur, & XIII. Kal. Novembres valedictis omnibus, Bensbergo diſceditur, magno cum comitatu nobilium, officii cauſſâ proſequentium. Confluuntque hinc inde vicini magnates in itinere Carulo principi valedicere cupientes: atque imprimis Adolphus Novaquilanus Comes Ulpienſis, elegantia morum inſignis adoleſcens, expeditis equis, ne debitum prætermitteret. Conſcenduntur naves ad Rheni ripam è regione Bonnæ, & labore jumentorum ſexto die per Rhenum aſſcendunt Moguncíacum. Ex more Dux in itinere à vicinarum urbium magiſtratibus officiosè ſalutatur, vino atque lautiis honoratur: atque etiam caſtella, turres, arces, ac montium propugnacula in tranſitu tubarum ſonitu, atq; tormentorum æneorum applauſu gratum ejus adventum teſtabantur. Tum patris juſſu Carulus cum Pighio familiariter agere, viſu digna paſſim obſervare, & annotare, de re literaria colloqui, & ſtudia ſua quotidie conferre cœpit. quod tota deinceps profectione ſtatutis horis, plerumque bis in die continuatum eſt. Appellentibus Moguncíacum, obviam itum ab Archiepiſcopi Principis Electoris Danielis Breyneri œconomo, & arcis præfecto: qui abſentis nomine ac in Franconia ad Mœnum tunc æſtivantis, & nondum reverſi, invitarunt Principes ad hoſpitium, & in Palatium receptos magnificè tractarunt. Poſtridie ſumpto jentaculo diſceſsêre, Rhenoque relicto, per Mœnum adverſum vecti ſunt Francofortiam, emporium celebre Germaniæ. Verùm tradius appellentes, urbanus conſul ante portam exceptos facibus deduxit in hoſpitium. Poſtridie propter diei dominici ferias ibidem principes quieverunt. Tum magiſtratus & reſpublica per oratores ex more majorum vinum offerentes ſolemnibus verbis proſperum ipſis adventum gratulari ſunt. Sequenti autem die, cùm jam tempus diſceſſum flagitans chara pignora ſeparare vellet; omniaque in pro-

Profectionis initium.

Adolphus Novaquilanus Comes Vlpienſis.

Honores principibus exhibiti.

Caruli ſtudia & exercitia in navi.

Moguncíacum.

Mœnus fluvius.

Francofortia.

in procinctu haberentur, Carulus patrem ex officio ad naves cum comitatu suo reduxit, & adjunctis familiarium præcipuis, cum eo postremum prandium in prætoria sumpsit. Quo peracto, gratias pro tanta pietate summisque beneficiis agens amantissimo patri; se omni labore ac diligentia annisurum pollicitus est, ne expectationem eximiam de se conceptam fallat: néve impensarum ingentiũ sui caussa factarum, faciendarumque pœnitere ipsum possit. Accepta deinde non sine lachrymis abeundi licentia, ac valedictis omnibus, ad equos in ripa expectantes regreditur, iisque cum comitatu suo conscensis, iter suum prosequutus est. Pater ex suo præsidio slopetariorum equitum decurias duas filium custodiæ caussa sequi, atque Ratisbonam usque deducere jubet. Addit ex suo contubernio medicum peritum, atque chirurgum, qui rectæ valetudini ipsius familiæque summa cura providerent. His omnibus rectè constitutis, eodem die Moguncíacum, atque inde postea in suas provincias amne secundo rediit. Carulus princeps cum sua cohorte per Mœni ripam recta Norimbergam contendit, neminemque ex itinere Principum Germanorũ visitare hoc tempore statuerat, propter reliquæ viæ longitudinem, dierum brevitatem, & anni stationem itinerantibus incommodam. Instabant enim Calendæ Novembres, quando in Vergiliarum occasu fit aëris ad asperiora frigora, continuasque pluvias conversio. Placebat igitur viatores in longa densaque silva sub noctem deprehensos imitari: qui nisi viarum sint prorsus periti, festinare rectà non desinunt, ut evadant: ne obscura nox eos præoccupet, & erroribus implicet. Ita visum Principi adolescenti peregrinationis suæ initio non sine cura vigilanti properare per Germaniam paternis provinciis vicinam. Quam postea reversus domum, & ętate provectior accuratius subinde perlustrare; nec non, oblatis aliquando occasionibus, amicitias cum Germanis principibus contrahere poterat. Interpellavit eum nihilominus altero mox die Moguntinus Archiepiscopus elector Imperii Daniel Breynerus, cui interveniebat vetustior amicitia cum ipsius patre. Is enim per oratores obviam missos pętiit, ut Asciburgum deflecteret, suoque hospitio per biduum triduúmve quiescendo familiariter frui vellet. Cùm excusationes haud frivolæ, & plures interpositæ id impetrare, nõ sine-

Discedit à patre Carulus Princeps.

Moguntinus Archiepiscopus elector Daniel Breynerus.

Asciburgus.

rent: oratores, ut præterea in mandatis habebant, præcurrentes, Carulo principi hoſpitium nocturnum Operempyrgii pararunt, atque ipſum comiteſque cœna ſumptuoſa, nec minus poſtridie ante diſceſſum prandio lauto tractarunt. Kalendis Novembribus Wyrthemii ad Mœni ripam quievit ob Divorum omnium ſolemnem diem, & ante meridiem ſacris operando rei divinæ vacavit ac concioni. Poſtridie Herbipolim (Erebipolim vocat Celtes) tardiuſculè pervenit, urbem antiquitus celebri fano Dianæ, nunc verò pontificali ſede, principatuque Imperii inſignem. Nec diu latere potuit. Itaque mox magiſtratus Herbipolitanus, & ordo Eccleſiaſticus Canonicorum baſilicæ majoris vina præſentantes adventui ipſius per oratores gratulati ſunt. Antiſtes ejus urbis, Princeps Imperii, & Dux Orientalis Franciæ Fridericus, extra urbem in caſtro ultra Mœnum in prærupto monte velut in ſpecula poſito domicilium habebat; vir ætate provectus, ſtirpe generoſus, ingenio, eruditione, & prudentia inſignis. Huic etiam mox innotuit adeſſe Guilhelmi Ducis, amicitia ſibi conjuncti, filium. Miſit confeſtim œconomum non ſine comitatu, qui ſuis verbis rogaret, ut publica taberna relicta, veniret in caſtrum, ſenem amicum patri, familiæque ſuæ clientem ne ſperneret: indignum ſibi videri, meritorium, ac cunctis viatoribus peregrinisque apertum hoſpitium ſuis laribus præferri. Excuſat Carulus feſtinationem, ſeque ignoraſſe tam vicinum urbi tunc manere præſulem: daret veniam modò, noctem ingruere, omniaque ad cœnam & quietem neceſſaria jam ibidem eſſe parata. Mane ſequenti, priusquam proficiſceretur longius, ipſum ſe venire, atque omnia debita officia humaniſſimo amiciſſimoque Principi præſentare velle. Pollicebatur autem hoc eò lubentius, quò eadem occaſione caſtrum ſitu, operibus, atq; oportunitate loci munitum valde, atque ædificiis peramplum perluſtraret. Juſſit igitur, ut in aurora ſequenti maturius omnia, tanquam in procinctu ad iter eſſent parata: ſe tunc velle ſacro intereſſe apud Antiſtitem, ac deinde proficiſci. Orto autem ſole, cùm templum cathedrale, curiam, locaque urbis inſigniora perluſtraſſet obiter; ne princeps ſenex deſcenderet ad diverſorium, properavit ad caſtrum. Pontem Mœni tranſgreſſo monumentum nefariæ cædis occurrit, ad clivum montis Epiſcopo Melchiori Zobello erectum

Operẽpyrgium. *Wyrthemium.* *Herbipolis.* *Antiſtes Herbipolitanus Fridericus.* *Monumentũ nefaria*

ctum, qui ante annos aliquot eo loci propter religionis Catholicæ,& justitiæ defensionem, à sicariis quibusdam ad senatum iturus crudelissimè fuerat trucidatus. Ascendenti venit obviam Antistes, & summa cum humanitate senex adolescentem complexus excepit. Conqueritur festivè, comiterque sibi factam injuriam esse, quòd alibi potius quàm apud se hospitium eligere voluisset. Omnem culpam in Gimnicum œconomum rejicit, ei dicam se scribere, & patri reum statuere velle dicens. Si culpam deprecari tamen, & redire in gratiam cupiat; se non refragari, modò princeps gratiam vicissim gratia compenset, diemq; unum alterumve sui cupidissimo hospiti impenderet. Nec destitit favorem istum efflagitare, donec Carulus addiceret se eo die mansurum: sub conditione tamen, ut sequenti divinis peractis, prandioque sumpto, sua cum bona pace discedere, & iter susceptum prosequi liceat. Gratissima fuit optimo seni hæc principis facilitas. Nec mora, portas observari jubet, ne quis comitum elabatur. Mittit in urbem ad diversorium, mandatque ut famuli omnes reliqui tractentur abundè, necquippiam ab ipsis accipiatur pecuniæ. Principem imprimis humanissimè acceptum nuncio lętissimo partæ ad Naupactum contra Turcas victoriæ maritumæ ingentis exhilaratum deduxit ad templum, & Missæ sacrificio ibidem peracto, gratiis deo dictis, circumduxit ad castri, palatiique ædificia, situm, hortos, munitiones ac propugnacula contemplanda. Intrarunt facibus accensis Liberi patris spelęum amplum, profundum & obscurum, operarum multitudine & labore in ipso monte cavatum. Admirantur hospites stupendæ capacitatis, atque magnitudinis vinaria vasa è trabibus contignata, circulisque ferreis trecentarum amplius librarum compacta, quorum maximum CL. nonnulla CXL. quædam CXX. culeos Romanos capere, tituli singulis inscripti notabat. Ex more veteri gentis, vastis è doliis deprōpta exiguis cyathis nobilissima quæque & vetustissima vina cùm degustassent advenæ, & prandii tempus appeteret, prodierunt rursum in lucem, ductusque est Carulus ab Antistite in triclinium, & splendido apparatu acceptus est: isque dies variis, doctisque colloquiis, & adolescenti Principi non inutilibus exercitiis consumptus est. Postridie post concionem sacrumq; solemne diei dominicæ, postremis epulis

Cædis Episcopi Melchioris Zobelli.

Victoria navalis contra Turcas ad Naupactum.

Liberi Patris spelaū.

Vasa vinaria capacissima.

prælatorum atque nobilitatis urbanę præcipui sunt adhibiti, suaviter refecti omnes non minus eduliorum, vinorumque excellentium varia, quæ aderat, copia; quàm musico concentu exquisito, & doctis prudentibusque summorum virorum sermonibus. Sublatis autem mensis, Carulus discedere cupiens, & omnia ad profectionem esse parata intelligens, gratias ipse Antistiti Latinis verbis quàm maximas egit; tantaque pro beneficentia, & humanitate, suo parentumque nomine cuncta vicissim gratitudinis officia, quæ præstari poterant, obtulit. Antistes missionem flagitanti tandem concessit, suosque in procinctu jam habens, principem comitari ac deducere officii caussa voluit. Igitur equis conscensis, magno nobilium ac prælatorum comitatu prosequente, per urbem tubis præcinentibus perrexere, Carulusque ab Antistite & sua cohorte ad sena usque stadia deductus est. Tum rursus gratiis vicissim actis, fausta ac prospera se invicem votis auspicatis precantes valedixere, & Carulus cum suo comitatu pergens, vesperi ad Quinctiana (Quinzingum nunc appellant) pervenit. Pergenti deinde Norimbergam versus, Marchio Brandenburgensis Georgius Fridericus, de ejus adventu certior factus, è venatione vicina occurrit obviam, petens ut ad castrum ædesque suas secum deflecteret, ad unius diei consuetudinem, amicitiamque simul fruendam. Multis tamen excusationibus admodum instante Gimnico gubernatore, Carulus tandem obtinuit ne moraretur. Norimbergæ biduo ferè quievit pulcherrimæ urbis visendæ caussa, utque formam ac statum ejus reip. liberæ atque inclytæ cognosceret obiter. Senatus ex more Principi adventum per oratores gratulatur; vinum & lautia liberaliter præsentat, & ex ordine suo duos delegit, qui eum comitarentur, ac ducerent, omniaque visu digna monstrarent. Horum alter vir doctus & facundiæ singularis, linguarumque peritus erat, qui Italiam, Gallias, & Europæ celebriores provincias non solum; sed etiam Asiæ magnam partem, & accuratè Cyprum, ac Ægyptum, studiorum ac mercaturæ caussa peragraverat. Is verò rectè de omnibus Principem instruere potuit. Urbem illam obscuris initiis, æquitate legum, & recta reip. constitutione in tantam successu temporum amplitudinem excrevisse docuit. Cùm enim Hunni latissima populatione vastarent Europam,

Quinctiana castra.

Georgius Fridericus Marchio Brandenburgicus.

Norimberga.

Vrbis Norimbergensis exordium & incrementum.

Europam, & ab iisdem barbaris premerentur etiam Norici, incolarum præcipuas quasdam familias in Herciniam silvam, velut in latebras, profugisse: & ubi Pegnesus & Regnesus amnes confluunt, oportuno loco sedem fixisse: atque in colle vicino natura loci firmo, & ab incursionibus tutó rudi opere castellum muniisse, tradunt Noricorum annales. Auctam deinde multitudinem esse ex vicinis agricolis ac Herciniæ silvæ pastoribus: atque diversorum morum ac artium ex colluvie non diu pòst in oppidi magnitudinem excrevisse locum. Sed cùm fera gens sine duce, sine legibus vivens, rapinis ac latrociniis dedita, diu infestas redderet vicinas provincias: visum fuisse Imperatoribus Germanis, veteranorum coloniam eò deducere, & castrum præsidio munire, latrocinia compescere, & inquilinis leges vivendi præscribere. Henricum Bavarum civitatis formam constituisse primùm, templo S. Egidii ornasse, iura dedisse, atque castrum ampliore muro cinxisse, quidam tradidêre. Conradum secundum Imperio conjunxisse, liberamque declarasse. Popularem reip. gubernationem ab initio fuisse, demonstrauit. Una tantum civili discordia, atque seditione, Caruli IV. Imp. tempore in aristocraticam esse mutatam, ejusdemque tunc auspiciis rerum gubernacula in potestatem patriciorum pervenisse: & eosdem hactenus tam æquo jure temperasse rempublicam, ut vix ulla memorabilis secessio, aut perniciosa discordia in tanta plebejorum hominum multitudine, ac gentium diversitate suborta fuerit. In urbe tres ordines esse, patrum videlicet, mercatorum, & operariorum sive plebis. Familias esse veteres & honoratiores viginti octo, ex quibus semper senatus corpus, sive patrum collegium suppletur: Idemq; constare sex & viginti viris. Ex his tredecim magistros civium appellari, & de republica simul consultare: alios tredecim populari lingua Scabinos dici, & fastis ferè diebus jurisdictionem inter cives exercere, assidentibus semper stipendiariis jurisconsultis tribus. Leges avitas sic velle, ne quis professione jurisperitus, aut titulo doctor, ad senatum, aut reipublicæ gubernacula admittatur. Ex bifariam sic diviso collegio consules utrimque singulis mensibus renovari, ut unus semper ex unaquaque parte semel in anno per mensem integrum lunarem, cum insignibus summi magi-

Henricus Bavarus Imp.

Reip. Norimbergensis aristocratica cõstitutio per Carulum IV. Imp.

Tres ordines in Rep. Norimbergensi.

Iuriscõsulti legib. à re p. semoti.

Consul m. strus.

Peregrinationũ pericula.

** θ apud veteres in tabulis publicis ac epitaphiis mortuorũ, sicut V. litera vivorũ nominibus praeponi solet: quòd ambo sint primae in dictionibus Vivus, & θανατος. Hinc Cicero pro Milone θ literã tristem vocat: Martialis mortiferũ signũ: Persius nigrũ theta. Quapropter in Graecorũ iĩ iudiciis olim dãnationis, & poena capitalis erat nota.*

** οικος φίλος, οικος ἄριςος.*

gnam partem nil praeter superbiam, luxum, pompam, ac splendidam vestem: nihil praeter morbos, ac scabiem referre domum: ac nullas artes praeter aleae, & pilae lusum, gladiatoriam, ac tripudiatoriam discere. Interea tamen omnes conterraneos prae se contemnere, quasi civilitatem rerumq; prudentiam soli possiderent. Hos esse longarũ pregrinationum fructus in adolescentibus: Parentes autem, eorum experientia doctos intelligere indies, quantis in mercem damnosam impensis sit opus: quarum ob jacturam saepè caput (ut proverbio dicitur) scalpere eos videmus. Denique mille periculis obnoxias esse peregrinationes, & itinera longa. Occurrere ubiq; juventuti imperitae fraudes, insidias, errores, naufragia, lapsus, latrocinia, venena, caedes, morbos ac mortes immaturas inter ignotos. Quam triste, ac miserum infelicibus parentibus, si charus, exoptatusque filius post longam absentiam, maximosq; sumptus factos, tandem in epistolio funesto dũtaxat nomine tenus, nigro θ * praefixo redeat, suspiria, lachrymas & planctus adferens? Si haec privatis metuenda, quid magno principi? qui nusquam latere, vel sibi vivere potest: qui semper in oculis aeque pravorum technis ac insidiis, ac probitati bonorum sit expositus. Sed quãto hoc pars imbecillior illa est, hoc saeculo, his moribus; tanto majora vbiq; pericula obversari, qemlibet (nisi mente sit captus) fateri debere. Non igitur consultum videri, adolescentem principem tot casibus objicere non sine immensis sumptibus. Non posse etenim Carulum pro majorum suorum splendore, pro cognatorum ac affinium amplitudine, pro parentum statu & conditione mediocribus impẽsis foris educari. Rectè prudenterque censuisse veteres, domum * propriam domum optimam esse. Mysonem Chenaeum sapientẽ appellatum, & Aglaum quẽdam Psophidiũ senem ac pauperem olim oraculo Delphico Gygi Lydorum regi amplissimo felicitate praelatũ esse: quòd praedii sui, in quo natus erat, limites nunquam fuisset egressus. Principi Carulo non minus honoratũ fore, ac utile magis: si frugali victu, moderatisq; sumptibus apud suos educatus, natale solum amare, & moribus patriis adsuescere discat: ut suarum provinciarum naturam, statum, ac situm; populorum ingenia, consuetudines, leges ac privilegia, atq; ordinum omniũ conditiones sensim cognoscere possit. Linguas, praeter vernaculam,

naculam, paucas illi esse necessarias, Gallicam videlicet & Alamanicam; easq; ipsum domi æquè facilitèr ac Latinam apprehensurum. Tum maxime familiari consuetudine suorum animos sibi obligaturum, optimatum amatorem sibi conciliaturū: si patriam ac suos redamare à puero, assiduoq; studio colere ipse videatur. Si verò post longam absentiam suis parum notus, moribus externis imbutus, peregrino comitatu stipatus, cultuq; alieno deformis revertatur: grave illi futurum ac difficile, suorum moribus ac institutis semet accommodare. Immo periculum fore, ne multa novare velit, quæ alibi visa placuere; ne pro subditis, exteros sanguisugas, sibi jam consuetudine juvenili cognitos rerum gubernaculis adhibeat. Libertati publicæ, provinciarúmq; saluti adversum & perniciosum semper hoc non solum esse: verumetiam principibus ipsis valdè periculosum. Alexandro Magno post maximas victorias peperisse summam invidiam, quòd barbaro cultu ac habitu peregrino delectaretur, Persicòque ritu adorari à suis vellet, Demetrio Philippi Macedonum regis filio exilium attulisse, atque Vennoni Parthorum regi abstulisse regnum; quòd obsides apud Romanos cùm fuissent, eorum moribus, artibus atq; institutis nimium indulgere viderentur. Cujusvis ævi exemplorum esse copiam, neque vetera adducere necesse esse. Nostro etiam sæculo plures provincias perpetuo tumultu ac seditione flagrantes doceri posse, quantam reip. malorum Iliada rectores peregrini, ac veteres consuetudines, legesque contra morem majorum innovatæ adducant. His rationibus moti plures (ut dixi) censuère, non educendum extra provinciam adolescentem Principem esse. Multi in diversa fuère sententia, qui utile, ac penè necessarium fore judicarunt, ut in aulam amplam, ac præcipuam summi alicujus Principis rectè institutam mitteretur per biennium trienniúmve, morum & linguarum varietate conspicuam: ubi non luxus, aut gula; non mollities aut levitas dominarētur, sed honesta disciplina vigeret: Ubi virtus ac bonæ artes haberentur in precio, heroica & mascula juvenum exercitia frequentarentur, & essent in usu. Nam solùm libris, disciplinis, atque præceptis indigere futurum Principem, sed etiam polytropia quadam, & rerum variarum experientia: Oportere quoque eum res communes periclitando discere,

Adolescentem Principem inter exteros rerū experientia erudiendum esse.

discere, quo firmius eas memoria retineat, & ex eventu quoque consilia expedire discat; non ex libris tantùm, aut præceptorum dictatis. Rectè atque verè finxisse veteres Sapientiæ patrem Usum, & matrem Memoriam esse: atque hanc deam elegantissimè idipsum in Afranii Sella fateri, his versibus ortum, nomenque suum togatis palam faciens:

Usus me genuit, mater peperit Memoria.
Sophiam vocant me Graii; vos Sapientiam.

Gubernandi verò difficillimam artem esse: clavum ipse ni manu terat, nauclerum nunquam peritum fore. Aratorem deliraturum frequens, ni discat ipse stivam manu regere. Non temerè Apollinem deæ hujus antistitem ac artium ipsum præsidem τετράχειρα, καὶ τετράωτον publicasse Spartanis suis Lycurgum; eoque symbolo docuisse veram prudentiam multa audiendo, plurimasque res usu periclitando quæri debere, ut Sosibius, & Aristophanes grammaticus, auctores sunt. Futurum oratorem Quintiliano teste, in rhetorum & sophistarum turba versari debere: sic Principem †futurum inter principes, & magnates rerum publicarum peritos. Inter hos adolescentes citò posse oculis & auribus haurire vigilantiam: apprehendere verecundiam & abstinentiam, addiscere prudentia consilia, res ipsas experiri togæ militiæque. Cùm domi alioquin inter suos, pro abstinentia facilius licentiam & ignaviam: pro verecundia temeritatem & impudentiam imbibant: pro prudentibus ac liberis consiliis audiant sæpius nugas, blandimenta ac palpitationes: rerum exitus, non nisi ex relatu, ac fabulis intelligant. Facescere nunc oportere Germanorum veterum, Catonis ac priscæ severitatis exempla rugosa; nostris moribus, nostroque ævo vivendum esse. Et aliam esse * privatorum, cujuscùmque sint ordinis, aut status, instituendorum rationem, quàm Principis. Hunc caput, hunc oculum esse in sceptro positum. Hujus esse vocationem maximam, ut oporteat ipsum multis vigilare, multis sapere: ideóque indigere accuratissima institutione, uti possit in omni sapientiæ genere versatus videri. Privatis esse satis, sibi, suæque vitæ instituto, ad quod natura fertur, quemque studere: Principi satisfaciendum omnibus esse. Quare cùm illi l[illegible]ioribus stringantur habenis, citius etiam à recto tramite

Apollo Sapientia præses quadrimanus & cū quatuor auribus apud Lacedæmonios

† Principis futuri conversatio qualis esse debeat.

** Institutionem aliam in Principe quā in privato requiri.*

mite

mita ipsos aberrare, pravaque conversatione seduci. Adolescentem Principem foris agentem nunquam esse solum, habere selectum comitatum ministrorum, quocum versetur. Adesse semper suum Nestora, vel Achatem, cujus nutum observare, praeceptis & consiliis obedire cogitur. Hunc vigilanti cura vitiosorum consortia procul arciturum, ipsum adversus delitiarum bladitias, ferociam, licentiam, assentatorum venena, ceterasque adolescentiæ corruptelas, ac pestes bonis admonitionibus sedulò præmuniturum. Vitam quidem humanam ubique fortunæ arbitrio & casibus variis obnoxiam esse: pallidamque mortem regum turres, & pauperum tabernas æquo ubiqui pede pulsare: Omnibus igitur manifestum esse, quòd non minus domi, quàm foris Princeps mortalis sit. Ubique regnare fortunam variis casibus. Quare non semper domi, velut apum rex in alveo vulsis alis concludi ipsum posse. Equitandum, navigandum, ac proficiscendum sæpius. Tum æquè periculis iisdem objici, quæ nunc virtutis, ac prudentiæ caussa paucis annis, & securè peregrinaturo metuuntur. Virtutem à diis immortalibus in arduo, ac sublimi positam parvo sudore, levibúsve impensis parari non posse. Et nisi hanc Princeps possideat, umbram, ac simiam in purpura potius, quàm Principem esse: immo pestem ac perniciem reipublicæ. Sumptibus igitur minimè parcendum esse in ejus capitis institutione recta, à quo maximè salus Reipublicæ dependet, ac omnium provinciarum felicitas. Ad hæc linguarum peregrinarum cognitionem aliquam illi necessariam fore, arbitrari quidem nonnullos: sed Germanicæ tantùm, & Gallicæ, propter commercia, cùm iis populis paternæ ditiones sint circumseptæ. Quis autem Italicam, & Hispanicam otiosas fore prudens affirmabit, si affinitates ipsius respiciat; & quòd hæ linguæ nunc temporis in omnium ferè Christianorum Principum aulis ubique vigeant, & floreant? Turpe profectò, & indecorum illi fore, cum Imperatore, Regibus & Principibus peregrinis, eorúmve legatis ore tantùm alieno colloqui; cúm ipse nutu, & signis dumtaxat, quæ velit indicare cogetur. Constat optasse quosdam nostri sæculi principes Germanos magno, & singulis talentis cupivisse singula compensare verba, si citra interpretem rebus postulantibus, quæ vellent, cum monarchis colloqui potuissent.

Principem æquè domi ac foris mortalem esse.

Linguarū cognitionē Principi necessariam esse.

Olim Xerxem & Mithridatem potentissimos reges populorum multorum multiplices ac varias linguas discere non piguisse nec dedecori ipsis fuisse, Themistoclem quoque senem & exulem intra annuum spacium summo labore Persicam didicisse: quò sine interprete cum Xerxe rege loqui liberè posset. His similibusque opinionum diversis rationibus diu, multumque certatum est in senatu, ac etiam postea in conciliabulis & conviviis. At vicit tandem, licet numero imbecillior, auctoritate tamen patris fulta, melior, ac sanior sententia: decretumque, uti Carulus Princeps honorato, sed frugali cum comitatu in Austriam proficisceretur: per biennium maneret in aula Maximiliani Imperatoris Cæsaris avunculi sui, palatium officii caussa quotidie frequentaret, & cum Cæsaris filiis amitinis suis arctam amicitiam familiari consuetudine contraheret. Quorum duo majores natu Rudolphus, & Ernestus ejusdem ferè cum Carulo ætatis; ac summæ spei adolescentes, recens ex Hispania ab avunculo Philippo Rege redierant: ubi per plures annos à puero fuerant accuratissimè educati & instituti. Ibi mores Carulus, linguas, ac disciplinas externorum usu addisceret: regulorum, principum, legatorum, illustrium, atque doctorum hominum colloquiis per conversationem assuesceret. Domi certis horis studia sua, foris cum exquisita nobilitate militaria & campestria Principum exercitia feliciter incœpta continuaret. Biennio peracto, Italiam, Gallias, Germaniamque inferiorem per ambages redeundo perlustraret: sanguine vel affinitate, aut necessitudine sibi junctos Reges ac Principes visitaret: celeberrimas urbes videret, populorum instituta, disciplinas, ac mores cognosceret: & quicquid denique vel antiquitatum, vel ædificiorum, aut munitionum, quibusque in locis visu dignum esset, observaret, & annotaret. Hujus autem profectionis, ac onerosæ licet provinciæ curam omnem in se magno animo suscepit ejus œconomus ac gubernator Guarenerus Gimnicus, ut Principis, & reip. suæ est amantissimus. Fit igitur apparatus ad profectionem ex ejus arbitrio ac consilio, renovatur œconomia familiæ, delectu habito comitatus ac ministrorum, non ad pompam vel splendorem: sed ad usum ac necessitatem. Seliguntur summo judicio ex præcipua provincialium nobilitate satrapū filii

Decretum de peregrinatione Caruli Principis.

Rudolphus & Ernestus Maximiliani Imp. F.

Peregrinationis Carulinæ dux, & antesignanus Guarenerus Gimnicus.

filii aliquot linguarũ peritia ac morum probitate conſpicui ad generoſa miniſteria, qui corporis ipſius Principis cuſtodiam & curam gererent: Joannes Reccius, Guilhelmus Neſtelradius, Adamus Gimnicus, Guareneri F. Hermannus Bolſuinus: quibus poſtmodum in aula Cæſaris & alii plures acceſſerunt. Adduntur item duo pueri nobiles Otto Wachtendoncus & Rolemannus Bilandius. Cetera famulorum ac ſervitiorum cohors expedita, & frugalis non minore cura inſtituitur. Et quia Matthiæ præceptori apud minorem fratrem ipſius Joannem Guilhelmum Principem, q tum in Grammaticis erudiebatur, manendum erat: quæſitus eſt vir pietate ſimul atque eruditione conſpicuus aliquis: non ἀσυνάλλακτος, ſed civilitate morum amabilis, linguarum non imperitus: qui jam antea Principibus inſerviſſet, Gallias, Germaniamque vidiſſet, atque Italiam conſuetudine cognoviſſet. Adſciſcere placuit unum ex aula Burgundica, & ex familia domus Granuellanæ: è qua velut ex virtutum politicarum celebri gymnaſio quodam, multi præclari viri Principum miniſteriis noſtro ſæculo adhibiti ſunt, & reip. gubernaculis admoti. Accerſitur ex hac quidam Corona Pighius, mihi ſanguine junctus, qui juvenis ſtudiorum cauſſa per annos octo in Italia manſerat, & inde reverſus Antonio Perrenotto Cardinali Granuellano, ſupremi ſenatus principi, ſub Carulo V. Imp. Auguſto, & ejus filio Philippo Hiſpaniarum rege, fuerat ab epiſtolis Latinis, & à bibliotheca per annos amplius quatuordecim. Vir in bonis diſciplinis, hiſtoria veteri, & in antiquitatum obſervatione haud mediocriter verſatus. Hunc pater comitem adjungit peregrinaturo filio: jubet, ut mores ejus familiari converſatione formet, ſtudia literarum promoveat, linguam erudiat; in itinere viſu & obſervatione digna quæcunque monſtret, & doceat. Rebus igitur jam ritè conſtitutis, anno poſt Chriſtum natum CIↃ DLXXI. cùm jam Carulus princeps prætexta depoſita XVII. annum ageret, dies profectionis eſt indictus: ut circa Idus Octobres vniverſa cohors adeſſet, & ad iter accingeretur. Movit igitur familiam pater, & omnem aulicum comitatum Duſſeldorpio Bensbergum, in ſuperiorem Montenſis ditionis provinciam: Quod caſtrum in Ubiis ultra Rhenum è regione Coloniæ Agrippinæ ſitum eſt. Inde præmiſſa plauſtris impedimenta

Comitatus ac familia Caruli Principis.

Granuellana domus.

Corona Pighius.

Apparatus itineris.

terrestri itinere Ratisbonam per Francones. Et cùm jam profectionis tempus appeteret, charistia solemni convivio celebrata sunt cum amita, fratre, & sororibus amicæ demissionis caussa. Pater ipse, quamvis valetudine imbecillis, & alternis plerumque diebus æger, filium tamen comitari, & prætoria navi adverso Rheno itinere dierum octo Francofortiam, usque ad superioris Germaniæ limites deducere voluit. Igitur terrestri itinere Francofortiam equi ducuntur, & XIII. Kal. Novembres valedictis omnibus, Bensbergo disceditur, magno cum comitatu nobilium, officii caussa prosequentium. Confluuntque hinc inde vicini magnates in itinere Carulo principi valedicere cupientes: atque imprimis Adolphus Novaquilanus Comes Ulpiensis, elegantia morum insignis adolescens, expeditis equis, ne debitum prætermitteret. Conscenduntur naves ad Rheni ripam è regione Bonnæ, & labore jumentorum sexto die per Rhenum ascendunt Moguntiacum. Ex more Dux in itinere à vicinarum urbium magistratibus officiosè salutatur, vino atque lautiis honoratur: atque etiam castella, turres, arces, ac montium propugnacula in transitu tubarum sonitu, atq; tormentorum æneorum applausu gratum ejus adventum testabantur. Tum patris jussu Carulus cum Pighio familiariter agere, visu digna passim observare, & annotare, de re literaria colloqui, & studia sua quotidie conferre cœpit. quod tota deinceps profectione statutis horis, plerumque bis in die continuatum est. Appellentibus Moguntiacum, obviam itum ab Archiepiscopi Principis Electoris Danielis Breyneri œconomo, & arcis præfecto: qui absentis nomine ac in Franconia ad Mœnum tunc æstivantis, & nondum reversi, invitarunt Principes ad hospitium, & in Palatium receptos magnificè tractarunt. Postridie sumpto jentaculo discessêre, Rhenoque relicto, per Mœnum adversum vecti sunt Francofortiam, emporium celebre Germaniæ. Verùm tardius appellentes, urbanus consul ante portam exceptos facibus deduxit in hospitium. Postridie propter diei dominici ferias ibidem principes quieverunt. Tum magistratus & respublica per oratores ex more majorum vinum offerentes solemnibus verbis prosperum ipsis adventum gratulari sunt. Sequenti autem die, cùm jam tempus discessum flagitans chara pignora separare vellet, omniaque in pro-

Charistia. Gulielmi Ducis erga filium affectus.

Profectionis initium.

Adolphus Novaquilanus Comes Ulpiensis.

Honores principibus exhibiti.

Caruli studia & exercitia in navi.

Moguntiacum.

Mœnus fluvius.

Francofortia.

in procinctu haberentur, Carulus patrem ex officio ad naves cum comitatu suo reduxit, & adjunctis familiarium præcipuis, cum eo postremum prandium in prætoria sumpsit. Quo peracto, gratias pro tanta pietate summisque beneficiis agens amantissimo patri; se omni labore ac diligentia annisurum pollicitus est, ne expectationem eximiam de se conceptam fallat: néve impensarum ingentiū sui caussa factarum, faciendarumque pœnitere ipsum possit. Accepta deinde non sine lachrymis abeundi licentia, ac valedictis omnibus, ad equos in ripa expectantes regreditur, iisque cum comitatu suo conscensis, iter suum prosequutus est. Pater ex suo præsidio slopetariorum equitum decurias duas filium custodiæ caussa sequi, atque Ratisbonam usque deducere jubet. Addit ex suo contubernio medicum peritum, atque chirurgum, qui rectæ valetudini ipsius familiæque summa cura providerent. His omnibus rectè constitutis, eodem die Moguncìacum, atque inde postea in suas provincias amne secundo rediit. Carulus princeps cum sua cohorte per Mœni ripam recta Norimbergam contendit, neminemque ex itinere Principum Germanorū visitare hoc tempore statuerat, propter reliquæ viæ longitudinem, dierum brevitatem, & anni stationem itinerantibus incommodam. Instabant enim Calendæ Novembres, quando in Vergiliarum occasu fit aëris ad asperiora frigora, continuasque pluvias conversio. Placebat igitur viatores in longa densaque silva sub noctem deprehensos imitari: qui nisi viarum sint prorsus periti, festinare rectà non desinunt, ut evadant: ne obscura nox eos præoccupet, & erroribus implicet. Ita visum Principi adolescenti peregrinationis suæ initio non sine cura vigilanti properare per Germaniam paternis provinciis vicinam. Quam postea reversus domum, & ętate provectior accuratius subinde perlustrare; nec non, oblatis aliquando occasionibus, amicitias cum Germanis principibus contrahere poterat. Interpellavit eum nihilominus altero mox die Moguntinus Archiepiscopus elector Imperii Daniel Breynerus, cui interveniebat vetustior amicitia cum ipsius patre. Is enim per oratores obviam missos pętiit, ut Asciburgum deflecteret, suoque hospitio per biduum triduúmve quiescendo familiariter frui vellet. Cùm excusationes haud frivolæ, & plures interpositæ id impetrare, nō finerent:

Discedit à patre Carulus Princeps.

Moguntinus Archiepiscopus elector Daniel Breynerus. Asciburgus.

rent: oratores, ut præterea in mandatis habebant, præcurrentes, Carulo principi hospitium nocturnum Operempyrgii pararunt, atque ipsum comitesque cœna sumptuosa, nec minus prostridie ante discessum prandio lauto tractarunt. Kalendis Novembribus Wyrthemii ad Mœni ripam quievit ob Divorum omnium solemnem diem, & ante meridiem sacris operando rei divinæ vacavit ac concioni. Postridie Herbipolim (Erebipolim vocat Celtes) tardiusculè pervenit, urbem antiquitus celebri fano Dianæ, nunc verò pontificali sede, principatuque Imperii insignem. Nec diu latere potuit. Itaque mox magistratus Herbipolitanus, & ordo Ecclesiasticus Canonicorum basilicæ majoris vina præsentantes adventui ipsius per oratores gratulati sunt. Antistes ejus urbis, Princeps Imperii, & Dux Orientalis Franciæ Fridericus, extra urbem in castro ultra Mœnum in prærupto monte velut in specula posito domicilium habebat; vir ætate provectus, stirpe generosus, ingenio, eruditione, & prudentia insignis. Huic etiam mox innotuit adesse Guilhelmi Ducis, amicitia sibi conjuncti, filium. Misit confestim œconomum non sine comitatu, qui suis verbis rogaret, ut publica taberna relicta, veniret in castrum, senem amicum patri, familiæque suæ clientem ne sperneret: indignum sibi videri, meritorium, ac cunctis viatoribus peregrinisque apertum hospitium suis laribus præferri. Excusat Carulus festinationem, seque ignorasse tam vicinum urbi tunc manere præsulem: daret veniam modò, noctem ingruere, omniaque ad cœnam & quietem necessaria jam ibidem esse parata. Mane sequenti, priusquam proficisceretur longius, ipsum se venire, atque omnia debita officia humanissimo amicissimoque Principi præsentare velle. Pollicebatur autem hoc eò lubentius, quò eadem occasione castrum situ, operibus, atq; oportunitate loci munitum valde, atque ædificiis peramplum perlustraret. Jussit igitur, ut in aurora sequenti maturius omnia, tanquam in procinctu ad iter essent parata: se tunc velle sacro interesse apud Antistitem, ac deinde proficisci. Orto autem sole, cùm templum cathedrale, curiam, locaque urbis insigniora perlustrasset obiter; ne princeps senex descenderet ad diversorium, properavit ad castrum. Pontem Mœni transgresso monumentum nefariæ cædis occurrit, ad divum montis Episcopo Melchiori Zobello erectum

Operempyrgium.

Wyrthemium.

Herbipolis.

Antistes Herbipolitanus Fridericus.

Monumentũ nefaria

ctum, qui ante annos aliquot eo loci propter religionis Catholicæ, & justitiæ defensionem, à sicariis quibusdam ad senatum iturus crudelissimè fuerat trucidatus. Ascendenti venit obviam Antistes, & summa cum humanitate senex adolescentem complexus excepit. Conqueritur festivè, comiterque sibi factam injuriam esse, quòd alibi potius quàm apud se hospitium eligere voluisset. Omnem culpam in Gimnicum œconomum rejicit, ei dicam se scribere, & patri reum statuere velle dicens. Si culpam deprecari tamen, & redire in gratiam cupiat; se non refragari, modò princeps gratiam vicissim gratia compenset, diemq; unum alterumve sui cupidissimo hospiti impenderet. Nec destitit favorem istum efflagitare, donec Carulus addiceret se eo die mansurum: sub conditione tamen, ut sequenti divinis peractis, prandioque sumpto, sua cum bona pace discedere, & iter susceptum prosequi liceat. Gratissima fuit optimo seni hæc principis facilitas. Nec mora, portas observari jubet, ne quis comitum elabatur. Mittit in urbem ad diversorium, mandatque ut famuli omnes reliqui tractentur abundè, nec quippiam ab ipsis accipiatur pecuniæ. Principem imprimis humanissimè acceptum nuncio lętissimo partæ ad Naupactum contra Turcas victoriæ maritumæ ingentis exhilaratum deduxit ad templum, & Missæ sacrificio ibidem peracto, gratiis deo dictis, circumduxit ad castri, palatiique ædificia, situm, hortos, munitiones ac propugnacula contemplanda. Intrarunt facibus accensis Liberi patris spelęum amplum, profundum & obscurum, operarum multitudine & labore in ipso monte cavatum. Admirantur hospites stupendæ capacitatis, atque magnitudinis vinaria vasa è trabibus contignata, circulisque ferreis trecentarum amplius librarum compacta, quorum maximum CL. nonnulla CXL. quædam CXX. culeos Romanos capere, tituli singulis inscripti notabat. Ex more veteri gentis, vastis è doliis deprōpta exiguis cyathis nobilissima quæque & vetustissima vina cùm degustassent advenæ, & prandii tempus appeteret, prodierunt rursum in lucem, ductusque est Carulus ab Antistite in triclinium, & splendido apparatu acceptus est: isque dies variis, doctisque colloquiis, & adolescenti Principi non inutilibus exercitiis consumptus est. Postridie post concionem sacrumq; solemne diei dominicæ, postremis epulis

Cædis Episcopi Melchioris Zobelli.

Victoria navalis contra Turcas ad Naupactum.

Liberi Patris spelæū.

Vasa vinaria capacissima.

prælatorum atque nobilitatis urbanę præcipui sunt adhibiti, suaviter refecti omnes non minus eduliorum, vinorumque excellentium varia, quæ aderat, copia; quàm musico concentu exquisito, & doctis prudentibusque summorum virorum sermonibus. Sublatis autem mensis, Carulus discedere cupiens, & omnia ad profectionem esse parata intelligens, gratias ipse Antistiti Latinis verbis quàm maximas egit; tantaque pro beneficentia, & humanitate, suo parentumque nomine cuncta vicissim gratitudinis officia, quæ præstari poterant, obtulit. Antistes missionem flagitanti tandem concessit, suosque in procinctu jam habens, principem comitari ac deducere officii caussa voluit. Igitur equis conscensis, magno nobilium ac prælatorum comitatu prosequente, per urbem tubis præcinentibus perrexere, Carulusque ab Antistite & sua cohorte ad sena usque stadia deductus est. Tum rursus gratiis vicissim actis, fausta ac prospera se invicem votis auspicatis precantes valedixere, & Carulus cum suo comitatu pergens, vesperi ad Quinctiana (Quinzingum nunc appellant) pervenit. Pergenti deinde Norimbergam versus, Marchio Brandenburgensis Georgius Fridericus, de ejus adventu certior factus, è venatione vicina occurrit obviam, petens ut ad castrum ædesque suas secum deflecteret, ad unius diei consuetudinem, amicitiamque simul fruendam. Multis tamen excusationibus admodum instante Gimnico gubernatore, Carulus tandem obtinuit ne moraretur. Norimbergæ biduo ferè quievit pulcherrimæ urbis visendæ caussa, utque formam ac statum ejus reip. liberæ atque inclytæ cognosceret obiter, Senatus ex more Principi adventum per oratores gratulatur; vinum & lautia liberaliter præsentat, & ex ordine suo duos delegit, qui eum comitarentur, ac ducerent, omniaque visu digna monstrarent. Horum alter vir doctus & facundiæ singularis, linguarumque peritus erat, qui Italiam, Gallias, & Europæ celebriores provincias non solum; sed etiam Asiæ magnam partem, & accuratè Cyprum, ac Ægyptum, studiorum ac mercaturæ caussa peragraverat. Is verò rectè de omnibus Principem instruere potuit. Urbem illam obscuris initiis, æquitate legum, & recta reip. constitutione in tantam successu temporum amplitudinem excrevisse docuit. Cùm enim Hunni latissima populatione vastarent Europam,

Quinctiana castra. *Georgius Fridericus Marchio Brandenburgicus.* *Norimberga.*

Urbis Norimbergensis exordium & incrementum.

Europam, & ab iisdem barbaris premerentur etiam Norici, incolarum præcipuas quasdam familias in Herciniam silvam, velut in latebras, profugisse: & ubi Pegnesus & Regnesus amnes confluunt, oportuno loco sedem fixisse: atque in colle vicino natura loci firmo, & ab incursionibus tutó rudi opere castellum muniisse, tradunt Noricorum annales. Auctam deinde multitudinem esse ex vicinis agricolis ac Herciniæ silvæ pastoribus: atque diversorum morum ac artium ex colluvie non diu pòst in oppidi magnitudinem excrevisse locum. Sed cùm fera gens sine duce, sine legibus vivens, rapinis ac latrociniis dedita, diu infestas redderet vicinas provincias: visum fuisse Imperatoribus Germanis, veteranorum coloniam eò deducere, & castrum præsidio munire, latrocinia compescere, & inquilinis leges vivendi præscribere. Henricum Bavarum civitatis formam constituisse primùm, templo S. Egidii ornasse, iura dedisse, atque castrum ampliore muro cinxisse, quidam tradidêre. Conradum secundum Imperio conjunxisse, liberamque declarasse. Popularem reip. gubernationem ab initio fuisse, demonstrauit. Una tantum civili discordia, atque seditione, Caruli IV. Imp. tempore in aristocraticam esse mutatam, ejusdemque tunc auspiciis rerum gubernacula in potestatem patriciorum pervenisse: & eosdem hactenus tam æquo jure temperasse rempublicam, ut vix ulla memorabilis secessio, aut perniciosa discordia in tanta plebejorum hominum multitudine, ac gentium diversitate suborta fuerit. In urbe tres ordines esse, patrum videlicet, mercatorum, & operariorum sive plebis. Familias esse veteres & honoratiores viginti octo, ex quibus semper senatus corpus, sive patrum collegium suppletur: Idemq; constare sex & viginti viris. Ex his tredecim magistros civium appellari, & de republica simul consultare: alios tredecim populari lingua Scabinos dici, & fastis ferè diebus jurisdictionem inter cives exercere, assidentibus semper stipendiariis jurisconsultis tribus. Leges avitas sic velle, ne quis professione jurisperitus, aut titulo doctor, ad senatum, aut reipublicæ gubernacula admittatur. Ex bifariam sic diviso collegio consules utrimque singulis mensibus renovari, ut unus semper ex unaquaque parte semel in anno per mensem integrum lunarem, cum insignibus summi magi-

Henricus Bavarus Imp.

Reip. Norimbergensis aristocratica cōstitutio per Carulum IV. Imp.

Tres ordines in Rep. Norimbergensi.

Iuriscōsulti legib. a rep. semoti.

Consul m[e]nstruus.

ſtratus prodeat: atque illa per lunationes tredecim cum annua ſolis converſione in orbem redeant. Eſſe quinque viros ex eodem ordine, qui crimina inquirunt, dijudicant, & noxios puniunt. Eſſe prætorem ſuburbanum, qui ruſticis ac paganis reipublicæ ſubjectis jus dicit. Quæſtores item ærarios ex eodem ordine duos annuatim creari, ſenio, fide, ac probitate conſpicuos, qui vectigalium ac redituum totius civitatis curam gerunt, pecunias publicas recipiunt, ac diſpenſant.

Commune trium ordinum conſilium ducentorum. Dictos omnes magiſtratus, ceterosque alicujus poteſtatis ex ſenatu & ſolo patriciorum ordine conſtitui. Ducentos dumtaxat ex tribus ordinibus ac tota civitate quotannis nominari, qui ſemel in anno, & ubi res arduæ poſtulant, à magiſtratibus convocati coëunt, & in commune conſultant.

Mercatorum ordo. Mercatorum ordinem, licet ampliſſimum, à publicis oneribus liberum eſſe, atque immunitatibus multis gaudere: ideoque privatas opes negociationibus variis ex Europa non ſolùm, ſed etiam extremis orbis terrarum regionibus ac inſulis eò, velut in horreum congeri.

Operariorum ordo. Operariorum atque artificum, qui poſtremus & plebejus eſt ordo, nulla admitti in urbe conventicula vel conciliabula, publica aut privata: non epulas ſolemnes aut convivia feſtiva multorum, niſi religionis aut exequiarum cauſſa. Paci etenim publicæ id perniciofum arbitrari, eò quòd ſæpius compertum eſt, factiones ſeditionesque periculoſas pullulare ex ſimilibus plebejorum congreſſibus, dum ebrii inter ſe de rep. diſputant: easdemque multis urbibus libertatem ademiſſe, calamitates ingentes attuliſſe. *Modus cōponendi ſimultates inter cives.* Quod ſi quæ inter plebejos ſimultas aut diſſentio fuerit orta, non ad artium decanos, aut operariorum primarios eam deferri, ſed ad ipſum ſenatum: qui confeſtim duos arbitros legit, qui rem cognoſcant, & privato colloquio pacem & concordiam tentent. Quæ ſi conciliari nequit, controverſiam ad ſenatum evocari, ibidemque partibus, cauſſa dijudicata, non ſine gravi multa ſilentium imponi.

Magna

Magna severitate pugnas, rixas, injurias, & vim privatis illatam, quietis publicæ conservandæ caussa compesci; ita ut in quinqueviraIi illo judicio Minoa & Radamanthum suas urnas assiduè movere, quis diceret: Idipsum in officio plebem quàm maximè continere. A majoribus traditum esse dixit, Fridericum III. Imper. ex Italia Norimbergam redeuntem, ingentis obviam ubique effusæ plebis admiratione motum, interrogasse quendam è senatu sibi proximè adequitantem: quanam arte, vel industria tantam multitudinem à seditionibus aut tumultu continere possent? Respondisse facetè senatorem; verbis, & verberibus: atqui ita breviter insinuasse, bonos & ingenuos cives facilè verbis ac rationibus duci posse: pravos & serviles, multis, atque pœnis gravibus compesci debere. *Iniuriarum severa vindicta.*

Hæc similiaque multa pulchrè de statu præclaræ illius reipublicæ disseruit. Princeps Carulus visendarum rerum cupidus, non ociosè tempus ibidem trivit: sed ductoribus à senatu sibi datis usus, omnia quæ Norimbergæ magnifica habebantur, perlustravit. Ædes imprimis sacras religione, ornamentis, aut vetustate augustiores: vt D. Petri Apostolorum principis, corpore & sepultura S. Sebaldi celebrem, qui primus ejus regionis incolas ad fidem Christianam vitæ sanctitate pellexit, post Caruli Magni tempora. Item S. Laurentii amplissimam Basilicam, & alia loca sacra visu digna. Deinde granaria publica tectis sublimia, & spacio, murisque perampla, granis varii generis plena, & onusta: in quibus etiam frumenta quædam centum quinquaginta annorum asservari ferunt. Ostensus acervus nuda adipe granorum fatiscente sine folliculis, ex quo quondam Maximiliano primo Cæsari petenti panis est pistus. *Templum D. Petri.* *D. Laurentij Basilica.* *Granaria publica.*

Vidit armamentaria cum ingenti apparatu machinarum, & tormentorum: tubos æneos stupendæ magnitudinis, ferratis rotis impositos, & ad turres, & mœnia diruenda paratos: porticus militarias infinita multitudine hastilium ac telorum instructas: Quæ omnia particulatius hic referre, longum nimis esset. *Armamentaria publica.*

Nec piguit urbis ambitum octo milium spacio patentem magna ex parte circumire, quadrato ex lapide secto stru- *Vrbis ambitus.*

cto structas ambitiosè portas, mœnia duplicia, lataque, & propugnacula spaciosa, fossasque profundas perlustrare, turres ascendere. E quibus quàm maximè placuerunt ęquis mille quingentorum circiter passuum intervallis dispositæ in interiore pomœrio exurgentes in altum supra muros & tecta, forma rotundæ, & magnæ spissitudinis intus machinis bellicis æneisque tormentis armatæ: quæ tanquam speculæ, foris valles, & colles, omnemque vicinam regionem detegunt, ne quid hostiũ alicubi in latebris delitescat, quod non ferreis tormentorum globis procul arceri possit. In urbe quidem fora plateasque præcipuas aperiunt, ad inimicos concursus, atque civiles tumultus repentè exortos ex his disturbandos. Ascendit deinde Princeps ad castrum Cæsareum per scalas è petra excisas, viditque Cæsarum aliquot, & Regum Romanorum domicilium; Palatinas aulas; cænationes laqueatas amplitudine patentes, & ornatu locupletes; Friderici Cæsaris hortos pensiles, pilis lapideis impositos, sacellum Cæsareum in arce picturis artificiosis, & divorum imaginibus augustum, puteum in vertice collis excisum è saxis, tantæ profunditatis, ut aqua visum fallat, cujus tamen aqua rotis machinariis miro ingenio factis magna facilitate extrahitur. Vidit domum frumentariam & propugnaculum in arce veteri, & speculam regionum in summo colle turrim vastæ molis altissimã, Sigismondi Imperatoris consensu eò loci intra menstruũ tempus summa festinatione, & infinitarũ manuum magna celeritate properantiũ labore suscitatã, quæ in ingentem cæli terræq; tractũ visum extendit. Descendenti occurrerunt ad radices collis magnificæ & regiæ domus, diversoriaq; spaciosa, quæ Cæsaris familiã & amicos magnificentissimè recipere possunt. Ductus postea ad domum senatoriã, tantæ amplitudinis & magnificentia, ut in ea sæpè totius Germaniæ Principũ, ac legatorũ comitia & conventus, Imperatorum auspiciis convocati habeantur: solemnes alioquin civium nuptiæ, chorearum spectacula publica magna cum hominũ frequentia celebrentur. Ibidẽ ostensa Carulo dives & munda supellex, aulæa, sedilia, mensæ, ac sculpturæ insignes, tabulę preciosæ, historiarum variæ & raræ picturæ. Caruli Magni ac veterum Principum imagines ad vivum effigiatæ, aliaque multa visu dignissima. Hisque omnibus perlustratis, Carulus, cùm

Turres.

Castrum Cæsareum.

Turris altissima Sigismundi Imperatoris.

Basilica & aulicorum diversoria.

Curia.

Car Magni effigies.

cùm senatores comites suos prandio accepisset, pomeridiano tempore discedens per Herciniam silvam, ad tertium miliare profectus est, atque in municipio quodam pernoctavit. Tertio autem Idus Novembres Ratisbonam pervenit, urbem antiquam & populosam, Bojorum olim metropolim, qui à Romanis Italia pulsi, in Germaniam migrantes, Strabone teste, Herciniæ partem & Istro vicina loca occuparunt, & apud Tauriscos sedem fixerunt. Alluit autem hanc Danuvius, quo loco Nabam, Labaram & Imbrem amnes recipit. Ab imbre, populari idiomate, & vernacula lingua Regenspyrgum appellant: Latinè autem Ratisbonam, quód in illo trium fluviorum concursu navibus, & ratibus bonam & commodam stationem præbeat. Propterea bellici apparatus sedem, maximi principes aliquot olim hanc sibi fecere, quòd comeatus undequaque importandi per amnes ibidem confluentes habeat magnam facilitatem. Tiberium Cæsarem bello Vindelico & Illyrico coloniam eò deduxisse, & Tiberianam nominasse quidam volunt, & ad custodiam limitum firmasse statione continua legionis IV. Italicæ, & nuncudatam propterea quoque Quartanorum coloniam. Ceterùm constat Carulum Magnum Imperatorem liberata jugo Longobardorum Italia, eorumque rege Desiderio capto, cùm adversus Taxillonem Bojoariæ regulum, Desiderii generum, ejusdemque confœderatos Hunnos duceret exercitum, & Taxillonem metu sese suaque omnia dedentem, captis obsidibus, clementer accepisset in gratiam: Hunnos perduelles, Christianæ religionis hostes maximis cladibus ad internecionem delevisse, & Ratiisbonam eodem bellorum turbine involutam vi cepisse, atque ad Christianam religionem compulisse. Successu deinde temporum urbs illa bonis legibus constituta plurimum incrementi cepit: quamvis aliquando principum Germanorum bellis civilibus variè cladibus fuerit affecta. Propter ejus urbis oportunitatem & annonæ facilem copiam, crebros omnium ordinum Imperii conventus Augusti Cæsares eo convocare solent. Excipitur autem in hac urbe Carulus Princeps à nobilitate ac magistratibus magnificè, vino ac lautiis honoratur in hospitio: nec non musico concentu tubarum, adventus ejus salutatur. Ipse deinde profectionis suæ rationem in reliquum itineris mutare volens,

Ratisbona.

Nominis ratio.

consti-

constituit navigio per Danubium amne secundo defluere Viennam, ubi Cæsarem avunculum, Maximilianum hiematurum intellexerat. Atque ea quidem via non solùm commodius, sed etiam multò citius, quàm terrestri itinere proficisci poterat: eo quod Danubius rapido cursu meandros, & flexuras suas licet admodum tortuosas largè compenset. Equis etiam interea diuturno labore fatigatis, quietis nonnihil dare consultius visum fuit. Fit igitur apparatus, & naves in hunc usum magna diligentia fabricari jussæ sunt. Carulo Principi imprimis unam pararunt tantæ capacitatis, ut cohortem suam commodè simul veheret, & duo cænacula haberet, mensis, scamnis, & sedilibus instructa, vitreisque fenestris perspicua. Quales olim naves, eò quòd maris, aut amnium essent palatia, & aulicam cohortem capere possent, aulonas appellarunt, ut Ethicus Ister memoriæ prodidit. Nec erit admodum forma thalamego patris sui dissimilis, sed synedram in testitudine superiore non habebat, nec auro, coloribusq; depicta erat. Fabricarunt simul alias duas, hippaginem quippe cum stabulo vehendis equis aptam, & sitiophorum cum penuario & culina: tantæ amplitudinis ambas, ut non solùm familiam, servitia, commeatum, instrumentaq; necessaria caperent: verumetiam omnia itineris impedimenta, quæ plaustris antea vehebantur, in carinis facilè susciperent. Adjunguntur actuariæ scaphæ duæ ad commeatus subvehendos: quandoquidem navibus, ne quid moræ interponeretur, prandere, & cænare magis commodum videbatur esse. Dum igitur parantur cuncta ad navigationem necessaria, Carulus Princeps de successu itineris sui, & à quibus honorificè invitatus & exceptus fuisset, patri suo literas scribit: rationes impensarum itineris cum œconomo suo recognoscit: & quæ in urbe visu erant digna, diligenter perlustrat. Imprimis basilicam S. Petri peramplam & magnificam, cujus sedem pontificialem Wolfgangus, & Erhardus episcopi, propter vitæ sanctitatem, & crebra miracula olim in Divorum numerum relati, nec non Albertus Magnus sui sæculi in literis & philosophia phœnix unicus, plurimum illustrarunt. S. Emerammi monasterium vetustate, & ædificiis augustum, ab Arnulpho Imperatore muris inclusum & adornatum: in quod ipse victor à Normannorum ca-

Danubii navigatio.

Navalis apparatus Caruli Principis.

Aulona.

Hippago.
Sitiophorū.

Actuaria scapha.

Basilica S. Petri.

S. Emerāmi monasterium.

rũ cęde rediens, Dionyſii Areopagitę oſſa tranſtuliſſe dicitur, cum libro Evangeliorum aureis literis ornatiſſimè deſcripto. Vidit Danubii pontem lapideum è quadratis ſaxis elegantet exſtructum, qui civitatem cum ſuburbio jungit. Atque his omnibus jam perluſtratis, ad Danubii ripam deſcendit, ut ratibus impoſitas molarum aquarias machinas videret, magnæ induſtriæ & ingenioſæ inventionis officinas nullo manuum auxilio, ſed aquarum lapſus, & verſatilium rotarum labore continuo, nocte dieque ad nutum unius hominis operantes. Lignariæ moletrinæ (ut M. Catonis utar vocabulo priſco) tunc oſtendebant, ut vaſti ponderis trabes, arbores etiam immenſæ ſua ſponte ex undis exurgentes in tabulata ac pontes, ſeſe ſtridentibus ſubſilientium, ac multiplicium ſerrarum dentibus ingerunt, atque in plures uno tractu brevi temporis ſpacio tabulas partiuntur. Chartariæ monſtrabant, quo pacto tabium pluribus pictillis magno ſtrepitu linteorum fragmina tunduntur & in pultem conteruntur: utque ex hac candidiſſimæ & tenuiſſæ chartarum pagine, in quibus omnis ævi memoria permanet, facilè ac feſtino labore formantur. Quarto poſt adventum die, rebus expeditis diſcedere Ratisbona Carulus volens, & ſecundo flumine deſcendere, medicum & chirurgum patris dimiſit cum literis: & ſlopetarios equites, qui cauſa præſidii comitabantur, domum remeare juſſit. Ipſe ad XVIII. Kalendas Decembris prandio ſumpto cum ſuis naves conſcendit, atque veſperi ad caſtra vetera Danubiana pervenit. Relictis poſtridie in dextra ripa Auguſtæ Aciliæ ruinis, aliiſque caſtellis, ſequenti die tardius appulit urbem pulchram, epiſcopatu inſignem, & mercimoniis opulentam, quam Paſſaviam nunc appellant à tranſitu; vulgari Italico potius, quàm Latino vocabulo: quód undequaque, propter trium fluviorum concurſum, merces ibi plurimæ transvehantur, Nam Oenus ex Alpibus à meridie profluens, & partem urbis ſecans Danubio ibidem miſcetur, & ex altera ripa Niger, quem & Ilicium vocant, à Septentrione proveniens ex Hercinii ſaltus paludibus ac montibus. Hunc in fuſcis aquis ſuis etiam uniones proferre tradunt. Quidam olim Pataviam dictam urbem fuiſſe volunt, alii Bojodurum Ptolomæi putant eſſe. Carulus Princeps cùm poſtridie manę

Aquaria machina in Danubio.

Moletrina lignaria.

Chartaria moletrina.

Caſtra vetera Danubiana Auguſta Acilia.

Paſſavia.

Septentrio.

Divi Stephani templum. mane Divi Stephani, summum templum marmoreis operibus pulcherrimum, magnificentissimeque adornatum visitasset, & alia ejus urbis insigniora perlustrasset; naves conscendit, rectà pergere Viennam cupiens. Sed interceptus fuit materteræ suæ reginæ Polonorū Catharinæ Sigismundi III. humanissimæ atque optimæ heroine diligentia, quæ Lentiæ ad ripam Danubii (ut eam urbem vocat provinciarum populi Rom. liber, Linxiam nunc vulgó dicunt) in castro Archiducum Austriæ, in morem viduæ cum frugali & selecta familia vitam sanctissimè degebat. Hæc Caruli adventum per suos, variis ad ripam locis observari mandarat. Quare sub occasum solis ejus orator actuariola biremi ad naulonam Principis accessit, & Illustrissimæ reginæ nomine gratulatur adventum: rogat, & postulat cognationis arctæ, & sanguinis jure ne prætetlabatur: sed ut matri * alteri copiam visendi sui præstaret, admodum cupidæ charissimam sororem suam multis annis non visam in filio recognoscere, & amplecti. Refragari votis, ac petioni amantissimæ materteræ Carulus non potuit. Sed quia in serum dies jam vergebat, ea nocte Erfertii quarto à Lentia miliario subsistere in hospitio designato, ubi jam antè omnia parata erant, decrevit: & mane sequenti solemne diei dominicæ sacrum audire apud reginam materteram. Hoc igitur cum responso dimisit oratorem: Nescire se verbis exprimere, quam grata sibi sit Illustrissimæ reginæ materteræ suæ benevolentia. Illam quidvis posse præcipere, sibi ipsius mandatis æquè ac maternis parendum esse. Nefas existimari posse, nisi vel sua sponte veniret, & sua debita obsequia, ac parentum suorum nomine salutem, atque officia præsentaret. Quod ipsum mane sequenti se facturum, & ad mandata Illustrissimæ Reginæ materteræ suæ præstò futurum spondet. Postridie Carulus prospera navigatione Lentiam appulit tempestivè, repperitque ante urbem in ripa sub castro reginæ œconomum, & familiares aliquot ipsum expectantes: Astabat equus stragulo holoserico, & aureis phaleris ornatissimus, qui Principem veheret. Mox salute dicta & congratulatione invicem facta, in castrum ascendunt. Regina in infimis ad aream Palatii scalis, cum decoro stolatarum comitatu, sororis suæ filium peramanter admodum, atque benignè excecipit, singulisque nobilium

Catharina Sigismundi III. Polonia regina Caruli matertera,

Lentia nūc Linxia.

** Matertera, mater altera.*

Erfertium.

Vt Lentiæ exceptus Carulus princeps.

lium comitum ipsius dexteram porrexit, velut grati adventus tesseram. Ducuntur in palatium, ubi regina Carulum assidere sibi cùm jussisset, & de parentum proximorúmq; bona valetudine, statu & rebus privatis multa suaviter interrogasset: instare quàm primùm cœpit, ne festo die dominico proficisceretur: sed servitio potius divino ac pietati vocaret: neque etiam suo erga sororem amori tam breve conversationis spacium satisfacere posse. Haud difficulter, quæ voluit, impetravit, mandatumque confestim, ut equi, & ministeria è navibus migrarent in urbem, & reginæ impensis tractarentur. Interim Carulus Princeps in cubiculum mutandarum vestium caussa cùm secessisset parumper; ad Reginam deinde reversus, cum ea ad Missæ sacrificium antemeridianum perrexit, quod in Palatii sacrario cum solemnibus sacerdotum cæremoniis, musicoque cantorum organorumque concentu factum est. Tractatus deinde regiis epulis apud materteram Princeps Carulus, atque ejus cohors sumptuosè convivio excepta est in Palatio. Totusque is dies, pomeridiano sacro peracto, transactus est hilariter, dulci in conversatione mutua: nec quippiam á Regina prætermissum est, quo gratissimum hospitem, ejusq; comitatum recreare posset. Mane sequenti Carulus Princeps accepta discedendi licentia, charissimæ materteræ suæ supremum Vale dixit: quam non amplius postea videre sibi contigit; cùm hanc Deus Opt. Max. ex humanis quarto pòst mense sublatam beatorum sedibus intulerit. Ipse cum suis ad naves descendens, iter est prosecutus, ac tertiis stativis Neopyrgum claustralem pervenit ad radicem Cæsii montis, qui Noricos à Pannoniis distinguit, & vina sui nominis optima producit. Eaq; de caussa nunc Calvum, nunc Cæsium vocant: quòd silvis cæsis majore ex parte sit cultus vineis. Oppidum exiguum, monasterio peramplo, vetusto, & Principum Austriç donariis locupleti celebre est, & duorum milium Germanicorum spacio dumtaxat à Vienna distat. In montis cacumine castrum ingens antiquum, veluti specula Danubio imminet, & quàm longissimè visum in Pannones & Noricum protendit: olim Principum sedes, nunc desertum, ac patrum memoria machinis bellicis dirutum, cùm Vienna muniri cœpisset: ne videlicet hostes barbari magnis sæpè copiis regionē latè populabundi vastantes,

Neopyrgus claustralis.

Cæsius mōs.

locum munitissimum velut propugnaculum sibi occuparent. In oppido isto Carulus Princeps biduo quievit, dum ejus œconomus Gimnicus Viennam præcurrens hospitum jam ante conductum annona, rebusque necessariis instruit. Atque interea ejus adventus avunculo Cæsari innotuit, quem magnopere sibi gratum esse demonstravit. Octavo igitur Kal. Decembris Viennam Pannonicam, quàm Vindebonam veteres vocabant, appulit cum suo comitatu hora post meridiem tertia, Appellenti ad urbem Carulo, Imp. Cæsaris filii duo majores natu, Rudolphus & Ernestus, obviam venerunt cum omni nobilitate & aulico comitatu. Fit occursus ante urbem ad pontem Danubii. Cæsaris filii mox equis descendentes accedentem cum suis Principem perquam humanissimè sunt amplexati, & adventum incolumem gratulati. Ipse nimium honorem declinās, & præter meritum expectationemque suam ea omnia fieri protestatus, Germanicis verbis gratias agit utrisque quàm potuit accuratissimè. Et cùm ceteros qui aderant Principes, ac magnates obiter salutasset, receptus inter fratres magna cum pompa equitum amplius ducentorum per urbem mediam ductus est ad palatium, tubis præcinentibus. Fit nova in atrium ascendenti congratulatio in circumfusa turba. Duo minorennes enim Cæsaris filii Matthias & Maximilianus, relicto Musarum suarum gymnasio, mox obviam cum suis occurrunt; & non antea visum amitinum suum magno cum gaudio salutantes; adventum ejus sibi gratissimum esse, voce gestibusque testantur. Atque ita charissimorum pignorum caterva stipatus pergit ad Cæsaris avunculi larem familiarem. Sedebat is pedibus æger in cubiculo salutatorio, legatis principum aliquot, & aulæ præfecto majore, domesticisque nobilibus nonnullis astantib⁹. Accessit princeps Carulus quatuor amitinis, Cæsaris ipsius filiis, comitatus, & venerabundus Imperatoriæ majestatis dexteram exosculatus, Germanicis verbis parentum, suo, suorumque omnium nomine salutem, & omnia quæ præstari possunt obsequia, præsentavit; utque inter aulica Palatii sui ministeria reciperetur, oravit. Cæsar adolescentem excepit amantissimè, & felicem adventum gratulatus, eum sibi jucundissimum esse demonstravit: obversari jam

Vienna Pannonica.

Carulus ut Viennæ sit receptus.

Primum Caruli Principis cum Cæsare colloquium.

Cæsaris erga Carulum benignitas.

jam animo suo sororis dilectissimæ jam diu non visæ, atque sororii clarissimi memoriam, ac imaginem: non Palatinorum ministeriorum, sed liberorum suorum numerum præsentia ipsius sibi adauctum videri. In horum sodalitate, & contubernio familiari versaturum ipsum semper. quo fraterna consuetudine fraternus etiam inter eos coalescat. Hæc ita mandat etiam filiis, uti Carulum deinceps, non tam consanguinei aut amici, quàm fratris habeant loco. Mox introvocari etiam comitatum ipsius jussit, & ordine accedentibus singulis læto ac placido vultu dexteram illam suam augustam amanter in grati adventus signum porrexit. His peractis, cùm Carulum Principem familiariter multa de parentum, fratris, ac sororum valetudine, statu atque successu percunctatus esset: cum tandem jam imminente nocte cum magno Principum ac nobilium comitatu ad hospitium remisit. Postridie cum dies esset festus dominicus, summo mane rursum ad aulam perrexit, & à Cæsare ductus est ad sacram concionem, ad templum D. Augustini, Palatio contiguum, ubi in oratorio sedendi locum apud filios suos Carulo Cæsar adsignavit. Concione finita, simul in Palatium redeuntes, Augustam Imperatricem Mariam Cæsaris conjugem ad solemne Missæ sacrificium duxerunt, A qua, Cæsare commendante, Carulus Princeps peramanter excipitur. Cùm jam Missæ sacrificium Musicorum chorus ritè decantasset, & Cæsarem, uti moris est, ad prandium duxissent Austriaci Principes: majores natu Rudolphus, & Ernestus Carulum invitarunt, totamque cohortem ejus, œconomum Gimnicum, institutorem Pighium, & ministros omnes nobiles in Palatio detinuerunt, splendidoque convivio tractarunt. Cumque jam dies ferè hilariter & amicè traductus esset, Austriaci Principes ambo non solùm Carulo Principi humanissimè valedicere, sed omnes etiam ministros dextera singulis porrecta, comiter admodum dimittere. Sequentibus porro diebus Christiani orbis Principum legati, ac oratores Carulum honoris & officii caussa visitare cœperunt, qui apud Cæsarem continuè moram trahunt, & singuli ad ejus hospitium cum honorifico & amplo comitatu comeantes, illi suorum Principum nomine non solùm felicem ac lætum adventum sunt gratulati: verùm & amicitiam: & omnia Principibus digna officia, obsequiaque

Comitatum Caruli Cæsar videre & recognoscere voluit.

Locus in oratorio attributus Carulo

Augustam Imperatricem Carulus salutat.

Primũ Caruli prandium cum Principibus Austriacis.

Legati Principum honoris ac amicitiæ caussa Carulum visitant.

que præsentarunt. Adfuerunt autem imprimis Pii V. summi Pontificis internuncius Joannes Delphinius Venetus, Episcopus Torcellanus, vir ut eruditione, consilio, atque prudentia, ita & humanitate summa præditus. Mox etiam oratores regum maximorum; Hispaniæ videlicet, Franciscus Hortadus à Mendoza, Comes Montis acuti: & non diu pòst alter in Poloniam ejusdem regis nomine iturus Petrus Fagiardus, Marchio Velosius, ambo ob eximiam prudentiam, eruditionemque singularem non minus, quàm nobilitate præclari. Item oratores regum Galliæ atque Poloniæ, nec non reipublicæ Venetæ. Insuper junctorum affinitate Ducum Ferrariæ & Mantuæ. Horum vestigia post sequuntur cujuscumque nationis externi Principes alii, qui tum præsentes in aula fuêre: & quicquid alicujus nominis procerum aderat. Quarum omnium orationibus Latinis respondit ipse Latinè, & Germanicis Germanicè: non sine dexteritate & gratia, quemadmodum in itinere exorsus fuerat facere, formulas dicendi commodas prius ipsi, ut dictum est, præscribentibus Gimnico, & Pighio; quò eas antea nonnihil memoria conciperet. Tum autem multo accuratiùs indies ejus mores, gestus, elocutionemque formarunt: diligentissimè semper admonentes, singulorum gradui, dignitati atq; ordini, qua ratione satisfacere posset: quomodo formulas rogandi, respondendíve ac cujusq; dicta invertere & accommodare pro occasione deberet. Et quò fieret in dicendo securior, & in conversatione commodior & affabilior: visitatione illa solemni Principum, oratorumque finita; decretum, ut ipse vicissim ejus aulæ præcipuos quosque Principes & proceres singulatim domi visitaret: honores refundendo, pares redderet & gratias ageret: amicitiam ac officia honesta quæcunque, suo parentumque nomine præsentaret: Gratitudinem verò suam regibus ac principibus consanguineis ipsum se literis propriis testari velle, legatis eorum affirmaret. Itaque his obeundis officiis triduo, quatriduóve impendit operam. Interea autem Gimnicus & Pighius his initiis adolescenti, & imperito rerum Principi salubrem instructionem fore necessariam existimantes; sedulò inculcare, sui gradus ac ordinis uti memor semper esset; parentum, ac majorum imaginibus, ac summo splendori, virtutibus satisfaciendum ipsi esse. Persuasum haberet; non amplius domi se

Aulica conversationis prima institutio.

Rependit honorū vices Carolus Princ. pib⁹, & legatis.

Paranesis.

in

in penetralibus inter patris familiares aulicos, aut συμμαίκτορας suos versari, ludere, & jocari: sed Prodicii Herculis sui exemplo, Voluptatis jucunda via relicta, difficilem ac arduum Virtutis callem scandere ipsum jam cœpisse. Moxque proditurum esse, velut in theatrum quoddam orbis terrarum amplissimum, & virtutum vitiorumque arenam mirum in modum contentiosam. Ubi concursus, ut multorum sui ordinis Principum; ita & diversarum opinibnum pro cujusque ingenio magna varietas semper esse deberet, & ubi ipse cunctis conspicuus haberetur. Observatores diversarum gentium oculos ubique vigilare, sed in aulis maximorum Principum imprimis. In has confluere non solùm nobilitate, sanguine, fortuna, vel opibus sublimes; verùm etiam ingenio, prudentia, literis & varia rerum experientia instructos, & præclaros homines. Tales magnopere Principes summos quærere, & seligere, ad legationum munera obeunda: emunctæ videlicet naris, ac summi judicii viros, rerum peritos, in observandis rebus singulis diligentes. Hos esse Principum oculos emissitios, aures, ac manus longas. In his igitur adventus sui initiis ipsum posse & debere certa ac pulcherrima famæ existimationisque suæ fundamenta jacere. Nec difficile hoc fore, si sese virtutibus prorsus accommodet, & heroicè semper, ut adolescentem Principem decet, cum extraneis conversetur. Ceterùm non sine summa cura ac discretione faciendum hoc esse. Morum aulæ quidem observantem, & planè gnarum ipsum esse oportere: sed mentem prorsus ab aulicis vitiis, ambitione, superbia, luxu, ceterisque impuritatis fecibus mundam, ac alienam servandam esse. Pulchrè Maronem Virgilium, cùm, quid ageret, aliquando rogaretur, respondisse: ex Ennii stercoribus flores se colligere. Idipsum imitandum esse non solùm in literarum studio, verùm imprimis etiam in convictu, in vitæ communis actionibus quibuscunque: ut videlicet optima quæque seligamus nobis imitanda; pulchra amplectamur, sordes ac vitia turpia rejiciamus. Si hoc probo cuique curandum semper est in privata conversatione, quantò magis adolescenti Principi, in aulicæ vitæ corruptelis maximis? Funiculum rationis ac virtutis Dædalæum bene firma manu ducat in tam cœco labyrintho necesse esse, ni velit mox aberrare, & semet perdere.

Hercules Prodicius.

Aula, theatrum, arena.

Corycæi in aulis.

Principum legati quales.

Quo pacto Carulus ad gloriæ culmen scandere posset.

Discretionis clypeo pect? muniendũ.

Selectionis cura quàm necessaria ubiq; sit.

Funiculus rationis ac virtutis retinendus in labyrintho.

Praecepta morum Carulo data. Personarũ, ac morum delictus.

dere. Hunc autem quo securius teneret, & certiore passu graderetur Carulus Princeps: paucas eidem regulas praescripsere Gimnicus, & Pighius: Ut videlicet in congressibus & conversatione preberet se cunctis humanum, comem, & affabilem: non tamen cunctis aequè familiarem. Senio, gravitate, prudentia, & auctoritate conspicuis honores ubique deferret: atque imprimis absentium Principum legatis. Nil temerè quippiam apud hos effutiret; sed talem se moribus linguaque semper gereret, qualis apud Principes ipsorum; & exteros populus haberi ipse cuperet. Quod enim horum cuique de ipsius moribus perspectum erit, hoc jam regna, ac provincias paulò pòst esse narraturas. Mores uniuscujusq; diligenter inspiceret, maximè sui gradus Principum: Horoicos, modestos, atque elegantes amplecteretur, imitareturque: arrogantes, superbos, & ambitiosos rideret, & rejiceret. Virtutes hominum magis, quàm stemmata, natales, opes, aut apparentem auri purpuraeve splendorem admiraretur, aestimaretque. Gloriam & existimationem virtutis ac honoris, rebus omnibus anteferret. Nihil ageret, diceretve in publico; nisi prius pensitatum, an laudi, aut vitio cedere debeat. Dedecora & probra prorsus fugienda esse: atque imprimis ebriosorum, aleatorumque consortia. Quae vitia, quantoperè parentes ipsius detestari semper soleant, notum illi esse. In colloquiis ac sermone familiari suos cuique titulos, ac honores obiter attribueret. Nõ anxiè aut curiosè tamen; ne videatur adulari, aut ambitiosè dicere. De religionis Christianae controversiis hodiernis disputationes nisi doctorum, & piè catholicorum hominum auscultaret: haereticorum verò consuetudinem, nec nõ adulatatorum, delatorumque omnium, non minus ac noxam & pestem aversaretur; mentis aures, ad talium voces Sirenarum cantu periculosiores obturaret. Maximis enim calamitatibus haec portenta suo consilio summos saepius Principes involvisse, atque indies involvere. Hos fluctibus abditos scopulos summa cura vitandos ei esse, nisi naufragium facere velit. Habere quidem suas notas, quibus cognoscantur, sed ab his duntaxat facilè, qui sano integroq; vigent judicio: ab adolescentibus, & imperitis difficillimè. Oportere igitur Principem adolescentem inter corruptos versantem adversus hujusmodi pericula nativam indolis suae probita-

Virtutũ sublimitas & precium. Linguae têperamentum.

Haereticorum & adulatorum aversatio.

probitatem summa cura tueri: pectus animumque duplici munire thorace: Primùm adversus hæreticorũ veneno tincta jacula, zelo pietatis orthodoxæ, Catholicæque fidei, & avitæ religionis à majoribus traditę, & tot antea sæculis sanctorum patrum consensu; atque consiliorum decretis, per universam Christi ecclesiam confirmatæ reverentia. Et munitorum probè, si memor esse velit divini cõsilii, quod Paulus Apostolus Timotheo suo dedit, mandans ut depositum custodiret, devitaretque vanas vocum novitates. Sæpius autem ipsi declaratum fuisse, quantam hæc verba contineant energiam: & quanta cura conetur universalis ecclesia divinum Christianæ fidei canonem ex ore Dei conscriptum, & per veterum patrum traditiones conservatum, conciliorumque generalium chirographis obsignatum, & apud se depositum ab omni novitate inviolatum conservare. Novit enim fas esse, ut prisca illa cœlestis philosophiæ dogmata pro temporum statu expolientur, limentur, & mundentur abusuum sordibus: sed nefas prorsus esse ut commutentur, nefas ut detruncentur, aut mutilentur. Nam si novitia veteribus preferantur, prophana sacratis misceantur; brevi futurum, ut Christianæ religionis nitidum numerisq; omnibus absolutissimum corpus turpissimis nævis non solùm deformetur: sed membrorum ac partium nulla proportione mõstrosum penitus dissolvatur, corruat, ac pereat: Hęc si prorsus sibi persuadeat, & mente constanti retineat, hæreticũ à verè catholico discernere, haud difficile ipsi fore. Illius enim animus scabiosa novitatum profanarũ prurigine semper irritatur, atq; ideo antiquitatis scita fastidit, ecclesiæ supremam auctoritatẽ convellit, de receptæ fidei præcipuis articulis levium hominũ temerarias opiniones sacrarum literarum fuco palliatas laudat, amplectitur, & nihil aliud quàm reformationes novas, novum lumen crepat. Hic verò divinis oraculis insistens ex tutissimo Catholicæ fidei portu diversis opinionum procellis non ejicitur, universalis ecclesiæ corpori firmus adhæret, capitis auctoritati cedens, & obediens: deposita sanctorũ patrũ, & antiquitus ecclesiæ commissa reverenter servat; super judicantẽ non judicat; nec scindere sepem, aut à patribus positos terminos transferre tentat. Hunc audiendum, & observandum in religionis disceptationibus: illius è contrà cœlestis eloquii melle litos gladios omnino vitãdos esse.

Quo clypeo muniendum pectus adolescentis Principis adversus hæreticorũ jacula.

Qualiter notus hæreticus cognosci poterit.

Pii & catholici hominis nota.

Et quidem hac infectum tabe à consuetudine familiari procul arcendum esse, fugiendumq; non minus, quàm viperæ venenum, aut aspidum afflatus: quandoquidem seditionum fomenta in sinu, & belli civilis facem lingua semper ventilet. Adversus alterum hostem adulatorem thorace virtutis animum armare non minus oportere, & pectoris scrinium aureo Pythii Apollinis oraculo, NOSCE TE IPSUM. tanquam firmissima sera quadam adversus philautiam occludere. Non posse enim non esse philocolaca, vel adulatorum amicum, qui vehementer est amans sui. Hunc enim esse sui æquum judicem, & assentatorium venenum discernere, aut cognoscere non posse. Quod vitium si sordidos & humiles solummodò impeteret; haud fore rem adeò damnosam, nec perinde pestilentem. At ingenia generosa, gloriæque cupida, proba & humana facilium recipere adulatorem, & receptum alere; non secus ac ligna tenera, ac dulcia, teredines, aut corpora juvenilia ac succida pediculos. Quorum hi discedunt primùm à morientibus, & corpora relinquunt, simul atque sanguis congelaverit, quo pasci solent: illi autem ligna non prius, quàm ea penitus tenebrarint, corruperint, & in pulverem dissolverint. Sic videre nos semper adulatorem non esse comitem pauperum, aut ignobilium, sed Principum & ingentium familiarum, & simul negociorum publicorum morbum, ac ruinam existere: adeò ut sæpenumerò regna quoque subvertat, atque imperia. Nec esse quærenda longè ejus mali exempla: Præ foribus etiam, proh dolor, nostro versari sæculo multiplicia. Non mediocris igitur esse negocii, talem pestem avertere, ubique semet insinuantem. Non solùm enim in foris, aulis, conciliabulis, & conviviis, itineribus aut venationibus semet offerre: sed etiam in sacris ipsis penetralibus, & Principum cubiculis, nocte dieque personare. Ideoque non vulgarem postulare curam ac providentiam, vt rectè discernatur ab ingenuo & candido amico, aut à probo fidoque ministro. Vix enim adulterinum aurum à puro; artificiosè fictas gemmas, à veris discerni posse, nisi à peritis. Habere tamen suas notas quasdam adulatorem admodum evidentes, quibus cognosci poterit. Cognosci autem inprimis à morum & verborum inconstantia. Varius enim est & mutabilis Polypi aut Chameleontis in morem: nunc his,

Quo clypeo muniẽdum pectus adolescentis Principis adversus adulatorẽ. Philautiæ malum.

Quasnam conditiones hominum quærat adulatorium malũ.

Quãta difficultatis sit noscere & avertere talẽ pestem.

Quibus notis adulator ab amico nosci possit.

his, nunc illis, quos fallere cupit, ſeſe accommodans, & aſſingens. Non ſecus ac aquæ præterfluentes ſoli ſubjecti colorem aſſumunt; ſic amici facilitatem & jucunditatem effingit. Blandus & officioſus eſt ſemper; nusquam repugnat, ſed in omnibus morem gerit, Terentianum illum imitando dicens: Ais? aio: negas? nego. Gaudet ad gratiam Principis facere, & diſſerere cuncta. In vitiis præſertim perpetrandis promptus & obſequens: ut in amoris lenocinio, ſcortis, alea, & Bacchi poculis. Nec fruſtra, quod ad hæc pronam adoleſcentiam facilius ſibi hac via poteſt obligare, & alios ad auſteram virtutem hortantes ab eorum benevolentia excludere. Quapropter hujusmodi homines tam variè ſemet inſinuantes, quàm maximè ſuſpectos habendos, & nullo pacto in familiarē conſuetudinem admittendos eſſe. Orant itaq; & obteſtantur Carulum, ut non ſine cura, ſed vigilanti cum judicio inter ignotos & extraneos verſaretur antedictorum memor: ipſos etiam ſæpius illi clanculū indicaturos eſſe quorumnam ingenia, ac mores fugere debeat, quorúmve amplecti tutò poſſet. Pighius inſuper non infrugiferum fore ratus, pollicetur ſe proximis diebus, cùm primum aliquod ocium redeundi ad ſtudia daretur, ſe Principi duos elegantes, ſuccinctos, & admodū doctos libellos prælecturū, non ſine delectatione & fructu: quo diſcat ſecurius inter ignotos & externos verſari, & certiſſimis ſignis probos ab improbis dignoſcere poſſit. Feſtivis autē diebus, Vincentii Lirinenſis Galli, antiqui auctoris, qui Chriſtianæ Eccleſiæ tertio ſæculo vixit, piam & ſummè doctā admonitionē adverſus profanas hæreſeôn invocationes eſſe legendam: diſtinguentē luce clarius apertis indiciis hæreticum à Catholico & verè Chriſtiano. Profeſtis autem, Plutarchi Chæronei doctiſſimum libellum de diſcrimine adulatoris & veri amici recognoſcendum eſſe. dignum prorſus, quem quilibet Princeps adoleſcens ad unguem ediſcat, & memoriæ mandet. Nec injucundum fore hoc ſtudium, nempe quòd cordatorū hominū egregia præcepta, & prudentia conſilia domi intellecta, foris in quotidiana converſatione claris exemplis confirmari, re ipſe ſit experturus. Gratum ſibi hoc fore demonſtravit Carulus, & ſe ſaluberrimis ſuorū conſiliis pro viribus ſemper obtemperaturū pollicetur. Nec ceſſarunt illi inſtare ſæpius oportunis monitionibus, & promiſſorū memoriam

Studij & lectionis dulcis fructus.

Monitionis

& laudum ſtudium.

moriam repetere, ſicubi pueriliter aberraret: ſubinde laudum etiam calcaribus impellere juvenilē animū ſuapte natura φιλοτιμότατον, καὶ φιλομαθέστατον (quemadmodū de Cyro adoleſcente Xenophon ſcribit) cùm quid aptè, vel eleganter dixiſſet, aut feciſſet apud exteros. Ideoq; haud difficile fuit, ipſum ad quosvis honeſtos, & heroicos conatus excitare: cùm ſua ſponte quæcumq; in aliis ſuæ ætatis principibus laudari audiret libēter honoris cupidine tactus imitaretur. Mox igitur eodem anno magnā egregii futuri Principis expectationem de ſe dedit, Cæſari æque, ac ordinibus omnibus chariſſimus. Adeò ut vix ulli principes advenæ, aut alicujus nominis proceres ad Cæſarem negociorum cauſſa Viennam cōmearint, qui ipſum honoris cauſſa domi nō viſitarint, qui cum eo amicitiā ac familiaritate contrahere non petierint, Igitur externorū principum Chriſtiani orbis ferè omnium novi oratores ac legati Viennam appellentes cum mandatis ac literis officioſis ad eum ſemper venere; ſuorū principum nomine omnia præſentantes, quibus amorem ac benevolentiam erga ipſum ſuam teſtari poſſent. Hactenus, ut puer Carulus, & adoleſcens domi, & in itinere ætatem duxerit, expoſuimus. Nunc autem ordo hiſtoriæ poſtulare videtur, ut declaremus, quem vitæ modum foris tenuerit, & quibus exercitiis, civiliumque functionum rudimentis adoleſcentiam in aula Cæſarea biennio integro, & peregrè in profectionibus peregerit. Atq; hæc non per tempora ſingulatim, ſed per ſpecies exequar: quo ejus indoles ac morū qualitas diſtinctius demonſtrari, cognoſciq; poſſint. Ut autem ab ejus forma, ſtatura, & cultu incipiamus, adoleſcentem Carulum ætas efflореſcens articulis omnibus amabilē, & aſpectu jucundum reddidit, propter juſtam membrorum ſymmetriā, quam ab utroq; parente participaverat. Erat etenim ipſi ſtatura corporis, pro ſua ætate (nondum enim prorſus adolaverat) legitima, & juſta: cujus altitudo pedum fuit circiter quinque & dodrantis, quæ ſua commoditate & æquitate quodcunque vitium excluderet. Inſuper tota corporis ac membrorum conſtitutio non obeſa, non gracilis: ſed tereti proportione decentiſſima fuit, ut inter pulchrorū ſuæ ætatis præcipuos nō ultimo, ſed ſuperiore quaſi loco teneretur. Nam facies ovali forma, & juſta latitudine frons erat, naſus rectus & procerus: maxillæ nō pingues, non inflatæ. Oris

Incremētum virtutum in Carulo.

Honos virtutem ſequitur.

Transgreſſio.

Forma cultusq́; Caruli adoleſcentis.

Statura.

Facies.

Oris laxitas, aut dēsitas labrorum nulla faciem deformabat: sed hæc purpureo suo colore gratiā adjungebant. Sic etiam mentum oblōgiusculū à matre communicatum ac Austriacis gentile, non parvam auctoritatē adjiciebat. Vultu quidē semper erāt tam in sermone, quàm tacitus admodū sereno & blando; ut in benevolentiam sui, vel aspectu solo facilè quemvis trahere posset. Oculorū aquilus color, item faciei ac corporis totius non pallidus, aut lacteus; sed inter aquilū, & candidum planè vividus, ac virilis. Capilli densi, plani, leviter involuti, & subnigri; quemadmodum & erat barba lanugo prima in labro superiore, & temporibus jam enascens. Voci ipsius autem ac loquelæ inerat quædam asperitas non tamen inamœna: & lingua dentibus allidens parūper blæsa neutiquam offendebat. Vestitu gaudebat Italico, quo ferè nunc utuntur præcipui principes orbis Christiani: atq; delectabatur mirificè, pulchro & mundo. Gestiebat autem ejus animus ostētare se splendidum; maximè in armorum ornatu, in militari & bellico apparatu: admodū amans habere domi galeas, clypeos, thoraces, auro, argentoq; pictuatos, hastas & gladios eleganter ornatos, cristas ac pennas tincturis distinctas, frena, phaleras, sellas; item ephippia holoserico & auro contexta, & pulchrè coloribus virgata. Quæ species generosos animos incendere solet, & ad alacritatem excitare facillimè. Quemadmodum poëtæ fingunt, & histriones in scænam inducunt adolescentem Achillem in Scyro inter puellarum pensa latitantem, viso novorum armorum splendore, gestientem; & audito tubæ clangore exultantē, & velut ardentem. Ut autem nunc explicemus, quem ordinem vitæ domi privatim inter suos tenuerit, & quo pacto diem (cujus ratio cuiq; reddenda est) transigere solitus sit, non videtur incongruum, Mane semper sacris diebus surgebat hora quinta, ut pergeret ad Palatium, intersuturus rebus divinis cum Augustis eorumq; liberis Archiducibus. Tum, sacro finito, plerumque ab his familiariter retinebatur, ut simul pranderet: ne remeare domum, & ab hospitio redire denuo in Palatium ad sacrum pomeridianum cogeretur. Profanis autem diebus, hieme hora sexta surgebat; æstate tempestivius, prout occasio postulabat. Lotus, ac vestitus, mox secedebat in secretius larariū: acceptisq; libris, preces ordinarias suas sol⁹ legebat, & inter eas inprimis Salomonis

Color.

Vox.

Vestitus.

Panoplia studium & cultus.

Achilles in Scyro latitans virgineo in habitu.

Actiones & studia vitæ quotidianæ.

monis regis orationem pro impetranda ſapientia paraphraſticè concinnata è Bibliis, & adaptatam pulcherrimè juveni Principi: quam nitidè cum quibusdam aliis piis precibus Principi quotidie dicendis deſcriptam in libello, pater Carulo dederat dono: ſub ea conditione, qua ipſe preces illas à patre ſuo, pater ab avo, & avus à majoribus acceperat: Nimirum ut eas juvenis mane quotidie legeret, & ab his ſua ſtudia, & quævis alia negocia exordiretur. Dictis precibus, caput aliquod legebat veteris vel novi Teſtamenti. Poſtea ſumpto jentaculo Muſæum ingreſſus, cum inſtitutore ſuo ſtudiis operam dabat duabus circiter horis. Deinde cum Gimnico præfecto domus, nobilium ſuorum cohorte famulisque pergebat ad Palatium; & Cæſari legatos audienti, vel jus dicenti, aut publica negotia tractanti adſiſtebat, officii atque diſcendi cauſſa. Eidemque porro ad prandium eunti, mantile poſt lotionem ſubminiſtrabat. Et cùm benedicta menſa Cæſar diſcubuiſſet, ipſe paulò pòſt, accepta diſcedendi licentia, domum cum ſuis redibat ad prandium hora plerumque decima. Nec prandebat, nec cœnabat unquam ſolus, ſed convivebatur quotidie, & ſemper recta; clientibus & ſalutatoribus, qui ultrò comparebant, adhibitis. Non tamen ſine magno ordinum, hominumq; delectu. Admittebantur etenim dumtaxat proceres Palatini, quippe Cæſaris, filiorumq; ipſius è ſenatu, ac familia præcipui, atq; Principum oratores. Item magiſtratus, præfecti; ac homines ut dignitate, vel prælaturis, ſic eruditione & virtutibus ornati, atq; conſpicui. Et quando talium erat ſolitudo, aut raritas; adhibebat item menſæ Gimnicum œconomum ſuum, & Coronam Pighium inſtitutorem. Nec eos unquam ferè præteribat, quandocunq; locus patebat aliquis. Menſa ejus ternis ſemper ferculorum miſſibus inſtruebatur opiparè & abundanter. Quapropter ut ſumptu ſplendido, ita etiam ſumma comitate convivium exhilarabat. Nam ad communionẽ ſermonis tacentes, vel ſubmiſsè fabulantes provocabat: propinquis ipſe porrigebat edulia in orbiculis, lõginq; ſedentibus miſſitabat: quãvis menſæ ſemper adſtaret miniſter nobilis qui ſtructoris vices gereret, & ordine ſingulis cibos ſubminiſtraret. Invitabat ſæpè verecũdos, & exhortabatur ſingulos ad lętitiã & alacritatẽ. In celebri autẽ & frequẽti convivio inſtrumenta canora, & muſicum concentum interponebat.

Studium literarium.

Palatina cõverſatio.

Convictus.

Menſa.

Epula.

terponebat. Aretalogos autem, acroamata vana, ludios aut moriones vix unquam advocare solebat: sed ipsi nimis sæpè (ut genus illud nebulonum in aulis principum solet) sua sponte conviviis illius impudenter sese ingerebant. Ciborum non tam delectu quàm varietate gaudebat, secundarium panem, vel atrum etiam, carnes sale fumoque conditas; item pisciculos minutos, immo salpas, ac pectines vento duratos, caseum bubalum salitum, atque ejus generis cibos non spernebat, sed magis appetebat recentes. E piscibus amabat fluviatiles, carpionem, lucium, ac truttam, ut nunc vulgò vocantur. Ex ferinis leporem assum, cervi coxam, caput aprugnum cum aceto & herbis elixum. Ex volatilibus perdicem ac turdum, Non tamen erat magnæ voracitatis, aut largi pastus; sed ex omnibus ferè degustabat aliquantulum. Atque cupidius ex postremæ mensæ fructibus, ac dulciariis: quorum appetentior à puero fuerat; magis assuetudine, quàm natura. Sitim pellebat primum inter edendum haustu cervisiæ: deinde toto convivio bis terúe vini valde diluti poculo. Ceterùm cùm ægresceret, pro vino sumebat aquam cynamomo coctam, per plurimos sæpe dies manens abstemius. Neque interdiu extra mensam temerè bibebat, nisi quod assuetus merendæ loco bolum sicci panis, & cervisiæ, vel vini diluti cyathum, hora quasi post prandium tertia, soleat degustare. Prandium, vel cœnam (nisi cùm adessent externi convivæ plures, & epularetur) raro supra semihoram protrahebat. Mensæ deinde sublata, & actis Deo gratiis, dum domestici nobiles, ministrique comedunt, ipse cum convivis sermonem serere; vel si docti intererant convivio, libros aliquot suos proferre, picturas, & chartas chorographicas, aut siquid literariæ elegantiæ habebat, his ostendere. Sic rursum Martiis ac militaribus hominibus monstrare gaudebat non mundum muliebrem, sed planè virilem; arma videlicet sua decora atque inaurata, thoraces ferreos, galeas, hastas, lanceas, clypeos, gladios, equorum sellas ac phaleras, & similia ornamenta nobilitatis, quærens singulos recreare, quibus delectabantur. Aliquando cum convivis lusitabat chartis, vel cum eorum aliquo lai trunculis aut orbiculis in alveo. Et hæc ferè ad horam usq; ue pomeridianam primam: qua tacta, dimissis convivis ad literaria studia secedebat. Cænæ verò illi semper erat hora post

Cibi.

Avocamēta post mēsam.

Cœnæ tempus.

post meridiem quinta, & hiberno tempore cænabat domi: æstate autem in hortis suburbanis, quos extra pomeriũ spaciosos, & eleganter excultos ab hospite suo locaverat. A cœna, per horam cum convivis deambulabat, vel insuabat in hortis: domi autem, vel fabulabatur, aut ludicris tempus terebat, dum cænaret familia. Ceterùm quando, nullis exteris præsentibus, solus cum Gimnico præfecto domus, & institutore Pighio, cibum sumpsisset; ferè semper à prandio vel à cæna, his auscultantibus, historiã aliquam clara voce prælegere solebat: festivis diebus sacram, ceteris profanam: aut Romanorum antiquitatum reliquias, nummos, & picturas, declarante Pighio, recognoscebat. Aliquando solus se recipiebat in Musæum, atq; ibi scribebat vel acta diuturna, vel literas: donec absoluta familiarium cæna proferrentur organa Musica, quibuscum tempus cantando juvante phonasco, vel instrumentis sonando terebat usq; ad octavam, quæ consueta erat hora cubiti eundi. Discinctus deinde cùm se lavisset, valedictis familiaribus, qui officii caussa astabant, mox introvocabat dispensatores domesticos, quo singulorum breviaria diurnarum rationum acciperet, & perlustraret. Ubi quantum in cibo, potu, & equorum pabulo impensum fuisset, quotidie cum œconomo suo Gimnico cognoscebat, stans in soleis, & veste talari chirodota. Singulis etiam mensibus semel cum eodem Gimnico suo, & culinæ magistris rationum domesticarum tabulas recognoscebat, & menstruos sumptus examinans pomeridiano tempore tribus aut quatuor horis aliquando continuis operam audiendis rationibus dabat. Non improbo, me Herclè, more: uti videlicet disceret res suas ipsemet curare, & sumptuum quotidianorum magnitudinem æstimare, non vilipendere. Sæpius enim alioquin contigit, ut negligentes suarum impensarum domini fiant Acteones, & à canibus suis ipsemet devorentur. Rationibus diurnis, & officiorum breviariis, eo modo cognitis, dimisso œconomo, trasgressus in cubiculũ, priusquam se ad quietem componeret, summo omnipotenti Deo gratias pro transactæ diei beneficiis agens, ordinarias sibi precationes, memoriter & submissè dicebat. Et cùm decubuisset, antequam somnus obreperet, animo repetebat obiter, quanam ratione diem illum transegisset: quid Deo gratum, vel ingratũ, quid boni malísve perpetrasset examinans.

Avocamẽta post cænam.

Musices exercitiũ.

Hora quiescendi.

Impensarũ recognitio.

Recognitionis fructus.

Acteonis fabula quid significet.

Vespertina rerũ diur-

nans. Deinde dicta oratione dominica,& salutatione angelica ad Divam virginem,his subnectere solebat hymnum,& precationem ecclesiæ Catholicæ vespertinam,ac postea quieti sese dedere. Cujus tam piæ observationis,& Christiani examinis cùm aliquando seorsim admoneretur à Pighio suo,& ne negligeret,rogaretur:minimè sollicitum ipsum esse jubebat, sibi valdè placere illud salutare non levis poëtæ consilium, qui cecinit: *narum recognitio.*

Non prius in dulcem declines lumina somnum,
Omnia quàm longè reputaveris acta diei.

Prudentiæ etenim,& melioris vitæ fructum adducere sollicitudinem, ac vigilantiam istam. Levioris quidem somni Carolus Princeps fuit, nam facilè strepitu ventorum, procellis aut tempestatibus excitabatur noctè. Tonitrua etiam & fulgura nocturnæ paulò infirmius expavescebat, ut pueri ac adolescentes solent. Si tunc interruptum recuperare somnum non posset,cubiculariorum aliquem accersebat,ut eo legente vel colloquente quietem resumeret. Nôn enim in tenebris lubenter vigilavit unquam, nisi quopiam assidente. Festos, ac jucundos solemniter dies lepide, & jocula-riter privatim cum suis celebrare solebat, Kalendis Januariis strenas ac munuscula dare, saccarum, dulciaria, ligulas sericas, pennas, ac plumas versicolores ac similia adolescentulorum ornamenta. Regum profestò die fabas dividere, & regem convivii sorte creare, magistratus & officia distribuere, atque imaginarium regnum instituere gaudebat, quo familia festivo die nonnunquam exhilaretur. Innocentum puerorum festo primus ante lucem summo mane surgere,nobilium, ac familiarium suorum cubicula invadere, virgisq; dormitantes, vel nondum vestitos ludicrè ac pueriliter castigare. Bacchanalibus cum personatorum consortio delectabatur amburbalia ex more celebrare. Quo ferè tempore, cùm bruma nivibus plateas onerat, Archiduces Cæsaris filii, & ceteri Principes, omnisque Palatina nobilitas equis singularibus ornatissimè phaleratis trahas affabrè & politè factas, & pulcherrimè depictas, larvati per urbem agitant; gruum in morem se mutuo subsequentes, & tintinabulorum, quibus equorum phaleræ obstipantur, concentu plebem ad fenestras, atque januas vocant, circensia veterum ludicra nonnihil imitati, Tunc etiam

Somnus. *Festi dies.* *Strena.* *Regnū conviuale.* *Innocentū Virgindemia.* *Amburbalia Bachanaliorum.* *Larvatorū ludi.*

etiam festivis plerisque diebus, juventus illustris apparatu histrionico personata, & peregrino vestitu spectabilis per urbem equitare, & ante Palatium decursionibus ludos Trojanos effingere, hastarum concursu inter se certantes. In quibus ludis veluti unum ex principibus juventutis se lubenter Carolus repræsentabat. Ad quotidianam ipsius vitam, ac victum pertinent etiam animi & corporis exercitia ordinaria: Primuùm igitur de studiis ejus literariis dicendum erit, quibus animus instruitur & ad virtutem erigitur. Ab ætate prima (velut antea diximus) artes ipse ingenuas, ac studia liberalia exercuit, cupidè multa memoriter discens. Nam horas exercitio literario addictas, etiam in aula Cæsaris degens, donec ad iter Italicum accingeretur, diligentissimè semper observavit: nisi quæ Principum, nempe Cæsaris, aut Archiducum filiorum profectiones aut venationes impedirent. Nam mane à septima ad nonam ferè horam: à meridie autem ab hora prima ad tertiam usque literis operam dabat, vel interpretando ex tempore, vel etiam transferendo Latinos auctores in usitatas huic sæculo, & scitu necessarias linguas, & rursus alios non Romani idiomatis libros diversos in linguam Latinam. Imprimis autem, ut generalem quandam omnis ævi historiarum cognitionem obiter prælibaret, Paulli Orosii succinctum & elegantem ab orbe condito rerum ubique gestarum Latinum commentarium, quem vel ipse, vel majores nostri Orchestram mundi nuncuparunt; eo quòd varii rerum humanarum casus, ac mutationes Imperiorum, bella, cædes, victoriæ clades in eo libro (velut in Logeo gesticulationes, motus ac saltationes multiplices, Thymelici, scænicive artifices exhibere solent) repræsententur, cum Pighio Corona legit, etiam horis extraordinariis, locaq; difficiliora aliis verbis Latinis explicavit. Ex tempore quidem quod ad linguarum diversarum promptitudinem comparandam juvat, interpretatus est sacris diebus Latinorum Bibliorum partē Germanicè, Homelias Hofmeisteri Germanicas Latinè: atque Ludovici Saxonis vitam Christi è lingua Latina translatam eleganter Etruscè per Franciscum Sansovinum item exposuit Latinè. Quadragesimalibus autem diebus, & mense Decembri ante Christi natalitia vernacula lingua interpretabatur Stanislaii Hosii Confessionem Petrocovianam, atq; itē Georgii Ederi Ca-

Decursiones eque stres.

Exercitia privata Caroli. Studia.

Translatio & versura linguarum ac idiomatum.

Pauli Orosii Orchestra müdi.

deri Catechismum, Vincentii Lirinensis Orationem adversus profanas religionis novationes. Profestis autem diebus aliis, Æneidos Virgilii libros duos priores vernacula lingua exposuit, & memoriter recitavit. Vitas Plutarchi plures Gallicè lectas Latinè interpretatus est, & ejusdem libellum de discrimine adulatoris & amici, ex Erasmiana translatione reddidit Gallicè. Ciceronis officia Latinè scripta Italicè exposuit. Transtulit autem non sine studio ac labore meditationis M. Ciceronis epistolas selectas plures in linguam Italicam: & rursus Jacobi Sadoleti, Petri Bembi, Pauli Manutii, aliorumque eruditione illustrium nostri sæculi hominum facundas aliquot epistolas ex Italica lingua in Latinam. Insuper pomeridianis horis Plutarchi libellum elegantem de doctrina Principum ex Erasmi translatione Latina in Gallicam linguam mutavit, & nitidè postea descriptum ad patrem suum misit. Sic etiam è Gallica lingua traduxit in Latinam Thesaurum virtutum ex antiquis & optimis auctoribus Enchyridii forma collectum libellum, quem proposuerat ad fratrem suum Joannem Guilhelmum mittere: sed postmodum Archiduci Ernesto Cæsaris filio petenti eum correctè descriptum & ornatè compactum dono dedit, cum auctario hujus epigrammatis:

Auguste Erneste atavis spes edita, magni
Secunda cura Cæsaris.
Sunt quos Pygmaleonis opes causasq; malorum
Effossa terræ viscera
Collegisse juvat: prohibent quæ tollere in altum
Cor appetens pecuniæ.
At nos magna decent, mentemq; vertere quorsum
Iam VIRTUS *alma provocat.*
THESAUROSQUE *suos monstrat similes quibus ipsi,*
Aviq; divis reddimur.
Hos neq; enim tineæ rodent, æruginis atra
Non mandet atra ingluvies.
Hos furum procul è manibus nos condere jussit
Suis in arculis DEUS.

Ex eodem epigrammate celeberrimus ac ingeniosissimus musicus Philippus de Monte, Cæsarei chori præfectus, ac Musagætes in æde sacra Palatina, quinque vocum oden elegantem concinnavit: qua Principum convivia recreare tum

H solebat.

solebat. Hæc ferè Caruli, quandiu Viennæ moram traxit, literaria fuere studia quotidiana: qui his exercitiis eloquentiam non solum Latinam, sed & cujuscunque idiomatis ac linguæ meditabatur diligenter. Quamprimum itaque domo profectus peregrinari cœperat, deinceps legatos, ac magistratus omnes excipiendo dimittendove fere semper meditata, & composita est allocutus oratione: formulas dicendi ab initio, qua conveniebat lingua (sicut ante dictum est) præscribentibus Gimnico, & Pighio: qui applausu & laudibus ipsum excitare, si quando se probè & decorè in dicendo gessisset. Nec malo quidem hoc cõsilio, uti videlicet quamprimum adsuesceret externorum Principum conversationi: & sermones serere cum singulis pro cujusq; conditione disceret. Ideoq; & graviorum sermonum materias, ac capita breviter etiam scripto suggerebant: ne plus minusve loqueretur, quàm conveniret. In legendis auctoribus, & historiis nil æquè sectabatur, aut lubentiùs à Pighio explicari audiebat, quàm insignia heroum facta, quàm præcepta, & consilia publicè aut privatim salubria; quàm stratagemata rara & astuta. Quæ ipse sæpius postmodum memoria repetere, suis atque etiam exteris narrare gaudebat: eaque via sermonum occasiones quærere. Iam dicta quidem exercitatione literaria dicendo mox ita invaluit, ut ad subita non facilè deficeret ex temporali facultate, si quid ex improviso dicendum esset. Ea fretus ipse sibi postmodũ formulas dictavit aliquoties, & institutore suum recognoscere, prius quàm diceret, jussit. Epistolas autem suas ipse concipere, & componere solitus est semper; nisi cùm tempus propter alias occupationes deficeret: quas etiam ab institutore primum recognitas, & emendatas manu sua describebat, & complicatas, addita epigraphe, sigillabat ipse. In diplomatibus, libellis & epistolis signandis, concedente patre, sigillo familiæ avito usus est, cum trium provinciarum præcipuarum cassidibus phaleratis gemma cassidonia exsculptis. Epistolarum verò suarum autographa servabat diligenter, & ex ordine temporum dirigebat in suis nidulis: nec minus aliorum epistolas, in quarum dorso mox diem, qua eas accepisset, annotabat: & diligentiam suam inde lubenter metiri solebat si magnum literarum fascem, quibus rescripsisset, singulis mensibus secluderet. Genus scribendi secutus est non tam triviale

Eloquentia studium.

Eius usus ac finis.

Historia studium.

Styli & compositionis exercitatio.

Sigillum.

Stylus & scribendi genus.

triviale, quàm temperatum, vitata ſtyli barbarie, & reconditorum verborum affectatione: præcipuamque curam duxit, ſenſum animi quàm apertiſſimè exprimere verbis nudis, rectis & venuſtis. Et cùm Pighius illum adhortaretur ad majorem orationis copiam, ſplendorem, atque ornatum: reſpondit, principem breviter aperteque loqui & ſcribere debere. Exercitia & certamina quævis honeſta, ac Principe digna capeſſere & diſcere nunquam detrectavit. Nam animi magnitudo Principe adulto digna in adoleſcente fuit: utinam corporis vires æquè reſpondiſſent. Ocii namque prorſus impatiens, & cupiebat laboribus, veluti callo quodam, roborare corpus, ac munire valetudinem ſuam: quemadmodum veteres olim heroës ac principes quosque maximos Herculem, Cyrum regem Perſarum, Alexandrum Magnum, Cn. Coriolanum, M. Camillum, & M. Corvum: item Papirium Curſorem, & P. Africanum feciſſe intellexerat. Itaque armorum, & equitandi pro ætate peritus admodum fiebat, magiſtros rei militaris, armorumque tractandorum, nobiles equites plures atq; campiductores peritiſſimos in aula Cæſaris aſſidua converſatione ſibi adhibendo, quos omnes liberaliter etiam remuneravit. Sed ſpiritus ad equeſtria exercitia nobiliores illi conciliavit imprimis ipſius præfectus Gimmicus, planeque ad Martium & militarem animum excitavit. Is etenim veluti præſes, & agonotheta ſemper aderat ejus campeſtribus exercitationibus, certaminaque moderabatur: ne quid præter ætatem, vires, atque decorum tentaret. Ad has etiam lubenter Carulus admittebat aliquando plebejos, & ignotos: ſi forte offerebantur induſtrii & periti. Nec viſus eſt humilitatem alicujus ſpreviſſe, à quo diſcere quippiam potuit: non minus virtutis alienæ, quàm ſuæ dignitatis memor. Quemadmodum M. Valerio Corvo, ſcribit Livius, facilè fuiſſe in ludis militaribus comiter vincere, & vinci vultu eodem: nec ipſum quenquam aſpernaſſe, parem qui ſe offerret. Horas autem exercitandi corpus ordinarias habuit quotidie poſt pomeridiana ſtudia tertiam, & quartam; & aliquoties nonam poſt antemeridiana; Cæſare, vel propter podagram, decumbente. Vel cùm idem ob valetudinis imbecillitatem ruſticaretur, & Carulus officii cauſſa ad aulam pergere non cogeretur. Tum plerumque vel equitando usque ad ſudo-

Quid principem deceat.

Exercitia corporis.

Armorum & equitandi ſtudium.

Guarenerg Gimnicus.

Horæ exercitationis.

 rem,

solebat. Hæc ferè Caruli, quandiu Viennæ moram traxit, literaria fuere studia quotidiana: qui his exercitiis eloquentiam non solum Latinam, sed & cujuscunque idiomatis ac linguæ meditabatur diligenter. Quamprimum itaque domo profectus peregrinari cœperat, deinceps legatos, ac magistratus omnes excipiendo dimittendove fere semper meditata, & composita est allocutus oratione: formulas dicendi ab initio, qua conveniebat lingua (sicut ante dictum est) præscribentibus Gimnico, & Pighio: qui applausu & laudibus ipsum excitare, si quando se probè & decorè in dicendo gessisset. Nec malo quidem hoc cõsilio, uti videlicet quamprimum adsuesceret externorum Principum conversationi: & sermones serere cum singulis pro cujusq; conditione disceret. Ideoq; & graviorum sermonum materias, ac capita breviter etiam scripto suggerebant: ne plus minusve loqueretur, quàm conveniret. In legendis auctoribus, & historiis nil æquè sectabatur, aut lubentiùs à Pighio explicari audiebat, quàm insignia heroum facta, quàm præcepta, & consilia publicè aut privatim salubria; quàm stratagemata rara & astuta. Quæ ipse sæpius postmodum memoria repetere, suis atque etiam exteris narrare gaudebat: eaque via sermonum occasiones quærere. Iam dicta quidem exercitatione literaria dicendo mox ita invaluit, ut ad subita non facilè deficeret ex temporali facultate, si quid ex improviso dicendum esset. Ea fretus ipse sibi postmodũ formulas dictavit aliquoties, & institutore suum recognoscere, prius quàm diceret, jussit. Epistolas autem suas ipse concipere, & componere solitus est semper; nisi cùm tempus propter alias occupationes deficeret: quas etiam ab institutore primum recognitas, & emendatas manu sua describebat, & complicatas, addita epigraphe, sigillabat ipse. In diplomatibus, libellis & epistolis signandis, concedente patre, sigillo familiæ avito usus est, cum trium provinciarum præcipuarum cassidibus phaleratis gemma cassidonia exsculptis. Epistolarum verò suarum autographa servabat diligenter, & ex ordine temporum dirigebat in suis nidulis: nec minus aliorum epistolas, in quarum dorso mox diem, qua eas accepisset, annotabat: & diligentiam suam inde lubenter metiri solebat, si magnum literarum fascem, quibus rescripsisset, singulis mensibus secluderet. Genus scribendi secutus est non tam triviale,

Eloquentiæ studium.

Eius usus ac finis.

Historiæ studium.

Styli & cõpositionis exercitatio.

Sigillum.

Stylus & scribendi genus.

triviale, quàm temperatum, vitata ſtyli barbarie, & reconditorum verborum affectatione: præcipuamque curam duxit, ſenſum animi quàm apertiſſimè exprimere verbis nudis, rectis & venuſtis. Et cùm Pighius illum adhortaretur ad majorem orationis copiam, ſplendorem, atque ornatum: reſpondit, principem breviter aperteque loqui & ſcribere debere. Exercitia & certamina quævis honeſta, ac Principe digna capeſſere & diſcere nunquam detrectavit. Nam animi magnitudo Principe adulto digna in adoleſcente fuit: utinam corporis vires æquè reſpondiſſent. Ocii namque prorſus impatiens, & cupiebat laboribus, veluti callo quodam, roborare corpus, ac munire valetudinem ſuam: quemadmodum veteres olim heroës ac principes quosque maximos Herculem, Cyrum regem Perſarum, Alexandrum Magnum, Cn. Coriolanum, M. Camillum, & M. Corvum: item Papirium Curſorem, & P. Africanum feciſſe intellexerat. Itaque armorum, & equitandi pro ætate peritus admodum fiebat, magiſtros rei militaris, armorumque tractandorum, nobiles equites plures atq; campiductores peritiſſimos in aula Cæſaris aſſidua converſatione ſibi adhibendo, quos omnes liberaliter etiam remuneravit. Sed ſpiritus ad equeſtria exercitia nobiliores illi conciliavit imprimis ipſius præfectus Gimmicus, planeque ad Martium & militarem animum excitavit. Is etenim veluti præſes, & agonotheta ſemper aderat ejus campeſtribus exercitationibus, certaminaque moderabatur: ne quid præter ætatem, vires, atque decorum tentaret. Ad has etiam lubenter Carulus admittebat aliquando plebejos, & ignotos: ſi forte offerebantur induſtrii & periti. Nec viſus eſt humilitatem alicujus ſpreviſſe, à quo diſcere quippiam potuit: non minus virtutis alienæ, quàm ſuæ dignitatis memor. Quemadmodum M. Valerio Corvo, ſcribit Livius, facilè fuiſſe in ludis militaribus comiter vincere, & vinci vultu eodem: nec ipſum quenquam aſpernaſſe, parem qui ſe offerret. Horas autem exercitandi corpus ordinarias habuit quotidie poſt pomeridiana ſtudia tertiam, & quartam; & aliquoties nonam poſt antemeridiana; Cæſare, vel propter podagram, decumbente. Vel cùm idem ob valetudinis imbecillitatem ruſticaretur, & Carulus officii cauſſa ad aulam pergere non cogeretur. Tum plerumque vel equitando usque ad ſudorem,

Quid principem deceat. *Exercitia corporis.*

Armorum & equitandi ſtudium.

Guarnero Gimnicus.

Horæ exercitationis.

rem, vel pilæ lusu in sphæristerio semet exercebat usque ad horam prandii: Persarum, ac Cyri regis exemplum sequutus, qui Xenophonte teste, nunquam cibum sumere, nisi prius sudassent: neque equis pabulum, nisi exercitatis præbere solebant. Ceterùm à prandio discedens à studio literario hora tertia sæpissimè ab Archiducibus Cæsaris filiis ad exercitationis societatem invitatus; cum his, atque nobilium juventute præcipua ad arenam & equestre certamen pergebat. Qui tempus in urbis propugnaculis ad horam usque cænæ terebant armati nonnunquam: sed sæpius inermes equorum decursione in stadio, vel hastarum concertatione ad annulum, vel in ligneo clypeo. Cernere jucundum ibi erat generosi cujusque caballi sublimes saltus, atque pernices in gyrum ductus: & plurimos scitè instigando, cohibendoque fatigasse, gloriosum equiti videbatur præsertim armato. Ad hæc quidem equestria exercitia à prandio sæpius conveniebant Principes, ut dixi, in urbis propugnaculis, non procul à Palatio. Aliàs cùm hæc conveniendi occasio non esset, post pomeridiana studia Carulus vel domi cum suis animi laxandi caussa lusitabat modò chartis, aut orbiculis in tabula: modò talis, aut oscillatis, nucibúsve cum pueris. Cœlo sereno pergebat semper cum comitatu suo ad hortos suburbanos, ubi duabus plerumque horis ante cænam corpus exercebat cum juventute nobili domestica, aliisve familiaribus, cursu, videlicet, aut saltu. Et quidem cursu sæpius certis spaciis destinato subsultim certabat Germanico more, trino saltu, & alterno singulatim pede cursum finiendo, & utrisq; tertio metam sociis ponendo. Aliquando discorum, vel ferrei cylindri jactu; item folliculi, globorum, & obeliscorum lusu: Nonnunquam variando gyros equis, vel hastarum inter armatos concursatione terebatur tempus. Eò igitur frequenter æstate confluere animi recreandi gratiâ Cæsaris filii Rudolphus rex Hungariæ, & Archiduces Ernestus, Matthias, & Maximilianus fratres ejus, aliiq; magni Principes: familiariterque lusitare cum illo, & ibidem cænitare. Venabatur autem nunquam sine magno comitatu, & aliquando cum ipso Cæsare: sæpissimè cum ejus filiis, aulicoque comitatu maximo. Et erant venationes omnis generis pro anni, ac temporum statione, ac nonnunquam longinquæ, & diuturnæ. Nam biduo frequenter, aut quatriduo

Mos Persarum.

Exercitationes equestres.

Domestica animi laxamenta.

Exercitationes in hortis suburbanis.

Saltus Germanicus.

Venationes.

duo eas continuabant per noctantes in vicinis castellis, aut monasteriis. Tunc remissio juvenibus Principibus erat, penetrare Danubii fluminis insulas, lustrare densos saltus, excutere cubilibus feras, scaphis per rapaces undas persequi & cogere in plagas. Tum gloriosum in conspectu Cæsaris cervum à fronte gladio, vel jaculo vulnerare: aprum venabulo excipere, vel plumbeam glandem tormento vel fistula ferrea per feræ pectus trajicere. Et voluptas erat superare montium juga, scopulis gradum inferre, nullius manu adiuvari, & à nemine sustineri. Nec volebat videri Carulus in his obeundis secundus. Erat etenim, ut dixi, laborum ultra fidem, & ætatem patiens: immo ultra vires, cupiens his laboribus firmare robur corporis. Quare sæpius etiam in Italiam postmodum pergens in itinere, relictis equis, comites pedibus anteibat, & incredibili celeritate fatigabat expeditus: in Alpibus prærupras rupes ocreatus ascendens: & in alta montium cacumina exercitii gratia evadens. His dictis juvenum Principum relaxationibus accedebant aliquando magnifici agones, sumptuosa spectacula, convivia splendida, choreæque non minus artificiosæ, quam vestium luxu, & formarum pulchritudine speciosæ. Atque id fortuitò plerumque natis occasionibus, cum videlicet magni Principes advenæ vel exciperentur, vel à Cæsare tractarentur. Insuper annuum celebrabatur naumachiæ ludicrum in Danuvio tertio Kal. Julias (ni fallor) divorum Petri & Pauli festivo die, planè jucundum, & incruentum, cum arcis ligneæ navibus impositæ imaginaria expugnatione per navicula-riorum & piscatorum Danuvianorum collegia & corpora. Ad hoc quidem eo die post prandium universa civitas sese portis effundebat in ripas. Cæsar etiam sereno cælo cum filiis, & aulico comitatu universo: nec minus Imperatrix Augusta cum illustrium matronarum & virginum cœtu, magna carpentorum & equitum pompa per urbem transvehi ad idem spectaculum solebant. Et dum humana popularitate sibi obvinciunt animos, gratum & ipsi interea civibus suis spectaculum vicissim exhibebant. Ludos tamen omnes ejus temporis exuperarunt celebritate magnificentia, & sumptibus Pannonicæ coronationis agones apparatissimè triduo facti anno Christianæ salutis ∞ D L X X I I. cum Rudolphus major natu Maximiliani Imper. ac Regis

Carulus laborũ patientissimus.

Palatina exercitia.

Naumachia solemnis in Danuvio.

Ludi Possonienses coronationis Pannonica. Rudolphus

Maximiliani II. Imper. F. Rex Hungariæ in locu patris factus. gis Hungariæ filius Possonii ab ordinibus ejus regni magno consensu & gaudio in locum patris inauguraretur VII. Kal. Octobris. Magnus eo populorum confluxus fuit, ingens hominum frequentia, vestitu, cultu, linguis ac moribus diversis conspicua. *Equestres copiæ.* Equestres Hungarorum ac Bohemorum copiæ instructissimæ spaciosissimis in campis ab utraque Danuvii ripa latissimè tendebant castrorum forma sub pellibus atque tentoriis: & *Peditatus Austriacus.* peditatus Austriacus cohortium circiter triginta ante urbis mœnia sub vexillis considebat. Tormenta bellica ratibus per Danuvium devecta sunt Vienna ad locum certaminis. Via militari, qua Budam Possonio pergitur ad primum ferè lapidem interfluvium & proximos colles in campo plano tignuariorum opera temporarius *Circus.* circus ad equestres decursiones extruitur amplissimus. Item *Harena.* harena septis ad pedestria prœlia committenda concluditur, *Arcus triumphales.* eriguntur arcus triumphales cum statuis. *Oppidum ligneum.* Oppidum ædificatur vallo, turribus & fossa munitum tantæ capacitatis, ut equitatum peditatumque justum defensionis caussa continere non solùm, sed etiam disponere in aciem, & porta prætoria effundere in prœlium posset. Tertio post coronationem die, cùm biduo Cęsar sororis filios Gulhelmum, & Ferdinandum Bavariæ duces aliosque Principes omnes, qui ad solemne coronationis festum venerant, magnificentissimis epulis tractasset, ludi cœperunt committi meridie. *Carulus Archidux Austriæ agonarches.* Agonarches autem (quem nunc provocatorem appellant) Archidux Carulus fuit Cæsaris frater germanus, atque novi Regis patruus, qui etiam cum selecto splendidoque nobilium comitatu advenerat. *Primus ludorum dies.* Primo quidem die, Principes ac nobiles certare volentes ex lege de ludis ante publicata personati cum suo quisque comitatu turmatim aulœdorum, & cytharœdorum choro præcedente cum musico concentu circum intrarunt: ubi caveam populiq; consessum ambientes agonothetis se præsentarunt, libelloq; tradito paucis versibus qua quisq; volebat lingua nomen, genus, caussam adventus, & scænæ, quam adducebant, rationem exprimentes, ut inter certaturos adscriberentur, petiere. *Lex de ludis publicata.* Lex etenim theatralis jubebat, ut primo die quisq; peregrino & histrionico vestitu personatus, ac ignotus nō sine cōcentu circū ingrederetur, & ludicrum novæ inventionis argumentum aliquod nō prius visum spectatorū oculis exhiberet. Splendidus ille dies

dies fuit pompis, magnificentia, sumptibusque immensis Principum & illustrium hominum ad agona descendentiũ; apparatu personarum, & equorum ornamentis, fictorumq; argumentorum variis inventionibus spectabilis & jucundus: quarum elegantissimæ præmium etiam erat propositum. Longum esset enarrare singula, ridiculos personarum mimos, peregrinos vestitus, militares apparatus sumptuosos, & phasmata personarum portentosa; aquilam ingentem ovo maximo incubantem, & equitem cataphractum in circo excludentem, qui mox ad annulum decursurus esset. Sufficiet præcipua quædam exposuisse, quæ memoratu digna videntur. Rex Rudolphus ut proceribus ac subditis suis se popularem ac benevolum exhiberet, cum fratre suo Ernesto Archiduce habitu atque armatura prorsus Pannonica ingenti cum tubarum clangore processit in campum, equitum illustrium turmas aliquot instructissimas secum trahens. Athilæ provinciarum domitoris victrices copias repræsentare videbantur armis, atque vestitu. Equorum nobilium colores, atque picturæ variæ; gemmis, auroque nitentes phaleræ. Martiorum hominum apparatus Scyticus, feri vultus, capita in verticem usque rasa: virgatæ tunicæ, thoraces, & loricæ bilices, trilicésve, clavis aureis, argenteisque distinctæ: Ithyræii arcus inaurati, & encausto picti: nec non onustæ sagittis pharetræ cocco, purpura, pellibusq; peregrinis ac raris tectæ & ornatæ: Lanceæ coloribus variis depictæ: item ex ferro fabricatæ clavæ, malleique ponderosi atq; inaurati, spectantium oculos satiare non poterant. Atque inter cætera generosæ nobilitatis militarisque virtutis insignia præeminebant expensæ aquilarum alæ ingentes vastis clypeis inhærentes vel auratis galeis impositæ: vetustum decus nobilis apud Hungaros familiæ, & præcipua fortitudinis bellicæ apud posteros insignia. Maxima enim his habentur victoriæ præmia, ac veluti laureæ quædam eximiæ pro singulis occisorum hostium capitibus ex acie relatis singulas aquilarum pennas accipere, atque eas crebris victoriis multiplicare. Gloriosum plurimas clypeis cassidibúsve affixas, aut è lanceis, hastilibúsve dependentes referre in prœlium: pulchrum est easdem per castra, atque urbes in capite gestare, immo etiam cute perforata temporib⁹ ac frõti propriæ infixas ostendere posse. Hic fuit regis Rudolphi triũphalis

Aquila fœtificans.

Rudolphi regis & Ernesti fratris Archiducis pompa.

Equitum Pannonicorum apparatus & armatura.

Aquilinarũ alarum pensarũve ornamenta in clypeis & galeis quid notent.

Insignia fortitudinis apud Pannones aut Hungaros aquilarũ penna.

Guilhelmi & Ferdinādi fratrum Bavariæ ducum pōpa.

Horæ per symbola expressæ.

Caroli Principis pompa equestris.

phalis in circum ingressus. At duo principes fratres Guilhelmus & Ferdinandus Bavariæ duces pedestrem instruxere pompam egregiam, Satyrorum, Nympharum, Paniscorum ac Silenorum, qui variis symbolis ac titulis quatuor anni stationes, quas Horas Græci appellarunt, Ver, Æstatem, Autumnum & Hiemem exprimebant. Ipsi Principes fratres splendidè personati Castoris ac Pollucis falsis nominibus tecti pompam, & aulœdorum cytharœdorumq; præcedentium turbam in ornatissimis equis subsequuti sunt. Princeps autem Carulus non inter extremos censeri volens, arctaque sanguinis, atque amicitiæ necessitudine sibi juncti, Regis solemnem diem honorare haud mediocriter cupiens, non sumptibus pepercit ullis, & aureorum quatuor milia in ludos, ac pompam equestrem expendere non detrectavit. Quam profecto pulcherrimam, atque magnificentissimam produxit in circum suæ ætati, ordini, nobilitatique quàm maximè congruam. Ex consilio namque Gimnici præfecti, & Coronæ Pighii sui ex Romanæ disciplinæ mysteriis antiquis sibi accommodatissimum argumentum desumpsit, nec inutile ad inflammandum juvenem principem ad virtutis amorem. Decretum, ut equitis Romani juvenis habitum ac arma, & Principis juventutis titulum acciperet, ad quem aspirare, jam ejus statui ac ætati conveniebat. in equestri etenim ordine apud Romanos libertate reipublicæ stante, Princeps juventutis is appellabatur, qui omnium judicio virtutum meritis, & imaginum splendore præcipuus, ac primus, maximæque spei & expectationis habebatur. Placuit item ex more Romano ipsum nuncupari, atque fictitium nomen Julii Clivimontii apud agonothetas inferre. Nec ineptè quidem, nimirum à tribus præcipuis paternæ ditionis provinciis appel atione nominis & cognominis mutuata: è quibus Juliam, à Cæsare Julio sic vocatam esse, provinciales ferunt. Additur comitatus Principi juventutis dignitate conspicuus, & paucitate frugalis: deorum videlicet selectæ personæ sex, ex eorum classe, quos medioximos Apulejus ex pontificum libris appellat: nempe, Virtus, Honos, Eubulus, Hypsetastes, Castor & Pollux: quorum hi Σωτῆρες Græcis dicuntur, & hominum curare vitam putantur: ut horum nimirum auspiciis duci; resque gerere Princeps videretur: Eubulum & Hypsetasten ipse

Princeps iuventutis.

Julius Clivimontius.

Principis iuventutis comitatus & sodalitium.

Eubulus &

sequeretur,

ſequeretur, veluti heroes benè conſultos, & ſublimia affectantes. Hi verò Honorem & Virtutem antecesſores haberent, individua, ut Romani opinabantur, ac humanæ vitæ ſalutaria & proſpera numina; quæ conſilii cura, magnanimitatisque auxilio quilibet bonus Princeps præclarus eſſe cupiens, ſibi conciliare debet. Horum ductu in certamen prodiret, ponè ſequerentur, & agmen à tergo clauderent Caſtor & Pollux, dii ſervatores ac tutelares nobiliſſimi ordinis equeſtris apud Romanos: Victoriæ, atque ſimul pacis, concordiæ, & amoris mutui pulcherrima ſymbola. Nec tutior ulla magnis viris eſt cuſtodia, quàm animorum conjunctio, & συμπάθεια; quàm concordiæ & amoris ſequela. Tibicinum deinde, fidicinumque chorus excellens adjungitur larvis ac veſtitu hiſtrionico peregrino placentium: qui modulato gradu præcedentes pompam, muſico novi generis variorum inſtrumentorum concentu artificioſo circum intrantibus viam aperirent, & populum ad ſe converterent. Adornantur perſonæ deorum more Romano, pro cujusque natura & qualitate quàm magnificentiſſimè. Veſtis enim omnium, & apparatus equorum univerſus ex aurea vel argentea, aut bombycina tela fuit. Accommodatusque eſt unicuique perſonæ ex ſculpturis ac nummis antiquis tam eleganter ſuus habitus, coloribus, ſymbolis, & clypeorum emblematibus propriis diſtinctus: ut facilè ex his cognoſci quæque potuerit, & totius ſcænæ hiſtoria, & ratio ex parergis ornamentisque ſuis intelligi. Nihil enim in omni illa ſupellectile ferè fuit, quod non tacitè quippiam loqueretur, & perſonę ſuæ conditionem nō exprimeret: nihil ferè, quod non doceret intuentem. Veluti adhuc inſtrumentum omne, ac ſyntheſis veſtimentorū cuncta propter elegantiam conſervata, & Clivos è Pannoniis devecta teſtari poterit. Sed nolo diutius evagari in hujus pompæ deſcriptionē, quandoquidem Corona Pighius illam graphicè ſuis coloribus depinxerit, & ſymbola veſtium, clypeorumque hieroglyphica diligenter explicarit Caruli principis juſſu. Qui ſumptuum in ludis factorum non frivolas rationes patri ſuo adſerri, atque etiam multorum procerum, & eruditione ingenioque præditorum hominum deſideriis ſatisfieri volebat, petentium ſibi communicari deſcriptionē illam, quæ in diverſorum principum aulis mox divulgata

Hypſetaſtes *Honos & Virtus.* *Caſtor & Pollux.* *Tibicinum & fidicinū chorus.* *Perſonarū apparatus & accommodatio.*

 fuit.

fuit. Quia verò non parum ad institutionem adoléscentis cujusq; principis conducere videtur.nos eandem doctorum, elegantiumque ingeniorum in gratiam, in calce hujus nostræ narrationis etiam subnectemus, rem gratam his in hoc facturos existimantes. Sed ut ludos istos jam semel expediamus:

Transuectio equestris Caruli.

Carulus primo die Principis juventutis habitu militari personatus cum comitatu suo per catadromum equo splendidè phalerato transvectus est, & brabium meruit. Secundo die inter agonistas hoplomachus in harena pedestri duello hastarum concursu, & gladiorum pugna confixit, atque præmium rettulit.

Duellum pedestre.

Oppidi expugnatio.

Tertio die est edita expugnatio, atque direptio oppidi ad imaginem bellicam; in qua armatus cum fratre regis Ernesto Germanorum equitum turmas duxit. Coronationis diebus festivis peractis, Cæsar & ejus filius Rudolphus rex Possoni comitia habuere, & cum proceribus de regni statu per aliquot dies consultaverunt. Cùm deinde Cæsar discessum pararet, & cum Augusta, liberis, universoque comitatu aulico Viennam redire vellet; Carulus Princeps admodum cupidus visendi vicinos Turciæ fines, atque limites Hungariæ: constituit in discessu Cæsaris Danuvio imposita præsidia, oppidorum atque castrorum munitiones perlustrare: quo militarē in iis locis disciplinam,ac vitam cognosceret. Itaque petita à Cæsare licē-tia VI. Kal. Novembris. eò profectus est cum parvo comitatu, & quadrigis octo Pannonicis.

Profectio Caruli ad limites Hũgariæ.

Acco Salmonius Comes.

Acco Salmonius Comes, cujus erat ea provincia, præmissis literis, præsidiariorum præfectis omnibus mandavit, uti Cæsaris ex sorore natum Principem honorificè exciperent, armamentaria, & granaria aperirent, omnem apparatum, annonam, ac provisionem bellicam explicarent: p muros, aggeres, castella, turres, ac propugnacula ducerent: vigilias, ordines, disciplinam, legesque militares docerent, omniaque visu digna monstrarent. Javeram præterea ad suos scribit uti principem cum omni comitatu in prætorio exciperent hospitio, & liberaliter immunem ab omni sumptu tractarent. Primo itineris die vitam castrensem cœpit experiri in insula Danuviana Comariensi, quæ patet in longum milia Germanica duodecim, in latum VII. cum aurigæ sub noctem aberrarent à designato hospitio, & per vastos solitudine campos, intempesta nocte, nullo Lunæ splēdore, vel cœli sereni adminiculo adiuti

Comariensis insula in Danuvio.

Error nocturnus.

adjuti veherentur. Suadebat atra nox in campis sistere currus, & sub amplo pluviosi cæli tentorio pernoctare, atque summo diluculo vigilantioribus votis auroram salutare. Visum tamen per densas tenebras candelæ procul resplendentis lumen docuit, non adeò longinquè tecta vel domos abesse. Jussi aurigæ pedibus ac baculis pervestigare viam, ac rotarum semitas eò tendentes, atque versus visum lumen cursum dirigere. Media ferè nocte perveniunt ad pagum obscurum, excipiturque Carulus in angusto tugurio, transegitque noctem illam insomnem militariter, cænavitque non recta, sed ad dimensum: atque Curii, Fabriciique exemplo rapas ante focum cum suis animi gratia coxit. Accidit eadem nocte ridiculum quid. Dum enim in conclavi exiguo pueri culcitram sternunt, in qua parumper princeps quiesceret: anus admodum decrepita, nigra, rugosa, centum vix minus annorum, ex angulo obscuro nuda cœpit exurgere: quæ veluti spectrum quoddam è sepulchro prodiens pueros terruit, ut aufugerint. Quod cum pincipi Carulo nunciaretur, & omnes ad visendum concurrerent: Gimnicus dixit, ipsum hoc inter alia scitu digna scribere, patri debere, quàm bellam amasiam juxta lectum ibi media nocte repperisset. Risit affatim, & ad spectaculum venit Cùm eam vidisset, Bene, inquit, habet, non esse Briseida, quæ magnum enervavit Achillem. Non est igitur quod reges rivales metuere cogar. Postridie eadem qua venerant via ferè per quinque milia passuum regressi, prandium sumpserunt, ubi pridie cænare debuerant: & eodē die Comarium ante noctē tempestivè pervenere. Oppidum est exiguum, Turcicis populationibus sæpè vastatum: nunc tamen castro munitissimo nobile: quod Ferdinandus I. Imperator eò loci magnis sumptibus extruxit ad vicinæ regionis tutelam adversus barbarorum incursiones, posuitq; in angulo extremo Danuvianæ insulæ, veluti in navis cujusdam magnæ puppi, ubi duo fluminis rami denuo confluunt, & utramq; ripam stringentes in formam mucronis exacuunt. Hos ramos fossa ductitia lata, profundaque jungit, & à fronte castrum ab oppido separat, quæ ponte sublicio, versatilique transitur. Quo fit, ut forma castri sit triangularis, sed tanquam jacentis in solo pyramidis. Cujus ut cacumen fastigiatum longitudine superat duos inferiores angulos; ita etiam è tribus propugnaculis,

M. Curius Dentatus C. Fabricius Luscinus abstinentia præclari Principes.

Comarii descriptio.

Castri situs & descriptio.

gnaculis, quibus vndique castrum munitur, unum illud ad confluentes ramos inimicas terras respiciens altitudine sublimius, veluti quoddam per se castellum extenditur in medio flumine, & amplitudine superat alia duo, quæ in reliquis duobus angulis oppidi latera tutantur. Ejus castri custodia Germanis militibus est commissa, qui perpetuo præsidio illud obtinent: nec quispiam exterus facilè admittitur, ne vel ad visendum. Oppidum incolunt cohortes aliquot Pannonum, & vicinam ex omni parte regionem ab hostium incursionibus defendunt. Horum præfectus cum aliquot equitibus extra portas obviam progressus principem Carulum humanissimè exceptum per stationes militares introduxit ad prætorii hospitium. Volitabant in pilis & hastilibus aquilarum pennæ. Sed ferum ac Martium apparebat; certiere extantia passim in vallis & aggeribus crebra cæsorum hostium capita tabe plena, sudibus infixa. Mox ut è quadrigis descenderat visendarum munitionum cupidus, oppidum ac fluminis ramos utrosq; & in his celoces exploratorias actuariasq; naves ad excursiones per amnem faciendas Carulus præfecto comite perlustravit. Aliquot centurionibus stipatus, & magna prosequente sonipedum Hungarorum caterva, qui caligularum ex aluta soleis ferratis gradiuntur omnes, extremis pedum digitis dumtaxat terram calcantes. Transiturus deinde in castrum, comitatu Hungarorum dimisso, præfectum eorum ad cœnam invitavit & uti ex centurionibus, signiferis, primipilisq;, quos sibi videretur, adduceret, jussit. Occurrit mox ultra pontem cum satellitio præfectus arcis, & Principi gratulatur adventum: quæ in mandatis habeat, exponit, omniaque præsentat obsequia. Acceptus cum comitatu suo in arcem Carulus, perlustrat singulatim, & diligenter muros, aggeres, fornices, spissitudine & mole stupendos: latissima & vasta propugnacula ab omni parte defensoria, tormentis æneis maximis ad hostes longè globis ferreis propulsandos instructa. Vidit armamentarium cum machinis, jaculis, bombardis, telis, & omni apparatu bellico. Item granaria & commeatum necessarium, tuguria & casulas militum: didicitque à præfecto excubiarum leges, disciplinam in præsidio servandam, & singula cognitu digna diligenter indagavit. Occidente sole reversus in hospitium, convivas suos castrensi cæna

Carulus oppidum & castrum Comariense perlustrat.

Hungarus sonipes.

& cæna refecit hilariter, utque sequenti mane secum etiam prandere vellent, à discedentibus, cæna peracta petiit. Postridie præfectos atq; præsidii nobilitatem præcipuam mensæ suæ adhibuit, finitoq; maturè prandio, valedictis omnibus, Javeram versus, Danubio ad sinistram relicto, proficiscitur. Nihil occurit in eo itinere, nisi visu triste, atq; dolendum homini Christiano. Totus enim ille Pannonicus limitus tractus Turcica rabie devastatus est. Agri ubique cernuntur inculti, monasteriorum & ædium sacrarum ruinæ frequentes, pagi desolati, & vici per campos rari, & exigui, in quibus vix aliud reperias, quam pastorum ac miserorum rusticorum quædam tuguria. Javeram appulit hora post meridiem tertia Princeps Carulus: gratum mox ejus adventum testatur ea civitas è propugnaculis ingenti æneorum tormentorum applausu. Jacet in barbarico ad sinistram defluentis Danubii ripam, extensa ad dextrum latus, amnis ibi Danubium influentis, cui nomen à nigredine Corvus est: à quo etiam nunc vulgò idiomate Germanico urbem ipsam Raeb vel Raeff nuncupant. Episcopatu est insignis, & mercatura, negocitationibusq; pro temporum statu non infrequens, ob situs oportunitatem. Natura etenim loci urbs valde firma est, paludibus, Corvo, ac Danubio magna ex parte cincta. Castri reliquiæ antiquæ, & cippi sepulchrales cum sculpturis, & imaginibus togatis templi parietibus inserti, demonstrant urbis vetustatem; & Romanorum olim eò loci fuisse hiberna. Nostro sæculo eandem Divi Cæsaris Augusti Ferdinandus, & Maximilianus Imperatores muris ingentibus, fossis ac propugnaculis amplissimis adeò munierunt, ut nunc videatur inexpugnabilis. Quapropter duo valida semper illam obtinent præsidia, Hungarorum videlicet equitum, & Germanorum peditum, quæ perpetuis eam excubiis ac stationibus adversus Turcarum insultus, insidiasq; tutantur. Stabant in ripa parati pontones quibus Danuvium Carulus Princeps cum suo comitatu atque impedimentis trajiceret; appellentiq; in ripam adversam, tormentorum æneorum cum magno tonitru more bellico fit applausus. Erant in armis ante portas præsidiarii milites, præfecti urbis, atq; præsidii, necnon magistratus cum præcipua nobilitate: qui obviam venientes, adventum gratulantur. Ipse autem, ne reliquum diei perderet, petiit,

Javet descripto.

Corvus fluvius Raeb.

Honores, lætæ Carulo exhibiti.

petiit, uti mox ad opera visenda circumduceretur. Promptè satisfactum ejus desiderio, & confestim accitis, equis, quibus vehi ipse familiaresque, si videretur, possent, circumire cœpit muros, & aggeres; perlustrare fossas ac propugnacula amplissima ab architectis peritissimis elaborata. Recognovit tormenta, machinasq; bellicas depulsorias, & penetravit per meatus concameratos sub aggeribus, è quibus fossæ defendi, & propugnaculis laborantibus dari auxilia possunt. Egressus deinde portas, consideravit propugnaculorum atque mœniorum structuram, fossarumque latitudinem atq; profunditatem: cunctarum rerum caussas & rationes diligenter indagãs. Post occasum itaq; solis, nocte jam subobscura, in prætorium deductus est ad præparatum hospitium, ubi sumptibus Salmonii comitis cum tota cohorte sua magnificè excipitur epulis tam rerum varietate, & copia splendidis, quàm comvivarum exquisito delectu Principe dignis. Aderant enim in ejus mensa, semper præfecti, centuriones, & viri experientia militari insignes. Postridie mane vidit armamentarium, & granaria: in turrim altam ascendit; ex qua situm urbis, Danubii cursum, circumjectæq; regionis tractum ac oppida contemplaretur, Sumpto deinde prandio, cùm nihil visu dignum amplius occurreret, iter reflectere, atq; redire Viennã versus incœpit. Præfectus præsidii cum nobilitate Principem Carulum deduxit, & vexillationem unam equitum Hungarorum per suspectas ac malefidas regiones comitari eundẽ jussit ad duo circiter miliaria. Quibus postea dimissis, tridui itinere per mediterranea, via militari, Carnunti ruinas à dextris relinquens, Viennam properavit, uti Kal. Novembribus omnium divorum festo sacris in Palatio interesset. Regi autem novo, & fratribus ejus Archiducibus admodum gratus fuit jucundi sodalis reditus, cum quibus amantissimè semper vixit, ob morum facilitatem omnibus ordinibus juxtà charus. Nam ab initio mutua cum aulicis officia familiarissimè exercuit; adeuntium cuivis dexteram offerens placidè: & summa comitate quemlibet ad colloquium admittens, omni genere popularitatis hominum animos sibi valde conciliabat, ut erat natura benignus. Quod palam demonstravit ludis Pannonicis, die secundo certaturus duello clypei sui symbolo: cujus umbonem humana corda flammulas aure-as eve-

Viennã Carulus revertitur.

Transgressio ad us mores.

Symbolum

as evomentia, testudinis militaris ad imaginem continuata crate reticulatum inter se connexa tegebant, cui circumscriptum erat ipsius elogium tale: AMOR. OPTIMA. CUSTODIA. Prudenter admodum existimans, subditorum civium connexos concordes, Principiq; suo benevolos animos clypeum, ac custodiam esse tutissimam, fidissimumq; satellitium. Malus etenim diuturni Imperii aut regni custos metus exlex, aut rigor nimius tyrannidi semper proximus. Exempla sunt vbique in promptu, si veterum annales revolvas: nec minus nostra, patrumq; memoria sunt obvia nimium frequenti turba: si Italiam, Gallias, Germaniam, Brittanniam, Hispaniasq; respicias. Multos invenies qui regnis non solum, sed & vita simul excidere. Quid etenim memorem Eduardos, Richardos, Christiernos, aliosque vicinos plurimos: quibus salubre illud Solonis consilium infeliciter admodum displicuit: cujus sententia hæc est: *Caroli.* *Malus Imperii custos metus.* *Moderationis in gubernaculo virtus.*

Vt populum imperio Princeps tutissimo ducat,
Non nimium laxis, aut strictis regat habenis.

Quem cùm ex Plutarcho disceret Carulus, profectó non minoris, inquit, hoc artis ac laudis erit, quàm Alexandri Bucephalum equitare. Quod ejus dictum Pighio mirificè placuit. Ceterùm ipse proclivis admodum erat ad humanitatem & concordiam: Ideoque nec simultates, aut graves iras unquam fovit. Interim studium & fides erga amicos, clientes, ac famulos adeò non defuit: ut obnixè semper eorum res, fortunasque promoverit. Nec etiam defuisset heroica liberalitas, si per ætatem maturiorem ipse cum judicio dispensare suas opes potuisset. Tam veró munificus in egenos & pauperes fuit, ut à ministris frequentissimè mutuò clanculum acceperit pecunias, quas inscio præfecto suo, scholaribus vesperi post cænam ostiatim mendicantibus è fenestris obijceret chartularum thecis involutas. Coluit autẽ suos parentes obsequio & observantia singulari, & erga proximos sibi sanguine fuit, amor illi eximius, præsertim erga fratrem, quem habebat unicum Joannem Guilhelmum septennio natu minorem, & à teneris unguiculis cum ipso nutritum, Multis indiciis hoc animadversum peregrinatione tota, atq; etiam in extremo mortis. Nam vix consolari tum potuit, quod mœrorem summum parentibus relicturus, & horum expectationi nunquam satisfacturus esset. Fratri quidem *Caruli pulchrũ dictũ.* *Humanitas Caruli.* *Liberalitas ac munificentia.* *Pietas in parentes & proximos.* *Fraternus amor.*

quidem scribebat quàm sæpissimè, & vix unquam patiebatur literas suas ipsum adire solas: sine exotici, elegantis, ac Principe digni muneris auctario; se non verbis solùm sed re ipsa quoque benevolentiam fraternam testari velle dictitans. Ludis item Pannonicis Pompæ suæ equestri Castoris & Pollucis personas tanquam fraterni amoris peculiare symbolum quoddam adjunxerat, ut etiam agonothetis in libello suo testatus est, ita,

Castor & Pollux.

Iam fulgidi candore terga claudite
Gemelle Castor, & gemelle Castoris,
Sacerrimi, atque amabiles pulli Iovis,
Amor perennis mutuus: vos sidera
Dubiis secunda rebus usque. Pignora
Fraterni amoris ampliora reddite.
Vestra nunc. eia, candidatum Principem
Virtute Honoris, ad trophaa ducite.

Hoc idem in castrorum clypeis pulcherrimæ declararunt emblemata cum tali elogio.

Sitq; fides sancta, & fratrum concordia felix.

Io. Guilhelmi in fratrē pietas.

Nec defecit fratris sui Jo. Guilhelmi amor mutuus non minoris affectus: qui in discessu, & absentia Caroli semper elucebat apertè. Verùm multò liquidius summum ejus amorem demum ostendebant præoccupatus perpetua tristitia per plures dies sine evidenti caussa ejus animus ante nuncium fraternæ mortis, insolitaque taciturnitas, cujus rationem ipse reddere nequibat. Postea crebræ & spontaneæ ad memoriam mortui lachrumæ. Tum in mensa patre præsente turgentes oculi, suspiriaque tristia, cùm primùm Coronam Pighium reversum ex Italia solùm videret; aliaque plurima signa in ipso sunt animadversa, quibus mortui fratris summum desiderium declaravit. Prudens, " non puerile dictum ejus tunc auditum est. Si Deo sic visum " fuisset, maluissem (inquit) in cœlibatu, & ecclesiastica vita " religioni, fratrique gubernaturo subservire: quàm per ejus " mortem cum orbitatis damno, ac dolore solus gubernacu" la adipisci. Sed ut ad Carulum redeamus, is in aula Cæsaris hac qua narravimus vitæ ratione per biennium florenter adolevit, usus ferè semper valetudine non incommoda. Tertio tamen anno, mense Februario, laboravit viginti

fere diebus exanthematum morbo, quo sequenti anno Romæ eodem mense decessit. Neque tum quidem ritè satis naturæ beneficio, vel medicamentis profunda corporis expurgata fuisse videntur: cum idem ille morbus anno sequenti multo violentior, eodemque tempore redierit. Ceterùm ut ætate fiebat indies maturior, ita & assidua maximorum Principum atque illustrium hominum conversatione haud mediocriter proficiebat, ut erat ad omnem virtutem habilis: nisi quod exercitationibus magis deditus esset, quam vires corporis ferebant. Vidit autem in illo triennii spacio, quod, duobus mensibus exceptis, in aula Cæsaris transegit, potentissimos & præcipuos plerosque Christiani orbis Principes, familiarique etiam consuetudine nonnullos sibi devinxit. Atque imprimis duos avunculos, Carulum, ac Ferdinandum Archiduces Austriæ, Cæsaris Maximiliani fratres germanos: Alphonsum Ferrariæ ducem, suum affinem. Atque non minus raro, quàm oportuno casu contigit, quòd non diu ante discessum suum in eadem aula viderit Christianissimum Galliarum atque Poloniæ regem Henricum III. cùm ille Carulo IX. fratre defuncto, vocatus ab Ordinibus ad regni successionem, relicta Polonia, per Cæsaris ditiones cum parvo comitatu pergeret in Italiam, ut per Cisalpinam in Allobroges, atque suam inde Galliam remearet. Inopinatus tanti Principis adventus Maximiliano Cæsari nunciatur serius, cum vix bidui itinere abesset Vienna. Fit igitur mox apparatus in aula hospiti magno non indignus. Et cùm jam antea diu Cæsar majoris natu filios suos, Rudolphum regem, & Ernestum Archiducem misisse in Bohemiam ad habenda Principum comitia, & ejus regni res cum Ordinibus constituendas: duos minores, Mathiam & Maximilianum, cum œconomo & magna nobilitate confestim regi misit obviam, qui eum deducerent, & tractarent. Ipse postridie cum aulico comitatu universo volens occurrere, cum neminem filiorum apud se haberet, Carulum Principem sororis filium in eodē carpento sibi comitem adjunxit, & ultra Danuvii pontes magna quadrigarum, equorumque pompa perrexit, ubi secundo ferè ab urbe lapide regem advenientem excepit quàm humanissimè, adscitumque sibi à sinistris suo in carpento revexit ad urbem & in Palatiū. Imperatrix Augusta cum matronarum virginū illustrium

Caruli ægritudo.

Incremēta virtutum.

Quandiu in aula Cæsaris manserit, quibus cum Principibus familiarem amicitiam contraxerit.

Carulus & Ferdinādus fratres Archiduces Austriæ.

Alphonsus Ferrariæ dux.

Henricus Valesius III Galliarum atque Poloniæ rex Viennam venit.

Vt a Cæsarē exceptus.

strum agmine in atrio primò occurrens, Regi blandè comiterque felicem gratulatur adventum. Cæsar deinde regem in cubiculum usque comitatur, licet pedibus æger gestatoria in sella vectus; mandatque suis, ut in omnibus regi suæq; cohorti serviant, nihil deesse sinant, cuncta splendide regalique magnificentia administrent. Carulum verò Principem rex à Cæsare intelligens sororis esse suæ atq; Guilhelmi Ducis Cliviæ filium, blandè denuò salutavit, affatusque familiariter ac amicè, petiit, ut parentis ac majorum vestigia insecutus, amicitiam quam illi cum Galliarum regibus ac domo Valesia semper habuissent, foveret & conservaret. Ex peregrinatione domum rediturus, per Gallias iter faceret, ejus item regionis pulcherrimas urbes perlustraret, se reginamque matrem suam inviseret: intellecturum ipsum multos in eo regno Principes esse, qui parentis, atque ipsius, familiæque Cliviæ benevolentiam amicitiamque cuperent. Carulus summa, qua decuit, reverentia, regi gratias agens, clientelam, observantiamque parentum, ac suam liberaliter eidem præsentavit: atque in reditu ex Italia suo (si temporum status ita ferat) regiæ voluntati se pariturum lubenter esse, respondit. Cùm verò quatriduum rex Henricus familiari & amica in conversatione Cæsaris transegisset; iter susceptum persequi cupiens, gratiis actis, acceptaque licentia, discessit pridie Kal. Julias, rectà profecturus in Carnos, ut ex itinere Cæsaris quoque fratrem Carulum Archiducem salutaret, atque deinde per Forum Julii pergeret in Venetos & Italiam. Comitantur regem, Cæsaris jussu, duo ejus filii; & Carulus Princeps cum nobilitate Palatina, & magna curruum frequentia (ut eorum in iis regionibus est usus frequens) ipsum ad quartum miliare prosequuti sunt. Tum amanter à rege dimissi, cui faustum iter, omniaque læta eidem precati ante noctem revertuntur Viennam. Jam paulò antè advenerant è Bohemia Rudolphus rex Hungariæ, & ejus frater Ernestus Archidux: quibus valde molestum fuit, tardiore adventu occasionem ipsis ereptam esse videndi atque salutandi maximum regem. Mox igitur, patre Cæsare non improbante, rursus ad iter accinguntur, & Carulo principe, qui vix è curru descenderat, comite sumpto, regem citis quadrigis nocturno itinere subsecuti sunt: Nec quievere, priusquam ab regis hospitio

Regis cum Carulo principe colloquium.

Rudolphus Hungariæ rex & Ernestus Archidux Galliarum regem insequuntur.

spicio sequenti mane, autora vix apparente non procul abessent. Gratam admodum regi fuisse juvenum principum diligentiam constat: qui inexpectatos omnibus mirabundus excepit humanissimè: excusationes eorum omnes & supervacanea officia deprecatus, ad Missæ sacrificium ducit secum, adhibetque deinde prandio. Et suavi aliquandiu conversatione recreatus, cùm jam instaret hora profectionis, amantissimè illos dimisit, cum mandatis, uti Cæsari patri omnia suo nomine offerrent, fausta & felicia cuncta precarentur. Æstas igitur illa præclara & commoda Carulo principi fuit ad cognoscendum Gallicæ juventutis præcipuam nobilitatem & ad ineundam primæ classis principum multorum amicitiam, quos vel rex ipse secum trahebat, vel prius in Polonia dimissi, eadem via pet Cæsaris aulam redibant in Gallias. Inter quos fuere Duces præcipui Noviodunius; Niversius, atque Menesius Ducis Guisiæ frater, Marchio Bovius. atque alii, diversi. E ptincipibus autem Germaniæ plærosque præcipuos etiam prioribus annis vidit, & imprimis è Saxoniæ Ducibus Electorem Augustum cum vxore, & antea suum amitinum Joannem Guilhelmum. cum illo quidem Cæsareo convivio est adhibitus; hunc verò cum sua, & fratris sui vxore cæna magnifica in hortis suburbanis excepit. nec secus Pomeraniæ Ducem, aliosque magnos principes exteros omnes, qui negociorum caussa ad Cæsarem commeabant. Vidit etiam in eadē aula barbarorum peramplas sæpè legationes, ut Selimi Turcarū Imperatoris, ut magni Ducis Roxolanorum, vel Moscovitarum, & cum audirentur à Cæsare, cum ipsius filiis interfuit concilio. Hæc igitur illi ad morum varietatem cognoscendam, stabiliendumq; judicium haud mediocriter profuere: sed plurimum attulit momenti ad magnitudinem animi, lcvioresque lubricæ ætatis mores valde castigavit frequens conversatio cum oratoribus maximorum Principum Italiæ Hispaniæque: ut pote, Joannis Delphini Internuncii summi Pontificis: item Francisci Hurtadi Comitis Montis Acuti, & Petri Fagiardi Marchionis Velesii, oratorum Philippi Hispaniarum regis, nec non N. oratoris Venetæ reipublicæ. Qui viri tum in aula ingenii, prudentiæ, eruditionis, virtutumque eximiarum fama non minus, quàm nobilitatis decore illustres resplendebant: adeoque Apulejano elogio

Qui Galliarum Principes Viennam venerint.

Quos Germaniæ principes in aula Cæsaris Carulus viderit.

Legationes barbarorū principum.

Quorumnā consuetudo & familiaritas Carulo profuerit.

digni prorſus cenſebantur: ut inter doctos nobiliſſimi, ac inter nobiles doctiſſimi & inter omnes modeſtiſſimi humaniſſimique haberentur. Aptiores porrò ſpiritus ad virtutem capeſſendam Carulo item excitabat, oblivionemq; ſui officii detergebat aſſidua conſuetudo cum ſenatus principibus, imperiiq; miniſtris, qui ſummo apud Cęſarem ſint loco & quos non parum idcirco reverebatur. E quibus præcipuos nominare ſufficiet, Joannem videlicet Trautzenium, magnum ſacri Palatii magiſtrum: Uradislaum Berenſtainium, equitem aurei velleris, & ſupremum regni Bohemici Cancellarium: Adamum Deitrichſtainium Baronem, Principem nobilium cubiculariorũ Cæſaris, & præfectum aulæ Regis Hungariæ: Philippum Vinemberbium Baronem, atque ſenatus Palatini principem: Wolfangum Rumpfium, ſupremum nobilium cubiculariorum regis Hungariæ: Augerium Busbecanum, Mathiæ ac Maximiliani Archiducum juniorum gubernatorem: Juriſconſultos inſignes Sigiſmundum Videjerum, Vicecancellarium Imperii: Andream Gailium, & Joannem Heggenmyllerũ ſenatores. Pręter hos ut ſumma nobilitate, ſic non minus omni virtutum genere cumulatiſſimos viros noverat etiam uſu familiari pleroſque literarum ſcientia præclaros, & ſcriptis editis orbi celebres, ut Georgium Ederum, doctorem, Cæſari à conſiliis, Julium Alexandrinum, Nicolaum Bieſium & Andream Camutium Cæſaris medicos, Carulum Cluſium phyſicum, Joannem Sambucum hiſtoricum, Bartholomeum Reiſachetum mathematicum, ac Jacobum Stradam antiquarium. Cùm hac vitæ ratione tertium annum in aula Cæſaris Carulus princeps tranſigeret, & ætatis annum vigeſimum attingeret, ex S. C. quod ante quadriennium ex auctoritate patris erat factũ, parari procinctus cœpit ad iter, ut Carulus in Italiam proficiſceretur, viſitaret affinitate ſibi junctos Principes, celebriores urbes perluſtraret, ac deinde per Gallias domum rediret. Diſponuntur igitur oportunis in urbibus per Italiam pecuniæ, augetur nobilium cohors, familia ferè duplicatur, atque veſtitur, comparantur equi, & currus ad impedimenta ferenda. Remunerantur etiam interea aulicorum præcipui quique, qui ſingularem operam aliquam in adoleſcente Principe formando poſuiſſent. Donantur ex auro puro cathenæ, torques, annuli, numiſmata, gemmę, aliaq;

Apparatus profectionis Italicæ.

Officiorum remuneratio.

aliaque apophoreta rara, & preciosa. Denique fit omnium rerum apparatus tanto Principe dignus, cum ea diligentia, ut circa Kal. Julias iter aggredi, & ab aula discedere posset. Mense Junio appulerunt patris ad Cæsarem literæ, quibus immensum gratias egit, quòd filium suum tanto tempore, non inter ministros, sed filii ferè loco in aula habuisset. Se igitur paratum esse, quibuscunque posset obsequiis, vicissim, cùm sese offerret occasio, animi sui gratitudinem testificari. Instare jam tempus, uti Carulus suus reliquum constitutæ peregrinationis per Italiam conficiat, atque domum inde porrò redeat. Igitur se petere quàm humillime, ut filium dimittat; utque bona cum ipsius gratia discedere eidem liceat. Carulo insuper filio scribit, ut quanta posset cum humilitate ac reverentia Cæsari, & Augustæ, Regi, Archiducibusque pro præstitis beneficiis gratias ageret; ab his licentiam discedendi peteret: vitam, moresq; suos ea cura diligentiaque tam probè in ista peregrinatione institueret; ut patriæ, provinciisque suis Princeps salutaris, paternæ senectuti subsidium commodum ac tutum, reversus esse possit. Præsentavit ex mandato patris Cæsari literas, postridiequàm eas accepisset Gimnicus œconomus, ante prandium ex more cum Carulo principe ad aulam veniens. Quibus lectis, Cæsar sibi quidem, ac multò magis suis filiis molestum fore Caruli discessum dixit, cum quibus familiariter ac fraternè tanto tempore vixisset: nolle se tamen patris voluntati obsistere, quandoquidem semel discedere debeat. viderent igitur ipsi, quandonam proficisci vellent; se moram non injecturum. Hoc responso læti domum reversi sunt. Sed non admodum diu mansit in illa sententia Cæsar. Mox etenim eodem die post meridiem vocari ad se Gimnicum jubet, se jam aliter de sororis suæ filio Carulo deliberasse significat, nec maturari ejus discessum debere, grassari in Alpibus pestem, & annonæ caritatem in Italia magnam esse. Sibi ergo videri consultius, uti adhuc per annum, atque alterum Carulus in filiorum suorum contubernio maneat, se velle ipsum ducere ad Bohemicam filii sui coronationem, & ad Imperii comitia brevi indicenda. Cùm verò deliberatam jam antea diu de hac profectione patris voluntatem Gimnicus objiceret, & apparatus magnis sumptibus factos, auctam familiam, emptos equos, vix superesse menstruam

Guilhelmi Ducis ad Cæsarem literæ.

Eiusdem ad filium Carulum literæ.

Cæsaris responsum.

Eius sententia mutata.

penus domestici provisionem, ideoque non sine parva jactura mutari consilium, ac profectionem prolongari, abjicive posse: respondit Cæsar, nullam aut minimam fore jacturã, equos, apparatumque superfluum sine magno detrimento venumdari posse, penum augeri: sibi curæ futurum ut patri satisfieret, eamque ob caussam extemplo se expediturum literas, patrique scripturum disertè, sibi videri consultius, ut Carulus aliquantò diutiùs filiorũ suorũ in consortio maneat. Non cogitandum igitur esse de discessu, priusquam responsum à patre redeat. Ex Cæsaris igitur hoc mandato suspendi debebat desiderata profectio. Expediuntur postridie ad patrem literæ per equos dispositos. Nec defuit Gimnicus, quin etiam ipse diligenter, de statu rerum omni, de commodo vel incommodo hujus interjectæ moræ patri ac præcipuis ex consilio scriberet. Dux verò Guilhelm⁹ acceptis Cęsaris literis, rerum suarum statum atque circumstantias diligenti examine pensitavit, hærens aliquandiu dubius: vicit nihilominus tãdem post varias disceptationes prior illa sententia, in quam S. C. de peregrinatione, ac visenda Italia pro Carulo quondam factum erat: decrevitque pater non mutare consilium illud, Cæsarique literis suis in hanc fere sententiam respondit: Si ita valetudo, res familiaris, provinciarumque status ferret: non fore quippiam sibi gratius aut jucundius, quàm ut filius suus Carulus majore annorũ spacio in honoratissimo suæ majestatis, filiorumq; suorum ministerio maturesceret. Non enim adolescentem Principem res auspicari in augustiore templo, non ejus juventutem in fertiliore solo felicius efflorescere posse. Sed vota sua impediri variis rerum obstaculis. Ætate se jam ingruente premi, ac senio debilem fieri: difficilem ac perpetuò afflictam valetudinem suam omnibus esse notam. Flagrare interea continuis bellis civilibus Gallias universas, Bataviam, vicinasque Regis Hispaniarum provincias omnes sursum, deorsumque seditionum tempestatibus jactari: & ex proximo vastoque incendio pericula ac damna non contemnenda suis etiam sæpè provinciis inferri. Flagitare igitur rempublicam Principis suis vigilantiam summam, & labores inexhaustos; eosque majores, quàm vel ætas, aut valetudo sua sufferre semper posset. Has ob caussas se optasse jàmdiu Carulo eos annos, eamq; maturitatem, ut posset quantocitius adsue-

Cæsar patri Guilhelmo Duci scribit de retinendo eius filio.

Patris Guilhelmi Ducis ad literas Cæsaris responsum.

Galliarum vicissitudo.

[marginal notes placed after text]

adſueſcere ſecum reipublicæ gubernaculis, Theſeique, vel Æneæ pii munere, apud patrem fungi. Nec ſe pepercisse propterea ſumptibus ullis, ut quod ætati deeſt, plurima diſciplinarum, & linguarum peritia virtutumque Principi neceſſariarum aſſiduo exercitio compenſaretur. Neque ideò dubitaſſe ſe filium magnis ſumptibus foras peregrinatum ablegare præter morem noſtri ſæculi principum: quò tantò citius inter ignotos uſu & experientia mores animumque formaret ad res prudenter agendas. Jam verò fratris unici ſui res omnino poſtulare, ut ipſe, relictis domi crepundiis, ſtudiorum cauſſa foras etiam mittatur. Intolerabiles fore ſumptus, ſi duabus familiis pro neceſſitate, & dignitate, in diverſis & longinquè poſitis regionibus ea temporum in difficultate ſibi providendum eſſet. Supplicare igitur ſe mamajeſtatem ſuam, ne diutius Carulum detineri velit: non defuturas ſucceſſu temporum occaſiones, per quas ipſe in comitiis Imperii, aliiſve conventibus ad quævis miniſteria inſtructior ſuæ Majeſtati eſſe præſtò poterit. Tales ferè Ducis Guilhelmi literæ Viennam XV. Kal. Septembres allatæ ſunt. Quas ut Cæſar accepit, hoc patris reſponſo, rationibusque adductis motus, illius tam deliberato conſilio noluit amplius refragari: ſibique non ingratum fore profeſſus eſt, quòd Carulus Princeps inſtitutam peregrinationem ex patris voluntate proſequatur, ac deinde domum redeat. Jam fama profectionis iſtius ante trimeſtre per provincias exteras legatorum cura percrebuerat, & imprimis per Italiam. Quapropter certatim mox oratores principum, rerumq; publicarum confluere ad Caruli Principis hoſpitium cœperunt cum literis, aut mandatis, quibus omnia humanitatis, atq; amicitiæ officia quàm largiſſimè eidem præſentabantur. Summus Pontifex per Internuncium ſuum profectionem felicem ac fauſtam precatur, invitatque Romam ad vigintiquinquennalia vota publica, vel anni Jubilei (ut nunc vocant) ſolemnia ſacra: Non poſſe ipſum in celebriore Principum, populorumque conventu, aut tempore magis ſalutari & opportuno Romam venire. Si res, iterque ſuum ita comparare poterit, gratiſſimum ſibi hoc fore: licet nullo tempore ipſius adventus poſſit accidere incommodus. Rex Hiſpaniarum Philippus per oratores ſuos nunciari juſſit, ſe jam provinciarum ſuarum in Italia præſidibus, atque legatis mandaſſe,

Cæſar Carulo principi miſsionē ac diſceſsū concedit.

Principum atq; rerum publicarum Italiæ officia Carulo præſentata.

Greg. XIII. Summi Pontificis. XX. Quinquennalia vota publica, vel anni Iubileii ſolēnia ſacra.

Philip. Hiſp. regis.

mandasse, ut ipsum exciperent, atque tractarent tanquam Principem Cæsari atque sibi sanguine affinitateq; junctum proximè: in urbibus & castris omnia visu digna monstrarent, nihil eorum, in quibus gratum facere possent, negligerent. Interim se hoc quàm maximè petere, ut peragrata, visaque Italia, non prætereat Hispaniam, rebus item præclaris multiplicibus visu planè dignam: fore in promptu suo mādato triremes redeunti per Liguriam Genuæ, quibus cum comitatu suo commodè & tutò trajiciat; adventum fore sibi, amitinæque ipsius quàm acceptissimum. Veneri invitabant eum ad rempublicam, urbesq; suas visendas: & magnificè currus, equos, naves, commeatum, hospitia pergenti per ditiones suas offerebant. Ceteri Duces ac illustriores Italiæ principes, affinitate, necessitudine, & amicitia juncti, de ejus visitatione securiores, adventum lætissimum omnes precantur, inquirentes sollicitè quanā via pergere vellet; & quo tempore ab ipsis possit expectari. Omnibus quidem singulatim Carulus egit gratias immensas, dubiè tamen semper respondit: In longa peregrinatione quid certi difficulter disponi posse, oportunitatē ac tempus tunc ducere ac imperare, ideoq; quid asseri securè nequiri: Se laboraturū nihilominus, nec pretermissurū occasiones, si quibus poterit consanguineorum, amicorumve Principum postulatis obsequi: Et jucundum sibi quàm maximè futurum, cognationes coràm videre, & amplecti, omniaq; necessitudinis amicitiæq; debita officia cum ipsis, ceterisq; amicis singulatim renovare posse: Sed deprecari semper se velle nimias honorum pompas, aut, ut vocant, cæremonias: amorem & familiaritatē se tantum amicis adferre, nec etiam amplius quippiam reportare velle. Regi Hispaniarum scripsit, sibi nihil exoptatius esse, quàm in omnibus maximi regis voluntati parere, Majestatisque jussa capessere: cùm præsertim jam sæpè gestiat animus ē Galliis in reditu, cum itineris etiam dispendio, citis equis in Hispaniam excurrere ad regiæ majestatis personam venerandam, & ad famuli deditissimi offerenda obsequia. Sed cùm jam expectatione sua diutius à Cæsare fuerit retentus, & non ultra semestre spatium peregrinationi Italicæ pater constituerit, votis suis obstare temporis brevitatem: atque eo magis, quòd Galliæ crebris seditio-

Venetorū.

Ducum ac Principum Italiæ.

Caruli responsa.

Caruli ad regem Hispaniarum literæ.

seditionum motibus agitatæ transitum vel accessum tutum neutiquam in præsentiarũ concedant. Sperare se igitur propensam animi sui promptitudinem pro obsequio habendã in eo rerum statu, & à regia illa benignitate consueta boni consulendam esse. Post impetratam deniq; Cæsaris licentiam, summo studio procinctus expeditur, profectionisq; dies indicitur familiæ, a. d. VII. Idus Septembris. Carulus princeps Kalendis ipsis officia discessus exorditur, & ex aulicorum more comitatus cohorte sua per urbem circumvehitur, legatos principum singulos domi amanter visitans, gratias pro officiis omnibus humaniter præstitis egit, amicitiam benevolentiamq; suam his offerens, in quibus usui esse posset. Similiter etiam accessit ad ædes præcipuorũ Cæsaris familiarium, quorum opera, ductu, & consilio, ut antea diximus, usus sæpè fuerat. Omnes deinde sequentibus diebus ordine ad ejus hospitium venerunt, gratias acturi, & faustam, felicemque profectionem precaturi; singuli officium officio, & honorem honore compensantes. Cæsaris interea filiis Rudolpho regi, & Archiducibus dolor incessit diem discessus instare videntibus: displicuit vehementer abrumpi ab ipsis proximum sanguine, suavem, placidũ, ac in omnibus morigerum comitem. Non potuerunt igitur non amoris monitoria pignora apud ipsum relinquere, quibus absentium recordaretur. Rex Rudolphus dono illi misit nobilem, ac summæ pulchritudinis equum ornamentis omnibus ditissimè instructum: Archidux Ernestus ensem, pugionem, & cingulum auro puro munitum & instructũ, quorum parerga sculpturæ non minus artificio, quàm materiæ precio excellebant. Quæ munera ipsi olim in Hispania ab avunculo Philippo rege acceperant. Minores fratres item munuscula missitavere, quibus benevolentiam suam testarentur. Octavo Idus Septemb. Carulus princeps ante prandium ad aulam veniens Augusto Cæsari avunculo, & Augustæ affini qua maximè potuit reverentia de beneficiis honoribusq; acceptis gratias egit, atq; valedixit. Mox etiam regi Rudolpho, ejusdemq; fratribus Ernesto, Matthiæ, & Maximiliano Archiducibus: A quibus omnibus ordine non sine turgidis oculis missionem accepit. Post meridiem cùm omnia domi expediuntur ad profectionem, non diu ante solis occasum præter expectationem ultrò ad Caruli Principis

Apparatus itineris.

Amica discessus officia Carulus peragit.

Mnemonica Carulo principi a Cæsaris filiis donata pignora.

Carulus princeps Aug. Cæsari, & Augustæ, liberisq; eorum valedixit.

cipis hospitium cum magno nobilium comitatu veniunt Rex Rudolphus & Ernestus Archidux auctarium honoris & officii adjicere, ultimaque dare privatim mandata cupientes. Ubi cùm aliquandiu cum Carulo humanissimè in atrio sermonem contulissent, appetente jam nocte, ad Palatium redituri, ajunt postridie manè se rursum adesse, & ad spacium itineris aliquod comitari ipsum velle. Rex deinde atque Ernestus antequam discederent, œconomo Gimnico familiaribusque Caruli singulis item peramanter dextera porrecta, valedixerunt. Postridie post solis exortum rursus adsunt ad iter accincti, cum peramplo equitatu nobilitatis aulicæ, Carulumque jam paratum excipientes, ex hospitio per urbem dum educunt, duo fratres Archiduces minores Matthias & Maximilianus paulò pòst etiam cum cohorte sua comitatui accesserunt. Atque ita cum ingenti prosequentium turba Carulus princeps à Cæsaris filiis per tres amplius horas deducitur. Tum ingens pluvia divellere & separare cœtum cœpit, & Carulus equo desiliens longius progredi Austriacos Principes non patitur: qui mox etiam equis descendentes ipsum humanissimè amplexantes, eidem, comitatuiq; suo iter facile, & omnia læta precati, extremum vale dixerunt, Viennamque rursus properarunt. Carulus aulica turba dimissa per Cæsii montis silvas in Noricum ripense proficiscitur, Danubium à dextris relinquens. Valeriam & Carnos à sinistris, quatriduano itinere Laureacum pervenit pridie Idus Septembris. Urbs hæc amplissima quondam & Romanorum colonia fuit cognomine Aureliana Laureacensis, legionum capax, mansioque sæpius Imperatorum: quæ sita est ad Danubii ripam in ostio Anasis, ex Alpibus in Danubium ibi defluentis. Nunc verò ex ejus urbis à Gothis, & Hunnis non semel deletæ ruinis remansit exiguum oppidum, ædificiorum tamen structura pulchrum & elegans, quod nomen etiam mutavit, & à dicto flumine nuncupatur Anasus. Visum Carulo principi sequentibus Idibus in eodem oppido quiescere, tam refocillandorum equorum caussa, quàm ut situm antiquæ ac celebris urbis, & si quæ ejus adhuc viserentur reliquiæ, cum Pighio suo recognosceret. Verùm pauca in agris, & rara reperiunt vestigia: tam funditus bellorum cladibus est eversa. Viderunt tamen extra oppidum non procul ab ostio, quo in Danubium fluit Anasis,

Rex Rudolphus & Ernestus Archidux ad hospitium Caruli veniunt.

Discessus cum magna prosequentium pompa.

Extremum vale.

Noricum ripense.

Laureacũ.

Anasis.

Antiquitates Laureacenses.

sis, in quodam colle fundamenta antiqui, ut apparet, castri, & ingentia quadrata saxa: in quibus templum summæ vetustatis à Christianis olim extructum adhuc extat, sed planè profanatum, ac ruinosum. Cujus parietibus inserta sunt quædam saxa cum sculpturis antiquis, è Romanorum ædificiis desumpta. In stylis lapideis quadratis portæ templi videtur chorus bacchantium Satyrorum, ac Nympharum: è quibus Satyrus unus tibias, aliis subsilientibus inflat. Nymphæ his intermixtæ crotala pulsant, & tripudiant. Inter alia videbatur item in saxo quadrato Europa tauro natanti insidens, cujus cornu alterum sinistra tenet stolata ad pedes usque: dextera prehendit velum, quod capiti ejus lunæ corniculatæ quasi forma circumvolitat. Hæc jucunda visu propter summam antiquitatem Carulo Principi fuêre. Plura etiam intellexit ejus generis monumenta inde avecta fuisse, & in alias civitates esse translata. Pighius demonstravit Laureacenses milites Valentiani ac Valentis temporibus vicinos Danuvii limites adversus ingruentes barbaros munitionibus firmasse, atque id ex lapidea tabula, quam Viennæ videbat cum hac inscriptione:

Bacchantium chorus.

Europa tauro vecta.

Danuvium munitum.

D. D. D. N. N. N. VALENTINIANI. VALENTIS
ET. GRATIANI. PERENNIUM. AUGUSTORUM
SALUBERRIMA. JUSSIONE. HUNC. BURGUM
A. FUNDAMENTIS. ORDINANTE. VIRO
CLARISSIMO. EQUITIO. COMITE. ET
UTRIUSQUE. MILITIÆ. MAGISTRO
INSISTENTE. ETIAM. LEONTIO. P. P.
MILITES. AUXILIARES. LAUREACENSES
CURÆ. EJUS. CONMISSI. CONSULTATU
EORUNDEM. DOMINORUM. TERTIO. AD
SUMMAM. MANUM. PERDUXSERUNT
PERFECTIONIS.

Quod factum anno post Romam conditam ∞ CXXIII. post Christum natum CCCLXX. circiter Magistrum armorũ per Illyricum vocat hunc Equitiũ Comitem Ammianus Marcellinus libri XXIX. fine, ubi narrat Danuvianórũ limitum munitiones istas Quadorum excitasse bellum. Jam verò præfectum legionis secundæ Italicæ Laureaci, ac Lentiæ tenuisse castra, ex libro provinciarum populi Romani, quem

Legio II. Italica.

quem Notitiam Imperii intitularunt, apparere tum Pighius quoque docuit. Carulus Princeps his visis, in horologii turrim, quæ in medio foro est, adscendit, ut contemplaretur circumiacentis regionis tractum, ubi didicit civibus persuasum esse, Marcum & Lucam Evangelistas non diu post Christum passim salutiferæ religionis nostræ Laureaci, & in vicinis locis prima fundamnta jecisse. Testantur hoc etiam versus in turri eadem publicati:

Marcus & Lucas Evāgelista.

Hæc ex Laureaco reliqua est, his Marcus in oris
Cum Luca Christi dogma professus erat.

Carulus postridie Idus ulterius proficiscitur, Lentiamque à dextris relinquens attigit mansione tertia limites ditionis Saltsburgensis, ubi in Straetsualtio pago hospitium illi paratum erat ab Archiepiscopo Principe Jo. Jacobo Canio. Jam enim à fratre suo N. Canio Cæsari à consiliis, & stabuli Palatini præfecto certior erat factus, Carulum Principem ab aula discessisse, & per Noricos ejusque provinciam proficisci velle in Teriolensem comitatum, atque inde in Italiam; nec dubitare se, quin contrahendæ amicitiæ, urbisque visendæ caussa ipsum visitare vellet. Archiepiscopus igitur, ut omni virtutum genere est ornatissimus, tanti hospitis adventi lætus, observari in finibus suis ejus appulsum, & parari hospitia jubet: pto sui ordinis dignitate & amplitudine Carulum accepturus. Quem ejus legati, adventum gratissimum Principis sui nomine gratulati, in dicto pago primùm exceperunt, & cum suo comitatu pro loci conditione & montium sterilitate abundanter & lautè satis tractarunt. Postridie sumpto ibidem prandio, Saltzburgum versus pergitur, saxosa & difficili per saltus & montium crepidines via, tempestatibus atque incuriæ superioris ævi collapsa. Constat tamen eandem olim à Romanis militari opera per milia passuum undecim diligenter fuisse in illo tractu munitam, sub Imperatoribus Septimio Severo, & Antonino Caracalla, quemadmodum testatur lapis miliarius, quem medio itinere repererunt, cujus titulum Caruli jussu Pighius exscripsit. Erat columna rotunda, pedum octo longitudine ad viam erecta, cum tali inscriptione;

Strata silva pagus.

Teriolēsis Comitatus. Archiepiscopus Saltsburgēsis Carulum Principem excepit hospitio.

Via per Alpes Iulias a Romanis munita. Lapis miliarius titulis Impp. Septimii Severi & Antonini Caracallæ inscriptus.

IMP.

IMP. CÆS. L. SEPTIMIO
SEVERO. PIO. PERTINACI. AUG.
ARAB. ADIAB. PARTHICO. MAX.
BRITAN. MAX. PONTIF. MAX. TRIB.
POTES. III. IMP. VII. COS. II. P. P. PROCOS
ET. IMP. CÆS. M. AUREL. ANTONINO
PIO. INVICTO. AUG. PARTHICO. MAX.
BRITANNICO. MAX. GERMANICO
MAX. PONTIF. MAX. TRIB. POTES. XVI.
IMP. III. COS. IIII. P. P. PROCOS. FORTIS-
SIMO. AC. FELICISSIMO. PRINCIPI
DOMINO. INDULGENTISSIMO.
M. P. XI.

Hæ notę singulares per milia passuum undecim ibi viam fuisse munitam significant: unde pagus etiam antedictus popular lingua Straetsvvaltz, quasi stratæ sylvæ nomen accepisse videtur. Neque est quod quispiam existimet eo primum tempore à jam dictis imperatoribus viam illam per Alpes munitam ac ductam fuisse: jam enim à ducentis amplius annis antea, ut Sex. Rufus V.C. breviarium incrementorum Imperii Romani Valentiniano imperatori scribens testatur, sub Julio & Octaviano Cæsaribus per Alpes Iulias, ut appellat, legionibus iter est factum. Atq; hinc Julias appellari in eo tractu cœpisse, plures docti autumant, quod ex Gallia Cisalpina Julius Cæsar in Illyricum, & postea Augustus in Noricos, & Pannoniam cum legionibus sæpè transierit. Tunc primùm Romana potentia in Alpium illa parte planari, ac sterni viæ, atque etiam castellis præsidiisque firmari inceperunt, quo facilior exercitibus Romanis itus ac reditus esset. Quin etiam perhibent antiquitatum studiosi & regionum illarum periti quidam, etiamnum temporis ibidem nō procul à Carnorū, Noricorumque finibus in arduo monte, quem Crucis appellant incolæ, viam amplam cerni vastis rupibus excisam, quam Zieliam nunc corrupta voce, pro Julia nuncupant, legiq; in ejusdem planis parietibus C. Julii Cæsaris nomen ac titulum literis magnis, sed admodum vetustate consumptis, quibus significari scribit Leander Albertus C. Julium Cæsarem procos. viam inviam solertia & impendio suo rotis perviam reddidisse. Quare creden-

Strata sylva pagus unde dictus.

Per Alpes Iulias via quando munita.

Castella & præsidia in Alpibus quando.

Mons Crucis.

C. Cæsaris monumenta in Alpibus.

credendum omninò est, ab eo deinceps tempore Romanorum cura vias illas in Alpibus conservatas non solùm, sed etiam operibus ampliatis faciliores, atque frequentiores esse factas. Sed ne à suscepto itinere diutius evagemur: proficiscitur inde Carulus Saltsburgum urbem nobilem antiquitate, & opulentam mercimoniis: quam olim Hadrianam dictam fuisse quidam produnt Historici, fortassis à colonia eò deducta, Hadriani Imp. auspiciis: quem Sex. Aurelius Victor, aliisque memorant provincias omnes circumivisse restaurandarum urbium coloniarumq; causa: in eumq; finem semper secum duxisse architectorum fabrorum, lapicidarumq;, ac omnis generis artificum cohortes extruendis mœnibus aptas, & centuriatas ad specimen legionum militarium. Unde restitutorem ipsum orbis terrarumq; provinciarumq;, nummi veteres plures appellant, qui ejus in honorem cusi reperiuntur. Postea † Juvaviam à vicino castro & flumine appellatam quoq; fuisse, testantur annales veteres Archiepiscoporum ejus urbis, & versus antiqui in templo, qui leguntur exarati:

Saltsburgus civitas olim Hadriana dicta, Romanorum colonia.
** Hadrianus Imp. Aug.*
Restitutor orbis terrarum Hadrianus Aug.
† Iuvavia Saltzburgus dict.

Tunc Hadriana vetus, quæ post Iuvavia dicta,
Præsidalis erat Noricis & Episcopo digna
Rudberti sedes, qui fidem contulit illis
Christi: quam retinet, Saltsburgum serò vocata.

Et meminerunt Juvaviæ itineraria Romana, inter Laureacum & Oenipontem hanc non semel locantes. Rupertus vel Rudbertus autem Episcopus ex regia stirpe Francorum ortus, à Duce Berchario Christianæ religionis hoste pulsus è Vangionibus, per Noricum, Valeriam, vicinasque regiones doctrina & vitæ sanctitate fidei nostræ (post vastatis diversis cladibus barbarorum furore Christianas per Europam universam provincias) certa prima fundamenta jecit, Heraclio (ut asseritur) imperante, fultus auctoritate & potentia Theodonis Bajoariorum regis: cui divini spiritus gratia ac virtute persuaserat, uti relictis idolis, unà cum proceribus, populisque magna frequentia sacri baptismatis fonte religioni Christianæ initiaretur. Ab hoc conceditur Ruperto, ut in Juvaviæ desertis ruinis ab Attila, Hunnisque ante centum amplius annos funditus eversæ, ad amnis Juvavii ripam sedem figeret, oppidumq; exstrueret. Donatur etiam vir sanctus proprietate territorii

Rupertus Episcopus primus eorum loci.
Theodo Bajoariorum rex.
Iuvavia ab Attila Hunnisq; eversa, iuvavia ...ms ann.

ritorii circumjacentis, qui inter ruinas, ut dixi, & virgulta coloniæ veteris cœnobium, ac basilicam extruxit in honorem principis Apostolorum D. Petri, & ibidem instituto discipulorum selecto seminario, ex quo transferri novellæ plantæ in vicinas regiones possent, veluti diligentissimus agricola vineam Christi brevi tempore per Noricum universum, Valeriam, Pannoniæq; fines, & inter inalpinos populos latissimè propagavit. Qua de causa nunc etiam Germani superiores Rupertum Apostolum Bavariæ, Austriæ, & Stiriæ nuncupant. Locus successu temporum, & Episcoporum successorum prudentia in peramplæ civitatis formam excrevit, adeò ut nunc vicinarum provinciarum sit metropolis. Postea verò cùm Juvavii fluminis nomen, nescio quo casu, mutassent incolæ, Saltzam lingua populari appellantes à salinis fortè propinquis: tum & urbis nomen mutari in Saltzburgus cœpit. Archiepiscopus ipse cum magno prælatorum summi collegii, atque nobilium comitatu, advenienti Carulo Principi occurrit obviam ad tria passuum milia, exceptumq; humanissimè deduxit per urbem in suum Palatium, quod est in urbe media basilicæ D. Petri contiguum, ubi Carulus triduo continuo cum suo comitatu, pontificiali prorsus apparatu, quàm splendidissimè tractatur. Sequenti post adventum mane, cum principes sacrificio Missæ simul interfuissent, Palatium amplissimum Cæsarum ac Regum plurimorum hospitio nobile perlustrant. Miratur Carulus hóspes augustam ædificiorum formam: cænacula, porticus, atria, xystos admodum spaciosos, tabulis pictis, ac chrographicis, ornamentisq; suis omnibus opulenter instructos: parietes acernis tabulis vestitos, sculptilibus parergis elegantibus conspicuos: tecta ac lacunaria auro & argento laqueata, picturis, sculpturisq; artificiosis distincta: cubicula thoris, auleis, & stragulis ex holoserico atque omnigena preciosæ supellectilis synthesi adornatissima: hortos amœnissimos, fontium artificiosis scaturginibus, & diligenti arborum herbarumque cultura speciosos. Ex Palatio deinde descenderunt in templum cathedrale D. Petri, structura operibusque peramplum, & vetustate venerandum. Monstrarunt Carulo Principi divorum Ruperti, Vitalis, atque Virgilii primorum ejus urbis Episcoporum monumenta; martyrum diversorumque sanctorum homi-

Rupertus Bavariæ Apostolus.

Archiepiscopus Carulum excipit.

Palatium Saltzburgense.

Templum cathedrale D. Petri.

Divorũ reliquiæ.

hominum reliquias; donaria maximorum principum, auro gemmisque splendida; vestes sacras, atque omnem servitii divini apparatum insignem. Et cùm simul altaria, sacella, ædiculas ambiendo, statuarum atque imaginum insigniorem ornatum considerassent, & hora prandii jam instaret; ad Palatium deinde reversi sunt, & lautis epulis corpora refecerunt. A prandio cùm urbis visendæ caussa aliquandiu equis circumvecti essent, populumque & ædificia urbana insigniora vidissent, Archiepiscopus Carulum & ejus familiares duxit ad arcem visendam, ultra flumen in eminenti montis specula positam: ex qua tueri urbem, & hostium insultus procul arcere possunt. Porrò cùm jam ante plurima sæcula D. Augusti auspiciis, & Ti. Cæsaris ductu, in alpinæ gentes Ræti, ac Salassi, mox ultra Alpes Vindelici, Norici ac Pannones bello molestari & subjugari cœpissent: locum illum Romani inter alia ad Alpium fauces ulteriores situ opportunum ac tutum castro præsidioque firmo munierant; ne occludi ab hostibus possent, & ut legionibus via semper per Alpes pateret in provincias ulteriores. Unde præsidio amnique vicino nomen militari vocabulo ex officio & effectu volunt inditum: & à juvandis viis, ac expeditionibus castrum Juvaviense, & amnem Juvavium appellatum: Qui ex Alpibus ortus Teriolanis per Noricum delabens, Oeno primùm, ac deinde Danubio apud Bojodurum miscetur. Videntur etiam Romani castrum idem faciliore vocabulo per syncopen Juvense nominasse. Nam in libro provinciarum populi Romani legimus, præfectũ legionis primæ Noricorum militum Liburnariorum cohortis quintæ partis superioris, stante adhuc Imperio, ad Juvense in præsidio fuisse, sub dispositione Ducis Pannoniæ primæ, & Norici ripensis. Subacta Augusti, ut diximus, auspiciis vicina provincia, cùm Romano imperio adsuescere, & pace frui incepisset: urbs in adversa ripa sub castro accrescere, & commercio Romanorũ florere simul, & ab ipso flumine, vicinoq; castro Juvavia vocari cœpit, Coloniã vero Romanorũ eò fuisse ab Hadriano Augusto deductam, haud obscuris argumentis liquet: cùm quòd Hadrianam quoque nuncuparint, velut antea probavimus: tum quòd jure legibusque Romanis usi, magistratus suos decuriones, ac duo viros juris dicundi more coloniarum veterum ea civitas habuerit, quemadmodum ex epitaphiis,

Castrũ Iuvaviése, vel Iuvense.

Iuvavia unde dicta.

Iuvavius amnis.

Castrũ Iuvense.

Iuvavia Colonia sub castro.

pitaphiis, marmorumque titulis antiquis apertè constat. E quibus unum adduxisse sufficiet epitaphium: quod non procul inde ad ejusdem fluminis ripam in oppido Burcusano reperitur tale:

L. BELLICIO. L. F.
QUARTIONI
DECURIONI. JUVAVIENSIUM
II. VIR. JURIS. DICUNDI
VIX. ANN. LVII.
SAPLIÆ. BELLATUMARÆ
CONJUGI. VIX. AN. LXII.
BELLICIUS. SECCIO. ET
BELLICIUS. ACHILLES
CUM. CONJUGIBUS. EX
TESTAMENTO. FACIUNDUM
CURAVERUNT.

Atque hoc quidem pacto, quæ præ vetustate, historiarumque inopia oblivionis & ignorantiæ tenebris sunt involuta, jam libris veteribus abolitis, ex qualibuscunque antiquitatum reliquiis saxorumque fragmentis, quibus majores nobis multo prudentiores memoriam rerum suarum posteris reliquerunt, in lucem eruere fas est. Sic etiam Imp. L. Septimii Severi temporibus urbem istam Juvaviam appellatam fuisse, saxum aliud antiquum docet extans Saltzburgii in æde sacra D. Ruperti, cujus hæc est inscriptio:

Ex antiquitatum reliquiis eruendam historiam esse. Maiorum prudentia in propaganda rerum gestarum memoria.

IMP. CÆS
L. SEPTIMI. SEVERI
PII. PERTINACIS. AUG
ARAB. ADIAB. PARTHICI
MAX. ET. IMP. CÆS. M. AUREL
ANTONINI. AUG. PARTHICI
MAXIMI. COL. HADR
JUVAV. D. D.

Ceterùm de urbis hujus origine & antiquitate jam fortè nimis multa. Pergendum cùm principibus in castrum Juvaviense, quod olim Attilana, Hunnorumque barbarie funditus

Castri Iuvaviensis descriptio.

Gebhardus Episcopus. funditus cum urbe eversum ab Gebhardo episcopo primum excitari ex ruinis suis cœpit, post nostræ salutis annum millesimum quinquagesimum circiter, cùm jam annis amplius quingentis jacuisset desertu[illegible] ampliarunt ædificiis successores ejus locum situ ac n[illegible] hostili incursione tutissimum. Sed patrum denique nostrorum memoria principes *Bellum rusticum.* Archiepiscopi, post bellum rusticum, quo tota ferè Germania superior tum quasi servili tumultu libertatis Euangelicæ prætextu flagrabat, & vastabatur, turribus, muris ac propugnaculis spissis adeò munierunt, ut nunc inexpugnabilis arx videatur. Unus patet dumtaxat ad arcem accessus, via ardua ac difficili rupem circumambiente, quæ tandem per ligneum pontem sublicium introducit. Cingitur alioquin in circuitu præcipitio vasto, nec à vicinis collibus aut montibus propter distantiam tormentis oppugnari potest. Custoditur continua militum statione, nec admittuntur in interiorem ejus conspectum peregrini aut ignoti: nisi vel cum principe veniant, vel ab ipso tesseram adferant. Carulus princeps situs atque prospectus consideratione vehementer delectatur, atque structuræ rationes libenter discit ab Archiepiscopo, qui eum circumducere per propugnacula, turres ac mœnia; monstrareque tormenta, machinas, tela, globos, omnemq; apparatum varii generis bellicum ad arcis defensionem abundè comparatum. Aperta sunt etiam interiora magnificentissimi instar Palatii ædificia, cujusvis etiam Principis habitationi accommodata, supellectile & ornamentis suis instructa. Inter quæ Princeps Carulus admiratur antiquissimam illam pulcherrimi operis ęneam statuam humana *Statua ænea antiqua pulcherrima.* statura majorem nudi juvenis stantis in rotunda basi; in cujus fœmore dextro duorum nomina, quorum cura & impensis transportata in provinciam & erecta fuit, leguntur his notis inscripta:

A. POBLICIUS. D. L. ANTIOC.
TI. BARBIUS. Q. P. L. TIBER.

Et non dissimilis est illi marmoreæ quæ Romæ visitur in hortis pontificiis sub Vaticano, & putatur Genius Principis vel Antinoi illius esse; quem Hadrianus Imper. sibi charissimum.

mum, & morte præpropera sublatum, numero deorum adscribi jussit: & cujus ob memoriam ubique terrarum templa, aras ac statuas erigi, sacra, sacerdotes ac flamines instituivoluit. Atque ut etiam æternitati eum magis consecraret, in Ægypto, ubi in Nilo periit, urbem condidit, & ex ipsius nomine Antinoipolim appellavit. Hanc verò statuam, vastantibus Romanas provincias barbaris, è Juvavia Hadriana, vel alio loco vicino avectam inter montes, sepultam in terra, absconditamque fuisse constat. Nam abhinc ante annos LXX. primùm à rustico, dum agrum foderet, est inventa in monte S. Helenæ, apud oppidum S. Viti: unde eandem postea Mattheus Langius à Wellenburg, Cardinalis & Archiepiscopus Saltzburgensis, transtulisse dicitur, ut erat antiquitatum & virtutum omnium summus cultor & admirator, doctorumq; virorum Mæcenas sui temporis maximus. Principes ambo cùm omnia visu digna in castro perlustrassent, appetente jam nocte descendentes in urbem atque Palatium, reversi sunt ad cœnam. Jam Carulus de discessu cogitare, & missionem ab hospite amantissimo flagitatare cœperat: sed quia postridie festum erat diei dominicæ, & quod Archiepiscopus magnificum apparaverat convivium, invitaveratque summi collegii prælatos, & præcipuos vicinæ nobilitatis proceres, moram illius diei negate non potuit. Qui partim rei divinę obeundę datus, cum principes ambo ante prandium Missæ sacrificio, & pomeridiano Vesperarum officio interesse vellent, partim splendidis epulis, & jucunda summorum virorum in conversatione transactus est. A. D. XII. deinde Kal. Octobris, omnibus jam ad iter paratis, prandium in procinctu sumptum est: eodemque maturè finito, Carulus princeps hospitii suo pro omni humanitate ac beneficentia gratias immensas cùm egisset; signo profectionis dato, disceditur. Archiepiscopus autem, licet honorem recusante Carulo, omnino comitari ad aliquod stadia voluit, eundemq; cum magno prosequentium nobilium comitatu per iter unius horæ deducere ultra Juvavii fluminis pontem: ubi amanter Carulo cùm gratias egisset, quod suam hospitii atque amicitiæ tesseram non neglexisset, felicem ac facilem profectionem precatur, porrectaque præcipuis ex ejus cohorte dextera, ad urbem reversurus singulis benignè valedixit. Illi verò proficiscuntur

Antinoipolis.

Mattheus Langius Cardinalis & Archiepiscopus.

Discedit Saltzburgo Carulus princeps.

eodem die per tria miliaria, & vesperi perveniunt ad limites Saltzburgensis ditionis: ubi nocturnum hospitium Archiepiscopus iam antea præmissis œconomo ac ministris nobilibus, pro suo splendore parari, & de rebus omnibus, quæ Carulo principi ejusque comitatui universo necessaria ad victum commoditatemque videri poterant, abundè provideri jusserat. Ibidem postridie, quia dies erat Divo Matthæo Apostolo dicatus, mane rei divinæ primùm vacarunt: sumptoque deinde prandio, Carulus œconomo familiæq; Principis Archiepiscopi gratiis humaniter actis valedixit, atque his ex more xenia dari jussit. Tum iis dimissis, per Noricum mediterraneum versus Alpes Rhæticas cum suis contendit, tertioq; pòst die pervenit in comitatum Teriolensem avunculi sui Ferdinandi Archiducis Austriæ: provinciam, Alpibus licet inclusam & extentam per ipsa juga Rhætica: fructuum tamen, rerumque ad vitam humanam necessariarum, nec non auri, argenti, metallorumque omnis generis optimorum copia tam locupletem ac divitem: ut eam aptissimè & admodum facetè Maximilianus Aug. Ferdinandi proavus hanc rudem & agrestem, rustici tunicam appellare consueverit, multis quidem plicis & rugis horridam, ac deformem: valdè nihilominus bonam, calidam, ac commodam esse dicens. E montium enim visceribus ingentes hauriuntur metallorum thesauri: cacumina vastis silvis, ferarumq; multitudine plena sunt; colles & clivi frugibus ac vineis: valles fluminum ac fontium aquis irriguæ, armentis & pecoribus refertæ sunt: quæ pabulo non minus, quàm lacus & stagna inter montes spaciosissima variis & optimis piscibus adundant. Itaque comitatus iste non solùm ducatui (ut nunc principum dominia appellant) verùm etiam regno divitiis potest æqui parari. Jam expectaverat ante bimestre Ferdinandus Archidux sororis suæ filium Carulum principem: verùm intelligens ipsum adhuc à Cæsare detineri, & nesciri, an eo anno proficisci in Italiam deberet: cùm autumnali statione valetudinis recreandæ caussa pergere ultra Danubium in Bojos ad Herciniæ sylvæ thermas constituisset, discedens, senatui gubernatoribusque provinciæ curam imposuit: ut si fortè princeps Carulus se absente illac iter faceret, eum pro statu ac dignitate, velut sanguine sibi proximum, utpote sororis suæ filium, quàm huma-

Noricū mediterraneum.

Alpes Rhætica.

Teriolensis provincia dives ac abundans.

Maximiliani I. Imp. faceta comparatio.

Ferdinandus Archidux Austriæ Comes Teriolanus: Eius mandata de tractando Carulo principe.

humanissimè exciperent, & tractarent: in urbibus, oppidis, & castellis ipsi comitatuique suo hospitia parari gratuitò juberent: visu digna quæque Oeniponti, locisque vicinis aliis ubique monstrarent: in omnibus ejus expectationi, votisq; satisfacerent; tanquam si ipse præsens adesset. Huic Principis mandato obsecundatum abundè fuit, sed malè Carulum habuit, quòd ipsum avunculum domi videre, atque præsentem amplecti non potuerit. A. D. VII. Kal. Octobris, paulò post meridiem appulit Suatium, ubi antra Cyclopum, & metallorum fodinæ multæ visuntur. Pagus est magnus, forma viarum & ædificiorum pulchritudine, populiq; frequentia cuivis oppido celebri comparandus. Advenientem magistratus amantissimè excipiunt, adventum gratulantur, & ducunt in Palatium, quod Principis ibi peramplum est, omniaque ibidem ad ejus usum esse parata, reipsa demonstrant. Adest mox fodinarum architectus, metallicę rei peritissimus, sibi mandatum dicens, Principi esse presto, & omnia monstrare, quæ cuperet, & visu esse digna sciret. Carulus, ut erat ocreatus, cum cohorte suorum pręcipua confestim sequi ductorem, cùm plurimum diei adhuc superesset, & videndi studio flagrans, nil temporis perdere voluit. Jubet Gimnicus adferri faces, ac tædas plures; ne luminis copia in obscuris cryptis deesset. Pergunt extra pagum ad montium prærupta, ubi multa fodinarum antra à longè visuntur: E quibus quicquid metallici exscindunt, carris evehunt, superfluaque in tumulos egerunt, & veluti montes montibus imponunt: adeò uti videantur vastæ rupes sua viscera evomere, ac sensim novos montes producere. Nec procul inde sunt officinæ, in quibus metalla præparantur, ac discernuntur. Mira, & valde jucunda ibidem erat consideratio, ut ingenii humani industria, atq; ipsa natura se mutuò juvent: & ut hæc variis machinis coacta servire cogitur; præsertim aëris & aquæ vis fluida & mobilis. Rivi enim ingentes è montibus deducti per canales & tubos rapido lapsu rotarum magnos ac concavos orbes circumagitant impetu tanto: ut earum quælibet multarum rotarum ac machinarum labyrinthum quendam continuo motu perniciter volvat, & quatiat cum tanto strepitu, ut in Vulcaniis antris Cyclopũ mallei, incudesq; majorẽ non possent reddere. Ostendit primùm Architectus principi Carulo varias lapidum, ac marmo-

Suatium, pagus, vel municipiũ potius.

Fodina metallica Suatiana.

Metallorũ officina.

Machina aquaria & earum consideratio.

Antra Vulcania.

Metallici lapides.

marmorum species è montium venis excisas, è quibus aurum, argentum, æs, stannum, plumbum, aliaq; diversa metalla possunt expurgari. Monstrat multiplicem eorum mixturam non solùm, verùm etiam æris atque argenti ramos ac virgulas, quemadmodum in venis reperiuntur. Insuper & aurum, quod coctione haberet opus, donec ab argento fuerit separatum: excoctumq; vocant obrizum, cùm igneo colore rubet & resplendet, ut Plinius libro XXXIII. cap. III. docet. Aliud item, quod omninò purum, & ignis expers esset, ostendit: quòd à Græcis ἄπυρον appellatur. Docet deinde, purarum venarum fragmina in capsulas conjici, atque præferratis pistillis tundi ab aquaria rota versatis, ac tenui mox cribro secerni: transmeantem pulverem moliri, non transmeantem rursum pistillis subjici, atque amplius tundi. Lapides verò grossiores, quibus metalla sunt mixta, primùm malleis minui, lavari in lacunulis, ac palis agitari in alveo, cribrari, ac demum moliri. Et hæc omnia, priusquam materia metallica per fornacem excoquatur, conflaturque. Ducitur deinde princeps Carulus ad conflatoriam officinam, ubi metalla in fornacibus excoquunt, liquefaciunt, argentumque ab ære, cupróve secernunt. Folles ingentes aquaria rota sublevati assiduo flatu, continuoque motu magno cum fragore flammas in fornacibus excitant: adsunt operarii, qui metalla superius injiciunt, & alii, qui resolutum & à contusis saxis separatum ex inferiore fundo magnis cochlearibus exhauriunt, & in modulos transfundunt. His omnibus non sine admiratione perlustratis, transeunt in vicinum hypocaustum Carulus Princeps, Gimnicus, Pighius, aliiq; ex cohorte nobilium, induunturque canabinis tunicis, cinguntur pellibus à tergo sedem tegentibus, & capita cucullis muniunt, ne conspurcarentur stillicidiis per fissuras montium in fodinas continuè defluentibus. Ridiculus videbatur esse Paniscorum aut Satyrorum chorus, qui jam

Mollibus in pratis unctos salire per utres,

Ut Mantuani poëtæ verbis elegantissimis dicam. Ante fodinarum ostium expectabant operarii plures habentes vehicula lignea trusilia, quatuor in ferreis rotulis currentia, quibus singulos excipiunt, atque prælucentibus tædis per montis trabibus suspensi cavernas, & cuniculos vehunt ad

Aeris & argenti virgula ac rami.

Aurum obrizum.

Aurum ἄπυρον.

Modus secernendi metalla.

Officina conflatoria.

Fodinas ut cum suis intraverit Carulus princeps.

tria fere milia passuum priusquam pervenirent ad puteos, & ad aquarias mahinas. Strepitus ingens aquarum sub trabibus per obscuros meatus labentium horrorem sæpius incutiebat. Magna etenim aquarum vis per montium fissuras frequenter influit in fodinas, atque puteos, quibus opera impediuntur metallica, operariique, etiam aliquando submerguntur. Quapropter ingens, & sine ulla intermissione labor est adhibendus ad exhauriendum aquam continuè per meatus varios exundantem. Eademque necessitas varia instrumenta, & machinas excogitavit: quibus è maxima profunditate puteorum, qui nonnunquam ad quadringentas orgyas excavantur, affluentes undas egerant. Cochleis ab Archimede primùm inventis ad aquas divertendas & in altum ejiciendas usa fuit olim Ægyptus, teste Diodoro: sic nunc etiam incredibiles fiunt in hunc finem impensæ, inæstimabiles exantlantur labores. Sed visu imprimis digna fuit machina aquaria, quæ sua facilitate superat omnes ejus generis fabricas, vel à veteribus, vel nostro sæculo inventas. Rotæ binæ, quas bigales appellant, cylindrum medium volvunt ac revolvunt huc illuc alternatim contrario aquarum fluxu impulsæ, quarum rivi diversi per canales ac tubos in rotarum alas lacunatas ex alto ducuntur. In cylindro grosso catena bis térve quatérve circumvoluta duos culeos magnos in æquilibrio inter semicirculares ansas ferreas, quò facilius effundantur, suspensos in diversum, perpetuo motu trahit. Quorum quilibet ex tribus pellibus bubalis unctis ac recentibus consutus, & ferreis circulis in formam trochi turbinatam extentus est, in eam amplitudinem; ut dolia liquoris ferè sex aut septem capiat. Trahit, inquam, in diversum culeos perpetuo motu catena, plenum alterum aqua è putei fundo ducens in altum, vacuum alterum, & effusum simul reducens in profundum: prout cylindri rotundum corpus ab una parte catenam erigens, ab altera demittens, alternatim volvitur. Atq; ea proportione, ut, dum effusus ad putei fundum veniens culeus aquam haurit, alter extractus extra puteum suam effundat. Adsunt utrimque ꝑpe rotas duo lacus lignei perampli, plurium doliorum capaces, quibus astant semper operarii duo, qui culeos, rotas, & fluentes ex adversis partibus aquæductuum rivos observant, opus suis quisq; vicibus alternantes. Dum enim hic

Aquarum in fodinis fluxus.

Artiū magistra penuria & necessitas.

Aquaria machina descriptio.

Rota bigales cum cylindro.

Culei doliorum septē.

Observatores operarii duo.

in dextro putei latere culeum exurgentem excipit, ejus labrum applicat unco ferreo è fronte lacus prominente, simulque rivos aquæductus vicini ad rotam vertit, in canali tabulam aquis objectam semovens: interim culeus unco implicitus invertitur, & suum onus aquarum effundit in lacum, exinde per canalem magno cum impetu in rotam currentium, quæ per alios ductus eas extra fodinas ejicit. Et ejus interim socius à sinistris alteram rotam aquæductus sui cõtrario fluxu, canalem tabula obturans, liberat, ut eadem mox vacua gyrum invertens alteram aquis onustam sequatur. Atque hæc sedulò curanda sunt apprimè, ut simul hi duo semper laborent, & vicissim alternent opera contraria, ut dum unus à dextris aperit rivos, & rotam suam aquis onerat, alter à sinistris claudat, & suam evacuet. Ac è contra, dum hic rursus aperit, ille claudat. Quo fit, ut una rota laboret, altera sequatur; unus culeus effundat, alter in fundo putei eodem momento hauriat. Alioquin contingeret, ut contrariis aquarum fluxibus simul impulsæ rotæ non solùm sisterentur, sed etiam confringerentur. Verùm hac vicissitudine diligenter observata, movetur machina tanta cum celeritate, ut interdum igneæ scintillæ ex madidis lignis excutiantur: & quatuor dumtaxat manus mira cum facilitate montis totius concavitates, vicinosque puteos, in quibus lapicidæ operantur, exsiccent, rapidos fluviorum instar torrentes, è rotarum canalibus evolvant nocte dieque. Qui mox per cuniculum subtus ejus tabulata, aliosque meatus cæco murmure defluunt extra montem in proximas valles. His visis, monstrat fodinarum architectus profundissimos puteos, è quibus metallica saxa lapicidæ malleis acutis exscindunt; & qua ratione materiam omnem haustoriis urnis è machina tractoria pendentibus (quam duo in orbem torquent) extrahant, trusilibusque vehiculis per cuniculum evehant. Promptus videbatur princeps Carulus ad descendendum per funes, uti solent, in puteum unum, ut videret lapicidarum labores, & metallorum venas ac sedes in montium visceribus: sed fodinarum præfectus dissuasit, dicens aerem illum subterraneum crassum, impurum, & humidum insuetis periculosum esse: immò vix ferre sæpius flammas lucernarum aut facularum. Ideoque necesse esse, ne lumina in Plutonis officina extinguantur, néve metal-

Putei è quibus extrahuntur metalla.

Aer in puteis in puteis.

tallici aëre impuro suffocentur, follibus ac ventilabris in hoc paratis ventos aurasque recentes concitare. His auditis, mutavit Carulus consilium: & cùm jam serum esset, vehiculis revectus cum suis extra fodinas ad hospitium suum rediit, eademque nocte liberaliter ibidem tractatus est. Postridie rebus divinis diei dominicæ in summo templo cùm mane interfuisset, maturè sumpto prandio, Halam itinere horarum ferè trium inde distans oppidum properavit, materteram suam Mariam Ferdinandi Aug. filiam ex itinere salutare cupiens. Hala à salinis vicinis nomen habens, duarum horarum itinere infra Oenipontem sita est inter altissimos Alpium montes ad dexteram Oenii defluentis ripam. Et quamvis non admodum sit magna, ædificiis tamen pulchra est, fontium aquarumque rivis amœna, nobilitate frequens, & metallicis negotiationibus dives. In hac urbe prudentissimus princeps Ferdinandus Aug. nostra memoria peramplum à fundamentis exstruxit Palatium, cum templo pulcherrimo contiguo, non solùm sibi quidem ad secessum & delicias; sed numerosæ proli suæ (qua fœcundus, & fœlix admodum fuit) ad virtutum gymnasium: ubi à primis unguiculis in tenera ætate filii, atque imprimis filiæ, quas plures habebat, ab aulica contagione semotę possent educari, & principe dignis artibus institui. Ad aulæ nihilominus regiæ normam disciplinamq; familiæ supellectilisq; sufficienti copia Palatium instructum erat: sed exulare semper debebant vitia, admittebatque nisi viros vitæ integritate, literarum, artium, atque linguarum peritia præstantes: adeò ut illi nulla non invideret academia. Aderat pater optimus ipse secessum aliquando petens, ut charissimæ sobolis incrementa, mores, studia, atque exercitia recognosceret: qui idcirco lubenter, cùm negocia publica paterentur, Oeniponti, ubi curia, senatusque comitatus, ac provinciæ Teriolanæ semper esse solet, cum imperatoria cohorte nonnunquam æstivare, vel hibernare solebat, ut vicinior esset. In hoc itaque gymnasio feliciter duo Cæsares ac Reges ævo nostro, multi archiduces pueritiæ rudimenta in virtutum exercitiis posuêre: & ex ejusdem parthenone Christiani orbis summi quique reges, maximique duces ac Principes, sibi filiisque suis nuptias petere solent. Ceterùm ex filiarum numero duæ Margarita & Maria in tam probo Christianæ di-

Hala Teriolana.

Ferdinandus Imp. Aug.

Palatium Austriacũ Halense.

disciplinæ contubernio adsuetæ, regna mundi quævis, omnesque hujus vitæ splendores æterno sponso Christo postponere voluerunt: virginitatemque suam Deo dicantes, vitam in cœlibatu, servitioque divino, piis honestisque exercitiis ibidem occupatæ ducebant. Quarum una Margarita eodem anno decesserat; altera Maria, cum selecta nobilium virginum societate, frugalique familia vivens adhuc, vehementer gaudebat sororis filium nunquam visum adventasse, atque ejus conspectu colloquioque frui aliquandiu se posse. Carulus Princeps cum præcipuis suorum intravit palatium, equitatu reliquo foris relicto; hisque etiam in peristylio manere jussis, ne virgineum externo comitatu turbaret cœtum, solus ad matertetæ penetralia cum ejus œconomo adscendit, & cum eadem horæ plusquam unius spacio de parentum, propinquorumque valetudine & statu, suæque item peregrinationis instituto suaviter sermonem traxit. Tum inclinante jam die, Carulus discedendi, ulteriusque proficiscendi licentiam à matertera petere cœpit: Oenipontise eodem vespere expectari, ibi paratum fore nocturnum hospitium, visuque etiam digna se in oppido, vicinisque locis præterire non debere. Illa, licet illubenter, temporis tamen angustia sic volente, consensit, atque sororis charissimæ filio mentis corporisque sanitatem longam, residuique itineris facilitatem, felicitatem summam precata, vale extremum dixit. Hoc unum ab ipso postulans, Dei omnipotentis timorem, & orthodoxæ Catholicæ religionis curam ne deponeret unquam: vicinam ædem sacram ne præteriret, à Deo supplicibus votis quæ sibi sinsque salutaria forēt, exposceret: Se non procul inde mox absuturam, precesque ac vota etiam sua pro ipso interposituram esse. Atque ita Carulus amantissimè à matertera dimissus est, qui cum ejus œconomo, comitatuque suo mox descendit è Palatio ad contiguum templum pietatis Austriacæ monumentum insigne. Ferdinandus enim Imp. Augustus templum illud cum collegio vicino structuræ elegantia è saxo quadrato valde conspicuum, statuis tabulisque pictis, ac vitreis fenestris eximiorum artificum, omnique ornatu interiore penitus augustum reddidit. Stant ante portas æditui, vitæ sanctitate & eruditione viri insignes ex ordine Patrum societatis Jesu, qui Carulo principi gratulantur adventum, & ducunt in cho-

Carulus princeps visitat materteram suam.

Templum Halense sumtuosum.

in chorum ante summum altare, ubi flexis genibus preces fundit. Et aderat jam in oratorio superiore, in quod è Palatio transitur, Regina matertera illius, Deo, virginique deiparæ matri, divisque patronis pro sororis filio piè supplicans. Ostendunt deinde sacerdotes æditui divûm reliquias, aliàque insignia templi ornamenta quævis, transeuntesque in ceimeliarchium templi, capsis opertis monstrant thesaurum sacrum rerum preciosissimarum omnium, apparatum videlicet divini ministerii ditissimum; donaria ex auro, argento, crystallo divorum reliquias conservantia, gemmis, sculptisque figuris artificiosis ornata, tabellas atque imagines pictas ex minutissimis plumis versiculoribus Indicarum avium ingeniosissimè conglutinatas, ut penicillo, coloribusque non possent artificiosius elaborari. Expromunt vasa omnis generis aurea vel argentea inaurata, sacris faciundis dicata, canthàros, calices, patinas, phialas, pelves, guttos thuribula, aliaque diversa cælatura gemmisque preciosis insertis potissimè fabrefacta. Aperiunt multiplicem synthesin vestimentorum sacerdotalium artificio, materiæ precio, & varietate concinnam; quò sacra obeuntium habitus pro festorum qualitate mutari subinde posset. Proferebantur pallia; chlænæ, dalmaticæ, zonæ humerales, ac brachialia ex aureo, argenteo, holosericoque panno, textilibus figuris aureis gravia, margaritis itèm ac unionibus intertextis planè rigida. Sed imprimis jucundum Carulo principi fuit, videre mundum muliebrem nobilissimum matris suæ, materterarum, aliarumque principum virginum digitis acu, & filo aureo, argenteo, sericoq; unionibus intertextis accuratissimè factum; dum ocium negotio pio, cultuque divino conterunt, & tempus ingenuo labore fallunt, donaria pulcherrima templo parantes. Placebant aulæa Milesia, cortinæ, vela, necnon altarium ararumque mappæ, mantilia, sudaria, & pulvinaria laboris ac precii inæstimabilis, & industria mira summoque ingenio elaborata. Omnibus hisce bene consideratis, eunt ad salinas, ubi salsos fontes è montibus vicinis per canales supra urbem ductos in aliena derivant amplissima. Subtus in fornacibus ingenti murmure strident & flammas excitant folles aquaria rota moti: atque sic ignibus excoquunt, & densant hircino sanguine infectam aquam, contisque sæpius motam penitus decoquunt,

Ornamenta templi.

Ceimeliarchium sacrum.

Mundus muliebris sacrorum ornamentorum.

Salina Halensis.

quunt, decocturam exsiccant, minuunt, atque in nivis candorem redigunt. Constipant deinde in alveis oblongis acuminatis, & in metas rotundas efformant. Singulare ac novum fuit, videre bajulos illos qui uno humero, cervice tantum supposita salis pyramidem trecentarum, quadringentarúmve librarum pondo leviter gestabant. Hinc pergunt ad Archiducis fabricam monetariam, uti novum nostri sæculi inventum formandæ monetæ viderent: nimirum quòd aurei, argentei, æreique nummi non flando feriundóve fiant, aut malleis cudantur, sed expedissimè prælis imprimantur. Aquaria rota impetu magno circumagit machinam ferream organo horologico non absimilem. Constat enim ex rotis dentatis multis sic inter se connexis, ut se mutuo impellant coactæ per rotam aquariam. Volvunt autem in medio machinæ junctos duos cylindros ex chalybe in summam duritiem temperatos. Quorum unus alteri superpositus est; & aguntur ambo simul rotis illis dentatis contrario motu adversum sese: ut superior deorsum, inferior sursum semper rotetur. In his cylindris artifice manu sunt insculptæ nummorum formæ vel characteres per circuitum, ea magnitudine & proportione, qua nummus justo cum pondere suo debet exprimi. Habet autem in circuitu suo cylindrus quilibet tot formas ejusdem nummi similes, quot pro sua spissitudine capere potest, easque nonnihil extantes cum marginibus acutis à reliqua cylindri superficie, quò possint superabundans metallum è cælatura separare, & è characteribus ejicere. In superioris cylindri formis cælatæ sunt cruces, aut principum imagines cum suis titulis atque parergis, quæ in uno numismatis latere debent exprimi. Sic in inferioris cylindri formis, quæ in altero latere: scilicet insignia Principum, aut civitatum, aut alia emblemata cum suis elogiis, & annorum notis, in quibus illa primùm moneta formatur. Jam verò cylindri tam aptè junguntur inter se, ut formæ æqualiter, & summa cum proportione simul inter volvendum conjungantur, nummique ab utroque latere perfecti figuram absolvant. Itaque nil aliud ibidem agit monetarius, quam ut laminas auri, argenti, ærísve, jam antea pro formandæ monetæ pondere, ac magnitudine præparatas in orbem euntib⁹ cylindris admoveat, & formis se claudentibus inserat. Mox formæ

Bajulorum robur.

Fabrica monetaria novi inventi, in qua nūmi prælis inprimuntur, non cuduntur malleis.

Organi descriptio.

formæ laminam à fronte suis characteribus velut dentibus apprehensam, attrahunt, deglutiunt, sensimq; devorant totam; & à tergo numismata perfectissimè expressa eodem temporis momento cum excrementis metalli superfluis evomunt, & in pelvim suppositam dejiciunt. Delectatur admodum hac consideratione Carulus Princeps, & gaudebat laminas ipse vel aureas, vel argenteas cylindris inserere, atq; brevissimo spacio decem aut duodecim perfectissima numismata perficere. Perlustrant deinde tabernas monetariorum omnes, & vident ubiq; Nymphas operariorum labores quosq; maximos gnaviter subire. Movent enim hic rotis aquariis folles, & flammas in fornacibus excitant, ubi metella liquefiunt, & temperantur; illic magno cum fragore plures malleos ordine, & vicissim incudibus quatiunt; uti faber artifex nil aliud habeat, quod agat, quàm uti metalla calida malleis subjiciat, & extrahat, versandoque in incude, in eam, quam velit formam, tenuitatemq; reducat. Laminas autem formis subjiciendas hoc ferè modo præparant. Certum pondus metalli puri catinis injectum liquefaciunt in fornacibus, adduntq; mixturam: auro argenti tantum, & argento tantum æris, quantum permittitur lege monetaria imperiali, vel decreto principis. aut civitatis, cujus impensis moneta formatur. Jam liquidum, ac ita temperatum fundunt in canales ferreos, & formant in bacillos bipedales; quos deinde, ut dixi, malleis subjiciunt, & extendunt in laminas crassas, aut tenues; latas, aut strictas, prout ratio, pondus, & magnitudo monetæ formandæ postulat. Itaque lamina facillimè formas supplet, & eo minus superflui reddit. Formæ vicissim tantæ perfectionis nummos proferunt, ut correctoribus parum negocii fiat, in iis ad æquilibrium, sive legitimum suum pondus per bilances redigendis. Rebus ibidem diligenter perspectis, cùm ex ejus diei itinere restaret adhuc miliare duarum horarum conficiendum, profectionis tempus adesse videbatur. Igitur vespere jam appetente, conscensis equis per Oeni vallem proficiscuntur Oenipontem. Comes Helfenstainus, qui Ferdinandi Archiducis absentis in gubernanda provincia vices tum gerebat, media ferè via magno cum equitatu venit obviam, senatum provinciæ, & aulæ præfectum cum

Tabernæ monetariorũ variæ in quibus operãtur aquarũ ministerio.

Laminæ metallorũ uti formis monetariis adaptẽtur, ac præparentur.

Carulus Oenipontem proficiscitur.

nobilita-

nobilitate Palatina secum trahens. Præses senatus (quem Cancellarium nunc appellant) ex more verba fecit, & Archiducis absentis, ac ordinum omnium nomine Carulo Principi lætissimum gratularur adventum; honorificisq, verbis offert omnia, Ad propria sua Carulum venire, utque hoc sibi persuadeat, Ferdinandum avunculum quàm maximè petere. Carulus Princeps cùm paucis & aptis verbis gratias egisset, cum eis pergit Oenipontem, & ductus in Palatium regio sumptu splendidè cum suis excipitur, atque tractatur. Postridie manè, cum interfuissent sacro, reliquum antemeridianum tempus consumunt in perlustrādo Palatio, quod antea tot Cæsarum Austriacorum fuerat domicilium. Vident atria; cameras, porticus, sacella, xystos supellectile regia, aulæis, picturis, ornamentisque omnibus instructissimos: hortos artificiosis fontium scaturginibus amœnos. Imprimis autem Carulo gratum fuit, in spacioso pulcherrimoq; cænaculo cernere generosam illam Austriacam sobolem, & affinitates Ferdinandi Augusti, florentissimos ævi nostri Principes in tabulis ad vivam effigiem Titiani peritissimi pictoris ingeniosa manu coloribus imitatos. Jucundum illi fuit inter hos agnoscere parentes in habitu nuptiali, videre tanquam redivivos & præsentes avum D. Ferdinandum cum Anna fœcundissima conjuge, avunculum magnum Carolum V. Aug. cum Leonera Emanuelis regis filia: & ejus filium Philippum cum Maria, Henrici Angliæ regis F. Maximilianum avunculum cum altera Maria Caroli V. F. Considerare juvabat pellitum Polonum Sigismundum regem, potentem Etruriæ ducem fulgentibus in armis Alexandrum; materteras, & affines alios principes, quos antea non viderat. Hinc adscendunt in armamentarium Palatii, ubi per spaciosa tabulata monstrant armorum, telorumque omnis generis multiplicem copiam, exuvias, & hostium spolia insignia, Persicos acinaces, sagares (ut nunc etiam vocant) Schyticas, samateras Dacicas, sarissas Macedonicas, Ithyrejos arcus, & sagittas, nec non pharetras variis picturis & coloribus ornatas. Sed imprimis placebat equestrium statuarum turma barbarorum principum ac ducum veris armis, ac spoliis opulentissimis instructa, & visebantur in suo singuli apparatu bellico, vestituque militari Numidæ, Mauri, Parthi, Thraces

Palatium.

Imagines domus Austriaca, & affinitatū Ferdinandi Aug.

Armamētariū Palatii,

Thraces, Thessali, Pannones, cataphractique Germani. Sumpto deinde prandio, descendunt è Palatio in urbem, ut viderent Patrum Societatis Jesu cœnobium, & Franciscanorum monasterium vicinum cum templo pulcherrimo, religionis, ac pietatis opera magnifica, quæ D. Ferdinandus Aug. è quadrato saxo magnis impensis construxerat. Præter alia templi ornamenta imprimis conspicuum fuit in ejus medio intrantibus obvium Imp. Maximiliani primi monumentum, artificio, signis, & marmorum variorum precio sumptuosum & augustum, quod avo pii nepotes Carolus V. & Ferdinandus Augg. posuêre. Morantur advenarum atque intuentium oculos artificiosissima signa, imagines, ac tabellæ in lateribus monumenti ex Pario marmore, in quibus ejusdem Maximiliani Augusti res pace belloque præclarè gestæ opere sculptili pulcherrimè repræsentantur; Circūstant ab utroq; monumenti latere per intercolumnia templi veterum Austriæ domus heroum humana statura majores, immo decempedales æneæ statuæ ad vivum in habitu atque armatura antiqua pro more cujusq; sæculi factæ, cum titulis, & elogiis suis, haud mediocrem majestatem præ se ferentes. Has dum considerant diligenter, suspexit imprimis Carolus Princeps Gotefredi Bullionii Palæstinæ ac Hierosolymorum primi Christiani regis spineam coronam. Et cùm causam rogaret, respondereturque, fortissimum illum atque piissimum Principem post præclaras victorias, quibus Syriam, & Palæstinam Turcis ac Saracenis eripuerat, Hierosolymam ceperat, à confœderatis Christianis principibus cunctis uno consensu in ejus urbis, devictarumq; provinciarum regem electum fuisse; principesq; confœderatos ipsum renitentem humeris sublatum ad sacrosanctum Christi sepulchrum portasse, ut ibi inter Missæ solemnia coronam atque insignia acciperet; Regni quidem novi gubernacula consensu victum Gotefridum tandem acceptasse; coronam tamen, atq; insignia regalia accipere prorsus detrectasse; quòd indignum ac nefarium judicaret, hominem in ea urbe incedere aurea insignem corona, in qua rex regū Christus pró nostra salute spineam gestasset. Ejus igitur tam piæ modestiæ ptopter memoriam optimè meriti principis statuas spinea corona posteros decorasse. Et « nobilissima quidē, adjecit Carulus, omnibusq; maximorū « Regum

Tēpla palatio vicina.

Sepulchrū Maximiliani I. Imp. Aug.

Aenea heroū statuæ.

Gotefredus Bullionius cum spinea corona.

Caroli dictum,

" Regum atque Imperatorum diadematibus aureis, gemmeísve meritò præferenda. Posthæc equis extra urbem non
" adeò procul provecti sunt in Mulbach, ubi in armamentario principum in Oeni insula sito monstrantur machinæ bellicæ, & ænea tormenta vastæ magnitudinis, ac ponderis ingentis, quibus propugnacula. muri, & turres expugnantur, urbes evertuntur. Vident ferrarias * officinas, & fabricas; in quibus thoraces, galeæ, clypei, ocreæ, & ferrea indumenta quævis cuduntur, poliunturque nec non in quibus ferreas fistulas formant, ac terebrant, per quas plumbeos globos, pulvere sulphureo prius injecto, summa vi torquent in hostes, equos, hominesq; cataphractos facilè prosternunt lethali vulnere. Inde pergunt simul ad villam vicinam Ferdinandi Archiducis suburbanam, quæ cum triplicibus antiquorum Romanorum villis opulentia & magnitudine certare potest, positam in clivo sub montium jugis altissimis in Oeni valle, & occupantem peramplā latifundia. Etenim præter rusticas & fructuarias suas stationes, habet in colle positum Palatii instar prætorium, ut veteres appellabant, villámve pulcherrimam, elegantia structuræ, situs amœnitate, picturis, regiæque supellectilis nitore prorsus urbanam: Quam idem princeps exstrui curavit, sibi aulicæque universæ cohorti suæ ad æstivandum commodissimam. Circumducitur igitur Carulus Princeps per diversas ejus regiones. Hinc ostenduntur in clivis ac vallibus stagna, piscinæ, lacus, & vivaria nobilium piscium; illinc vineæ, pomaria, silvæ, leporaria, saltus, & ferarum vivaria. Ascendunt deinde in prætorium, & ejus structuram, commoditatem, apparatusque elegantes perlustrant: atria, porticus & triclinia, aulæis, signis, & tabulis pictis ornatissima. • Vident in aula perampla comitum Teriolanorum ab initio ad nostra usque tempora successionem, cum elogiis rerum gestarum cujusque principis. * Vident gynæceum cubiculis variis pulcherrimè distinctum, hortos pensiles, & aviaria æneis retibus conclusa. Item armamentarium in superiore tabulato spaciosissimum, in quo tanta vis armorum, atque telorum omnis generis erat congesta, ut ex eodem, velut ex equo Trojano, cohortes aliquot armatura plena instructæ brevi spacio possent erumpere. Hinc ducitur Carulus è prætorio in loca circumjacentia, & ostenduntur paradro-

Armamentarium in Oeni insula.
** Fabrica & ferraria officina.*
Villa Ferdinandi Archiducis.
Prætorium.
Stagna.
Comitum Teriolanorum imagines & elogia.
** Gynæceũ.*
Armamentariũ.
Paradro-mis.

paradromis equestris, stadium, sphæristerium;& alia septa in quibus juventus nobilis solet exercitari. Transeunt deinde in hortos excultissimos, ubi visuntur paradysi, labyrinthi, & Nympharum diversa sacella fontibus artificiosis irrigua; quorum scaturigines multas variis in locis abundè suppeditant torrentes è vicinis montibus per subterraneos tubulos ducti. Placent hypæthræ, & subdiales cœnationes topiariis pulcherrimis vestitæ, & imprimis illa rotunda ad radicem vicini montis, in cujus medio mensam acernam rotundam simul cum convivis assidentibus aquariæ rotæ sub cænatione laborantes, vel leniter, vel raptim circumagere, & convivas, si ita placeret, vertigine inebriare poterant. Ducuntur hinc ad Liberi Patris sacrarium, ubi mysteriis initiari advenæ solent. Spelæum est ingens in rupibus, amplum, & obscurum, in quod pluribus saxo excisis gradibus descenditur. Mirantur peregrini capacissima vasa vinaria, & nobilissima Bromii dei multiplicia dona haud gravatim libant, per quæ cura fugit. Non prius tamen se sentiunt impeditos, quàm cùm regredi volunt. Tum intelligunt primùm Dithyrambi Dionysii numen, ac pedicas in obscuro positas; cancellisque obseratis, exitum non inveniunt. Confestim præsto sunt sacrorum callentissimi hierophantæ, cum scyphis decumanis ferè congialibus; quorum antistes ritualem profert codicem, & ex eo legit Bromiam legem ab antiquo Germanis populis in hisce mysteriis solemnem.

Paradromis. *Horti.* *Cænatio rotunda.* *Bacchi spelunca.* *Bromia lex.*

Hospes advena Liberi Patris adytum ne
prophanus egreditor, Tauricornis
dextram ne provocato. At eius sacris lubens initiator;
Meri optumi craterem acratophorum
haustu pollentipotenti polluceto Initiatus
nomen tuum in Orgiastarum tabulis adscribito.

Bacchus tauricornis.

Hinc ducuntur initiandi non ad aram Tauricam, sed ad mensam eduliis & mariyis sitim provocantibus plenam; ubi cùm ingentem unico tractu pateram evacuarint, jam initiati inter Orgiastas in codice rituali mox adscribuntur. Princeps Carolus cùm cæremoniis pro modulo suo satisfecisset, cohortis suæ reliquos omnes animadvertere gaude-

Orgiastarũ liber ritualis.

L bat, &

bat,&unumquemque in scypho immani egregiè sudantem. Ex generosa illa juventute quidam indolis prorius Germanæ, animoque magno, legi haud difficulter satisfaciebant, ad unguem exhausto poculo, moxque digni qui adscriberentur choro Bacchantium Evantum judicati sunt. Quidam turgidis oculis, guttureque distento nimios labores suos prodere cogebantur. Alii in medio certamine tanquam arietis ictu valido repulsi sistere,& mattyis fauces exsiccando vires recolligere. Et ne tanti decoris lauream amitterent,ut athletæ fortes, sublimibus ausis bis terve,quaterve vires experiri; sæpiusque repletam, ac redundantem pateram non sine magno lucro tandem fortiter exuperare. Corona Pighius in ipso fervore sui conatus deficiente spiritu, herbam porrigit, affatim ridente Carulo: conquestusque de impotentissimi haustus nimia difficultate, protestatur,ideoque nequit initiari. In hunc ferè modum, multis rebus visis, jucundè transacto die, cùm jam vesperasceret, conscensis equis ad urbem revertuntur cænatum in Palatio. Sequenti die, qui venationibus erat destinatus, summo mane provecti sunt equis rursus ad aliquot milia passuum extra urbem ad ferarum vivarium; ubi in Ferdinandi Archiducis æstivo prætorio picturis ac fontium elegantia conspicuo prandium parabatur; dum Carulus Princeps aliique leporum, cervorum, hinnulorum, dorcadum, ac caprearum greges perlustrant, & canibus eos per sylvas agitant. Maturant deinde prandium: nam cupidus admodum erat Carulus videndi venationem rupicaprarum, ut Plinius eas feras appellat, & ibicum in altis alpium scopulis prius non visam. Capræ feræ sunt villaticis majores in montium jugis degentes, etiam inter nives illas perennes: amant enim frigora, & caloribus excæcari ferunt. Pilus eis æstate rubescit, colore tamen subnigro: hieme ad fuscum vergens aliquantum canescit. Et certum est, colorem eis per anni tempora mutari. Totæ albæ interdum, sed rarissimæ conspiciuntur. Cornua rupicaprarum nigricant novem & decem circiter digitos longa, ferè solida, & teretia exurgunt à fronte expanduntur que sensim æquis undique intervallis, sed in acumine supremo prorsus adunca sunt hamorum instar, quibus se retinere possunt, dum per saxa devexa feruntur. In ædibus hominum lautiorum parietibus

Vivarium ferarum.

Rupicaprarum & ibicum venatio.

Rupicapra descriptio.

bus affiguntur deorſum verſa, ut ex eorum uncis quid ſuſpendi poſſit. Ceterùm ibices habent cornua ponderoſa & vaſta, in dorſum recurua ac repanda, ſedecim aliquando librarum: quæ per ſingulos annos creſcunt uno internodio, unde nunc capricornos etiam appellant. Eſt autem miræ pernicitatis utrumque genus, & tranſilit agilitate ſumma per rupes ac ſcopulos, etiam longè diſtantes: nec ullum ſaxum tam præceps & altum eſt, in quod illæ feræ non poſſunt tranſilire, modò tantum ſcabroſitatis reperiant, in quod ungulas figere poſſint. Actæ à canibus gregatim fugiunt in ſummas rupes canibus impervias, & in abrupta ſæpè loca, è quibus regredi aut effugere nequeunt. Ibidem vel tormentis aut ſagittis à longè feriuntur, vel eò venatores funibus per vicinos ſcopulos ex alto demiſſi, aut ſcandendo, rependoque per montium latera penetrantes contis præferratis illas conficiunt, & ad ima præcipitant. Venatio hæc quidem jucunda eſt juventuti nobili; ſed multis laboribus & periculis conjuncta. Eamque ob cauſam principes ad hanc venationem exercent inalpinos ruſticos ac caprarios eosque juvenes, audacia & corporis agilitate præſtantes, & montibus adſuetos. Armantur haſtilibus longis utrinque præferratis & àcutis, quibus & feram vulnerare, & corpus erigere ſcandendo per abrupta poſſunt. Sub pedibus nectunt laminas ferreas claviculis acutis dentatas, quibus greſſum tutius figunt inter iniqua & ſcabroſa ſaxa; ſimilesque laminas etiam aliquando, cùm rependum erit, alligant ſub genibus. Contra vertiginem capitis utuntur herbæ cujusdam radicibus, quæ in montium cacuminibus naſcitur inter nives & ſcopulorum rimas; pharmacopolarum vulgus Doronicum appellat, & eſt ſaporis admodum dulcis. Venatores Germanica lingua Gemſſenwurtz / hoc eſt, rupicaprarum radicem vocant, quod ejus virtutes paſtu ſuo capræ montanæ prodiderint. Feram aggreſſuri in anguſtiis deprehenſam, hoc ſummoperè curent venatores adeundo neceſſe eſt, ut preſsè ſemper corpus rupi, aut parieti montis applicent. Cùm enim exiguum ſpacium inter ſaxum, ac hominem videt, cum impetu mox per illud tranſilire conatur, & venatorem impulſum præcipitat. Si nullum intervallum apparet, abjecta ſpe fugæ loco manet, & facilè vel capitur, vel occiditur. Juxta Cirellum pagum Auguſtana

Ibicum deſcriptio.

Venatio.

Remedium contra capitis vertiginem.

Cirellum.

gustana via trium ferè horarum itinere ab Oeniponte montes sunt his venationibus oportuni, ubi imminent viæ militari in cælum erecti scopuli abruptissimi murorum solidorum ingentium forma; montium parietes idcirco voçant. Ad quorum radices in rupe non alta supra viam principes Austriaci domum habent venatoriam cum porticu, unde prospici commodè venatio à longe potest. Eò mox post prandium sumptum profecti sunt. Venatores ex more præmissi diversis itineribus ad dictos scopulos rupicaprarum greges aliquot è sylvis ac montium vicinorum jugis canibus actos compellebant. Jucundum erat eas cernere per rupes & saxa salientes, ac in eam altitudinem scandere ut visum fallerent, exiguique cuniculi viderentur esse. Cùm venatorem supra se cernerent, summa pernicitate ferebantur deorsum per devexa, præcipitesque devolvi videbantur. Quædam fugiebant ad inaccessam montis cavernam, ex qua magno æneo tormento ad usum eum parato, crebrisq; globorum ferreorum ictibus expelli non potuerè. Unam venatorum præfectus quidam Hispanus, qui Carulo principi tunc aderat, oblongæ bombardæ primo jactu in altissimo loco stantem transfixit, & fera plumbeæ glandis ictu perculsa subsiliens veluti ex alta turri trecentarum amplius passuum per aëra vacuum devoluta ante pedes Caruli principis decidit exanimis. Ceteræ in tantam altitudinem per scopulos fuga elabuntur, ut nec ipsæ, nec venatores amplius videri possent. Monstratur non procul inde Carulo loculus in sublimi rupis pariete in quadrum excisus, & in eo posita imago crucifixi Servatoris nostri lignea, altitudinis, ut ferunt, quadraginta circiter pedum, quæ ab imo cernentibus vix bipedalis apparet. In memoriam rarissimi casus ibidem positam esse non dubitans, rogat eundem declarare velint. Exponitur ei confestim, quo pacto Maximilianus Cæsar Friderici Aug. F. abavus ipsius imperito prorsus ardore, juvenilique nimia audacia feras istas insectando (ut cacoëthes illa venandi in adolescentibus principibus plerumque vehementer flagrare solet) eò loci evasisset; unde nec referre pedem, nec ulterius progredi posset, nisi in præcipitium. Stabat attonitus in abrupto loco infelix ille princeps, temeritatem suam culpans ipse, famis diræ longa tabe, vel morte violenta vitam ibidem finiturus. Stupebat animus, horror &

Venatoria domus.

Locus ubi Maximilianus Friderici F. Cæsar deprehensus de vita desperare cæpit.

tremor

tremor artus occupaverant, & obversatur ubique tristissima mortis imago. Si altum respicit, nivosa cacumina & scopulorum ingentes minæ capiti imminent, & ut Silii poetæ verbis dicam:

——————— *caligat in altis*
Obtutus saxis, abeuntq; in nubila montes,
Sub pedibus occurrunt, tartareus veluti abyssus,
——————— *& regni pallentis hiatus*
Ad manes imos, atque atra stagna paludis,

A tergo & lateribus Marpesiæ cautes non ferro, non flammis, non aceto Punico domandæ viarum accessus occludebant. Nec funes aliáve instrumenta, quibus extraheretur à periculo, ad ipsum alicunde protendi poterant, nec semita quæpiam lapicidarum labore menstruo parari. Stabant gregatim hinc inde comites ac ministri, consilii prorsus inopes, dominumque suum miserum à longè non sine lachrymis prospectant, quem juvare non poterant. Ipse autem cùm jam noctes atque dies integros duos in tam afflicto statu continuè permaneret, nec ulla salutis spes residua videretur esse: mortalis hujus vitæ cupidinem pius princeps abjicere, & qua ratione tutius beatioris vitæ cœlestem in locum transire posset, cogitare cœpit. Appellat magna voce suos, jubetque ut quamprimum sacerdotes sacrosanctam dominici corporis eucharistiam adferrent, & è viciniore, quo possent, loco sibi monstrarent; ut quando corpus mortali cibo reficere non daretur, saltem oculos à longè mentemq; immortali viatico, quantum concederetur, nonnihil muniret, Deumque servatorem suum præsentem adoratione postrema reconciliare sibi posset. Satisfactum tam pio Principis desiderio quam diligentissimè. Sed luctus interea magnus per universam provinciam spargitur, fama tã acerbi casus divulgata. Delphorabant parentes dilecti ac unici filii sortem infelicem, & infaustam orbitatem detestabãtur. Curia, senatus ac ordines universi crudeli fato spei optimæ principem adolescentem sibi sublatum mœrebant. Populus omnis publicè vota pro principis sui salute suscipiebat; in urbibus oppidisq; singulis templa atque ædes sacras, magna utriusque sexus frequentia supplex circuibat, iram divi-

Dominici corporis sacramentũ Maximiliani Cæsari ostensum.

Vota pro salute principis.

Deum precibus ac votis flecti. divini numinis deprecando. Flectere cœlestium iram mortalia vota, piasque preces; veluti miraculo quodam tum enituit. Cùm enim jam ope destitutus humana Maximilianus in scopulo, cura fragilis vitæ prorsus abjecta, nil aliud quàm immortalitatis, Deique servatoris sui contemplatione semet occuparet, audit non procul à se strepitum; circumspiciensque videt arreptare per rupis costas juvenem quendam ignotum, habitu rusticum, dimovere ingentia saxa, & callem parare. Qui cum ad ipsum accessisset, porrecta dextera, Macte, inquit, animo, virtuteque tua Princeps, vivit & adest qui te servare potest; depone metum inanem, & me sequere, actutum te in tutiora loca traducam. Uti sol per densas nubes clarior emergit, ita mox anxii pectoris angore deterso serenior rediit animus, confidenterque ducem sequitur. Et paulò post in patentiore via positus, semet ex Orci faucibus ereptum videt, liberatorisque sui industriam non satis admirari potest. Ad descendentem deinde fit magnus comitum ministrorumque nobilium concursus, ubi inter congratulantium turbas ducem suum perdidit. Pallidus, & inedia languidus excipitur equo, domumque cum summa lætitia à suis reducitur, luctu publico confestim in maximum gaudium converso. Postero die cùm læti patris edicto promulgato dux ille ubique terrarum quæreretur, quo premio, merito posset honorari, nec diu quæsitus inveniretur; cognitum pariter, & vulgò creditum est, Evangelum custodem, bonúmve Genium fuisse, à Deo missum, ut adolescentem principem ad maxima reip. Christianæ commoda, & ad Austriacæ domus incrementum grande ab immatura morte servaret. Quam opinionem postea res ab ipso præclarè gestæ plurimum confirmarunt. Ad rei memoriam pius Princeps semitam lapicidarum labore muniri, & in eodem periculi sui loco crucifixi Servatoris nostri imaginem conspicuam è via poni curavit; uti peregrinantes divini auxilii gratiam vbique piis esse paratam in periculis, inde cognoscerent. Hanc Maximiliani Cæsaris fortunam Germanus poëta quidam non indoctè sic attigit in Hodœporico sive Itinerario suo:

Quo pacto mortem evaserit è scopulo ereptus Maximilianus Cæsar.

Evangelus custos.

Postera rore levi virides Tithonia campos
Sparserat, ad scopulum cursu pervenimus altum.
Hic ubi se stratus ter Maximus Æmilianus

Al a

Altæ in rupe capras, finisset turpiter ævum;
Ni Deus ad maiora virum servasset, opemq;
Auxilio agricolæ penè ipsa in morte tulisset.

Meminit item Georgius Sabinus in Itineris Italici Hodœporico suo his versibus:

Iamq; tenebamus, qua spumifer æstuat Oenus
Ardua carpentes sub iuga montis iter.
Cuius in abrupto per noctem vertice Cæsar
Dive tuus quondam Carule sedit avus.
Sylvestres quando capreas, damasq; bicornes
Ausus in aerea figere rupe fuit,
Culmen & adscendit iuvenis temerarius, unde
Cùm vellet, potuit non revocare gradum.

Carulus ad istam narrationem hæsit attonitus, plus fellis, quàm mellis eas venationes habere dictitans; & ulteriore hujus exercitii cura deposita, non diu postea cum comitatu ad urbem reversus est. Altero die, qui Michaëli Archangelo sacer erat, summo mane paratur discessus, & profectio. Cúmque jam omnia essent in procinctu, audito Missæ sacrificio, & prandio leviter sumpto, denuò iter aggressi sunt. Prosequitur abeuntem Carulum Comes Helfenstainius præfectus cum præcipua Ferdinandi Archiducis nobilitate, educitque usq; ad secundum ferè lapidem: tum descendunt ex equis, ut viderent antiquissimum ad sinistram viæ positum cœnobium nomine Wilthaimum, à ferarum lustris ita nuncupatum, in quibus fundatum ab initio fuit à quodam Haimone monstrosæ magnitudinis gygante, cujus ibidem adhuc ossa, & sepulchrum in templo visuntur inter alia vetustatis summæ monumenta. Monstrant etiam monachi Carulo Principi draconis ingentis osseam linguam longitudinis unius ulnæ, gladii ancipitis forma, mucronatam: Quam beluam in vicinis sylvis Haimonem illum occidisse ferunt, eamq; historiam elegiaco carmine descriptam ostenderunt. Pleriq; fabulam autumant, & marini monstri spinam acutã, vel Xiphiæ piscis rostrum mucronatum esse volunt: quem naves eò perfodere in Oceano navigantes, ac mergere, ut submersos devorare possit, Plinius ex Trebio Nigro refert,

Wilthaimum monasterium. *Haimo monstrosæ magnitudinis vir.* *Xiphiæ piscis rostrũ.*

& Olaus Magnus in historia rerum Septentrionalium confirmat. Fidei arbitrium penes lectorem maneat. Visu etiam dignus fuit calix inauratus argenteus, cum patina ejusdem operis ac materiæ, sculptura vetusta & insigni, multis versibus mysticis inscriptus, quos Carulus exscriptos sibi communicari petiit. Stabat columna miliaria ante portas cœnobii insculpta literis antiquis, quæ docebant, viam militarem ex Italia per Alpes Augustam versus illac ductam olim fuisse, & anno urbis conditæ DCCCCLV. L. Annio Fabiano, & M. Nonio. M. F. Muciano consulibus, ut tituli demonstrant Imperatorum, sub Septimio Severo restauratam in illo montium tractu per milia passuum CX. ex eadem inscriptione cognoscimus, quæ talis est:

Calix literatus.

Columna miliaria Via Romana.

IMP. CÆS. L. SEPTIMIUS. SEVERUS
PIUS PERTINAX. AUG. ARABICUS
ADIABENICUS. PARTHICUS. MAX.
PONT. MAX. TRIB. POT. VIIII. IMP. XII.
COS. II. P. P. PRO. COS. ET. IMP, CÆS.
M. AURELIUS. ANTONINUS. PIUS. AUG.
TRIB. POT. IIII. PRO. COS. ET. IMP.
P. SEPTIMIUS, GETA. ANTONINUS
VIAS. ET. PONTES. REST. AB. AUG.
MIL. PAS. CX.

His perlustratis, ad equos redeunt, & Carulus præfectum, reliquamque nobilitatem non ulterius progredi est passus: verum accepta discedendi licentia, valedictis omnibus, profectionem rursus aggreditur, eodem die tribus confectis per aspera saxa miliaribus, Steinachii, in oppido exiguo pernoctavit. Postridie per juga Rhætica, profundasq; montium valles iter faciunt, & ad Pyrenæi montis radices, vident in via columnam cum ærea tabula erectam, in qua pulcherrimè sculptura repræsentatur duorum fratrum maximorum Imperatorum eo loci congressus lætissimus, Caruli V. videlicet per Italiam ab Africana Tuneti expeditione redeuntis in Germaniam ad Imperii res post longam absentiam constituendas; & Ferdinandi Cæsaris fratri desideratissimo, quem à multis annis non viderat, cupidissimè obviam occurrentis. Gaudebat Carulus avunculi magni, aviq; materni fa-

Steinachiū.

Congressus duorum fratrū Imperatorum.

ni factas ad vivum effigies, & alacres gaudio vultus cernere, & varios asseclarum principum, pro cujusque more gentis, habitus recognoscere manu artificis eleganter imitatos. Mentionem hujus etiam columnæ facit Germanus ille poëta in suo itinerario his versibus:

Hic post longa duo congressi tempora fratres
Carulus Hesperiis victor, Ferdnandus Eois;
Cum patriis cuperent propellere finibus hostem
Ismarium, atq; Ducum longas componere lites.

Postea transcendunt vasti Pyrenæi saltus ac scopulos, Prennerum montem nunc appellant Germani: **Pyrenæus Mons.**

Cui nive tincta coma est, glacie riget aspera barba.

Ut idem poëta cecinit. Glacie ac nivibus perpetuis horret semper, & ejus cacumen scopuli è nivibus prominentes acuti cingunt in coronæ speciem. Metallorum omnis generis est ferax, nec aceolarum crebris fodinis potest exhauriri. Exuperato Pyrenæo, Carulus cum suis pridie Kal. Octobris Stercingum vesperi pervenit, Stiriacum nonnulli vocant **Stiriacum.** oppidum, argenti fodinis celebre nō minus quàm Suacium in Oeni valle. Ibidemq; comiter excipitur. Kalendis autem flumina cœpit habere secunda, & cum iisdem ex Alpibus **Athesis** descendere: & fontes Athesis fluminis à sinistris relinquens, **fontes.** qui non inde procul oritur ex lacu Gravensi: Teriolos prætergreditur, castrum olim regale, veluti Munsterus annotavit, & antiquissimum, quod ditioni ac provinciæ Teriolen- **Teriolensis** si nomen dedisse videtur. Stante adhuc Imperio, Romani **præsidium.** perpetuo tenuere locum præsidio, atq; in postrema provinciarum ordinatione legionis III. Italicæ transvectioni specierum deputatæ præfectum cum tribuno cohortis ibidem **Legio III. Italica.** habuisse stativa, docet antiquus ille liber Notitiæ provinciarum Romani Imperii. Brixinam deinde contendit Carulus **Brixina.** per saltus, & salebrosas Alpium cautes. Cujus adventum præsenserat coadjutor Ottonis Madrucii Cardinalis Tridentini consobrinus N. vir summæ humanitatis atque virtutis, ejus urbis episcopatum administrans. Venit igitur illi obviam cum nobilium comitatu ultra miliare, atque tesseram

 hospi-

hospitalem amanter præsentans, deprecatur injuriam, atq; obtestatur, ne quod diversorium suis ædibus præferret. Carulus rusticam morositatem fugiens, haud illubenter semet votis egregii principis accommodavit, & cum eo ad urbem, atq; Palatium profectus est: ubi omnia lauta, commodumque sibi, suorumq; præcipuis paratum hospitium repperit. Sequenti mane templum, urbem, atq; Palatium cùm perlustrasset, atque interfuisset rei divinæ: sumpto in procinctu prandio, magnoperè gratias egit hospiti suo, atque eodem humaniter aliquandiu extra urbem prosequente, suum iter continuavit, alteroq; pòst die per Athesis valles, & Alpium laxiores rupes Pozzenum appulit, municipium perlautum, ac opulentum emporio. Nam statis anni temporibus celebrantur ibi nundinæ ob loci oportunitatem, quibus eò confluunt mercatores ex Italia, Galliis, Germania, & Illyrico. Itali mutata nonnihil voce, Bolsanum nunc appellant. E quo ut Carulus princeps descenderat: confestim in ejus hospitio fuit præsto Venetorum tabellarius, equis dispositis obviam ea via missus, adferens ei literas rectorum Veronensium. Sic enim nunc appellant summum magistratum, qui duo Venetorum nomine procos. cum potestate ejus urbis rempublicam administrant. Scribunt, mandatum se habere à Serenissimo principe senatuque Veneto, ut longè expectatum Caruli principis adventum observarent, explorarentque per Alpes, quanam via Venetam intrare ditionem vellet: Curam impositam ubique magistratibus esse, ut ipsi, comitatuique suo hospitia commoda, ceteraque quæ ad itineris conficiendæ facilitatem spectare viderentur, quàm diligenter procurarent. Hoc imprimis admonerent principem, uti Tridentum urbem infamem peste, quantum posset, vitaret; tabem illam propagari etiam in vicinos pagos: Deflecteret igitur potius alio versum, ne quid difficultatis, impedimentive profectioni ipsius interponatur. Jam enim legibus & edictis publicis per Italiam esse cautum, ne Tridento, locisve de peste suspectis aliis venientes in urbibus admitterentur. Si rectà descendere in agrum Veronensem vellet, obituros ipsos provinciam suam, curaturosq; uti pro dignitate sua exciperetur, tractareturque. Carolus lectis literis Pighium suum mox rescribere jussit, sibi peracceptam esse Serenissimi Principis atque senatus sollicitudinem, & magna

Bozzenum.

Rectores Veronensium per literas invitant Carulum principem.

Lex Valetudinaria.

magna gratitudine ipsi compensandam videri. De pestis autem difficultate jam se prius admonitum fuisse, ideoque etiam constituisse, Tridento declinato, per compendiu proficisci Tervisium, atq; inde rectà Venetias. Non esse igitur, quòd expectetur ea vice Veronæ, aut quòd suam ob causam molestiæ quippiam Rectores ibidem sumant. Benevolentiam ipsorum animiq; promptitudinem officiis omnibus æquiparare se, debitamq; vicissim, occasione oblata, favoris sui promptitudinem eosdem semper reperturos esse. Altero die Carolus Novum forum progreditur, atque sequenti pòst per Athesis ripas profectus ad Nevesum amnem subsistere cogitur in pago ejusdem nominis obscuro. Nam in itinere curruum unus cum impedimentis & supellectile principis aliorumq; nobilium aurigæ incuria prolapsus in Athesim fuerat; propterea necesse fuit, supellectilem omnem è capsis & culeis depromere, expandere, & ad ignem siccare. Tempestates insuper, cõtinuæq; pluviæ supervenientes majora deinceps impedimenta suggerebant. Etenim fluvii repente (ut inter montes plerumque contingit) intumescentes alveis egressi vias ac pontes subruere, & evertere; ut pluribus diebus transitum negarint. Nevesus autem è Carnis Alpibus prolapsus, atq; arctos scopulos ibidem egrediens, magno cum impetu noctes atq; dies immania in fundo volvebat saxa, tantoq; cum fragore inter se collidebat, uti Gygantum pugnas, aut Cyclopum in antris Vulcaniis malleos, aut mugitum terræmotus subterranei ingentem audiri à longe, peregrino cuivis persuaderi facilè posset. In eo igitur rerum statu necesse fuit ibidem aliquantisper quiescere; & equos difficili & iniquo itinere vehementer fatigatos refocillare. Pridie Nonas Octobris appulit alter Venetorum tabellarius, qui altiore via per circuitus montes superarat, qua curribus transitus non dabatur. Se à limitum præfecto, qui stativa Primulani tenebat, emissum dixit, uti exploraret, num per illum tractum intrare ditionem Venetam Carulus Princeps vellet. Rogat igitur, quanam via, & quando venire deberet: præfectum in mandatis habere, hospitia, commeatum, currus, equos, navigia, in promptu ut haberet; vias, ac pontes aquarum vi interruptas reparari juberet, omniaq; ad facilitatem profectionis ipsius necessaria diligenter curaret. Dimissus est tabellarius cum tali responso: Principem paucis

Novum forum.

Nevesus amnis.

Officiosa Venetorum magnificentia.

forte

fortè diebus ibi moram tracturum, donec flumina desiderent,& transitum curribus tutum darent; tum recta Primulanum venturum. Sperare ipsum, non opus fore, uti præfectus in curribus aut equis procurandis molestias sumat; provisum ei de omnibus esse. Si viæ interruptæ, ubi periculum est,nonnihil reparari possent, id gratum fore. Interea Carulus, ne ocio desidetempus illic tereret, rationes menstruas impensarum in itinere factarum cum œconomo suo atque dispensatore recognovit, & itineris sui acta ex ephemeride in tabellas rettulit. Insuper cum Pighio formulas alloquendi, respondendiq; summo Pontifici, Cardinalibus, Principibus Italiæ, & absentum oratoribus Latino, ac vulgari idiomate Italico meditatus est,quo promptior in differendo fieret. Nõnunquã cessante pluvia cum cohorte juvenum nobilium suorum exercitandi corporis caussa deambulabat ad aliquot stadia, vel in montium juga scandebat, unde Tridentum à longè, vicinaq; circum castella conspicere posset. Rationibus recognitis, visum fuit præmittere dispensatorem Venetias, qui diversorium principi, suisque locaret; vina, carnes, pisces, ceteraque ad victum necessaria compararet; Mestresii in continenri stabulum, & pabulum equis procuraret. Non diu hic in urbe quamvis populissima, latere potuit. Edicto namque gravi cautum erat, Tridentinæ pestis ob causam, ne quis hospitem advenam tecto reciperet, qui sui adventus causam prius non declarasset, nomenque suum, ac documenta unde venisset certa, ad valetudinarios magistratus non attulisset. His impositum fuerat, uti quamprimum senatui indicarent, si quispiam è familia Caruli principis appulisset. Ut igitur intellectum, dispensatorem ejus adesse diversorii quærendi caussa: ad cum confestim principis jussu missi sunt, qui mandarent, ne quid superflui sumptus faceret; senatum populumque Venetum velle Carulum principem amico liberoque hospitio excipere, & pro majorum suorum meritis, reipublicæq; magnificentia tractare. Ducunt igitur eum ad præparatum cum Carulo hospitium, Urbinatis nempe Ducis Palatium amplissimum,ac omni luculenta supellectile opulenter instructum, in quo commodè digneque magnus quilibet princeps excipi cum suo comitatu posset. Monstrant omnia ad victum necessaria in promptu esse: aperiunt atria. porticus, cænacula statuis, picturis,

Caroli statio ante Alpes.

Venetorum civilitas egregia.

Valetudinarii magistratus, quos procuratores sanitatis appellãt.

Palatium Ducis Urbinatis.

picturis, aulæis auratis ornatissima, cubicula lectis, thoris, sedilibus, stragulis, auro, argento, holosericoq; splendidis, omniquc sumptuosissimo apparatu instructa: jubentq; , ut ipse designaret principi, cohortiq; suæ universæ singulatim suas mansiones; si non sufficeret Pallatium illud, fore paratas ædes vicinas, in quibus commodè superflui reciperentur. Cùm ille principem suis impensis ad visendam urbem venire velle, seq; alia in mandatis habere diceret, quæ prætermittere non auderet: ministros illi adjungunt, qui observarent, comitarenturque eum ubique, & si quid emere vellet, propolis senatus nomine intardicerent, ne quid pecuniæ ab ipso acciperent. Cùm igitur dispensator incassum se laborare videret, atq; decretum illud senatus esse immutabile; satius duxit, ad comitatum reverti, & quàm amanter, ac honorificè senatus omnia de principe decrevisset, narrare. Carulus ad Nevesum sævientem aquis impeditus per octo continuos dies non sine tædio detinetur, inopi & humili in pago inter steriles montes: ubi brevi panis, carnes, pisces, equorum pabulum, ceteraque ad victum quotidianum necessaria deficere incipiebant. Et quamvis haud mediocri impensa sua commeatus è longinquis castellis per quatuor sæpe miliaria ipsi quotidie adveheretur; paganorum tamen murmura & querelas audire cogitur, advenarum longam istam moram in eodem loco pauperibus inquilinis famem atque penuriam conflare. Ut igiturmaturarent profectionem, conducunt operarios rusticos viarum peritos, quorum auxilio currus in præcipitiis atque lacunis sublevarentur. Et quia vallis ultra Nevesum, per quam via plaustris erat, aquis tum inundabat; necesse fuit ultra pontem sublicium præruptos tumulos aliquot, quos rapax fluvius in valle tunc abradebat, ligonibus complanare, & per hos equorum multorum labore currus transferre in faciliores transitus. Quod ubi peractum, atque currus difficultates majores cùm exuperassent, nono demum, postquam eò advenerat, die Carulus procinctum movete cœpit. & peracto prandio currus insequitur, eodemque die, relicto ad dexteram Tridento, per juga montium, præcipitesque convalles, duobus miliaribus dumtaxat confectis, Perseni in exiguo pago pernoctavit. Postridie, Idibus ipsis Octobribus Brentæ fluminis fontes è parvis duobus lacubus ortum habentes, & non longè

Carulus iter suũ prosequitur.

Persenum. Brenta vel

Meduaci Maioris fontes, Burgum in limitibus Teriolanæ ditionis. N. Velspurgius præfectus limitum.

longè post in fluviū justæ magnitudinis excrescentes, attigit Meduacum majorem Livius, aliiq; scriptores antiqui vocarunt; & per ejus ripam profectus, appulit vesperi Burgum in finibus Teriolanæ ditionis positum. Hic rursus pluviæ magnæ biduum morantur Carulum. Amnes etenim extumescentes vado transiri nequibant, & pontes aquarum impetu multis in locis divulsos esse constabat. Tædium nihilominus hujus impedimenti non parum depulit N. Velspurgius Ferdinandi Archiducis limitum in ea regione præfectus: qui de adventu Caruli principis certior factus, è non longè dissito superiore castro sequenti mane comitatus aliquot nobilibus, officii caussâ ad ipsum venit, & prādio cum eodem sumpto, majorem diei partem colloquiis variis dulciq; conversatione terendo multum recitavit. Et precibus discessurus extorsit, ut addiceret, convivam se ipsius postridie, qui dies dominicus erat, in superiore castro futurum. In qua re satisfactum ejus desiderio fuit, & princeps altero die, cùm officio divino interfuisset, cum Velspurgio in castrum adscendit, ibidemque læto splendidoque convivio quam humanissimè tractatur. Decimo quinto deinde Kalendas Novembris, ut Venetorum ditiones Carulus intravit, confestim omnibus innotuit, quàm prompta ejus gētis humanitas esset erga peregrinos, & quàm gratus reipublicæ Venetorum Caruli principis adventus futurus esset. Ejus enim in gratiam vias aquarum inundantium eluvione (ut inter montes frequenter contingit) lacunis interruptas ubique refecerant; pontes fluviorum impetu divulsos atq; sublatos restaurarant; quò curribus & equis iter pervium, & facile fieret. Ante noctem igitur Primulanum venit Carulus Princeps, quod primum Venetæ ditionis in iis limitibus est castellum, arce in scopulo posita munitum, quæ pauco cum præsidio transitum per Alpes illum tutari potest. Quamprimum visus est ex arcis specula principis adventantis equitatus, mox ingenti tormentorum æneorum cum applausu ac salutatione excipitur, quæ horrenda videbantur inter excelsos montes tonitrua concitare, Præfectus arcis cum satellitio occurrit obviam, & adventum Carulo congratulatus amanter, eum ducit in hospitium, ubi cum universo comitatu suo publicis Venetorum sumptibus splēdidius, quàm ejus regionis sterilitas patitur, ea nocte fuit tracta-

Carulus Venetorum ditiones intrat. Venetorū erga peregrinos humanitas. Primulanum.

tractatus. Aderant enim procurator (commissarium nũc appellant) Bassiano missus cum penu, coquis, atq; ministris; qui victui, pabulo, rebusq; necessariis omnibus abundè jam providerat. Quare sequenti die prandium etiam ibidem maturè sumunt, atq; Bassianum usque deinde progrediuntur, per Meduaci, sive Brentæ fluminis ripam, faciliore itinere, viis ac pontibus ubique restauratis, quemadmodum & antea diximus, ubi quid periculi aut difficultatis curribus equisve posset creari. Prætor ejus oppidi non ignobilis, ac Carrariensium Patavii quondam principum origine clari, (quem Potestatem nunc vulgò vocant) Carulo honoris caussa duas peditum præsidiarias cohortes obviam miserat; quę ad secundum à portis lapidem occurrentes ipsum cum comitatu suo exceperunt festiva quadam velitatione militari. Sequitur mox ipse prætor cum concilio, ac nobilitate sua, summaq; cum humanitate gratulantur principi Carulo adventum, & equitatu suo duplicantes ejus cohortem pergunt oppidum versus. Præibat peditatus ad tympanorum pulsum militari gradu vexillis explicatis: explodebant è muris & portis ænea tormenta vehementem sonitum, atque ita tubarum cantu præcedente, ductus est per urbem in prætorium. Magna ubique populi multitudo per compita & vias erat effusa principis videndi caussa; audiebanturque passim faustæ congratulantium acclamationes. Feliciter veniat, feliciter vivat princeps Clivius, dux Clivius. Cœnavit in atrio ornatissimo atque amplissimo solus cum prætore, urbana nobilitate ministrante: & comitatus illius in capaciore mensa splendido & opiparo apparatu tractatur. Singulis insuper ferculorum missibus musicorum instrumentorum concentus interpositus lassos omnium spiritus recreavit. Postridie manè prætor solemni habitu purpuratus nobilitate comitante principem Carulum è suo prætorio duxit ad templum. Expectabant jam in area inferiore tubicines, & cytharœdorum turba, sua sponte ad honorandum principem confluentium, qui agmen semper præcessere. Finito deinde sacro, duxit eum prætor per forum ad fluminis Meduaci sive Brentæ pontem ligneum, perampla & eleganti structura conspicuum, & ostendit oppidi insigniora loca, quod mercatura frequens & opulentum est. Redeuntibus ad prætorium jam prandium erat, apparatum

Bassiani.

Bassiano oriundi Carrarēses Principes Patavini.

Faustæ acclamationes.

Pons Meduaci fluminis.

ratum, eodemque finito, cùm Carulus proficisci cuperet, prætor, comitante peditatu, & nobilium equitatu, non minore, quàm eum pridie receperat, honore ad tertium usque lapidem eduxit. Nec divelli prius potuit senex adolescentis principis elegantissimis moribus delinitus. Tum Carulo, comitatuiq; ipsius omnia fausta precatus cum suis ad oppidum revertitur. Illos verò Venetorum procurator eum tubicine Castellofrancum deduxit, oppidum nobile ad amnem Musonium. Aperiebant jam sese Euganei colles vitiferi, semetque amœnissimi Galliæ cisalpinæ campi, & Adriaticus sinus à longe descendentium oculis explicabant, magnaque delectatione recreabant. Exultabat in equo Corona Pighius; & veluti laurigero thyrso tactas, ridente Carulo, in hos elegantis Poëtæ versus erupit.

Castello francum.
Descensus ex Alpibus.

Salutat Italiá Corona Pighius.

——— Hic se subducere montes
Incipiunt, molliq; iugum deducere clivo.
Nunc iterum planis circum undiq; libera campis
Lumina ferre queo. Nam multis antè diebus
Nil scopulos præter, fusasq; è cautibus undas,
Excelsásve nives è valle videre licebat.

Et rursus in alios Sabinianos versus hos incidit:

Eia age, iam sese demittunt molliter Alpes,
Dives & Italia terra patescit agris.
Mitius hic raro tristatur frigore cælum,
Læta bis hic gravidis frugibus arva virent.
Nec densa sterili surgunt hic arbore sylvæ,
Quales Manalio terra sub axe gerit.
Sed pingues oleæ, sed onusta vitibus ulmi,
Altaq; fatidico laurus amata Deo:
Citrus & amittit qua nunquam frondis honorem,
Et propè labentes consita ficus aquas:
Malaq; dependent curvatis Punica ramis,
Lucida sub quorum cortice grana rubent.

Tum detecto capite pronus amicam ac sibi notam sit salutavit Italiam:

Salve

Salve terra ferax Cereris, dulcisq; Lyei,
Omnibus optatis terra referta bonis
Salve magna parens doctorum, alituxq; virorum,
Exculti qua nos erudiente sumus.
Induit ingenuos per te Germania mores,
Doctrinaq; tuis fontibus hausit opes.

Atque eo modo læta tunc alacrisque cohors omnis Castellofrancum versùs pergebat. Cujus oppidi prætor jam invergente nocte cum equitatu nobilium venit obviam principi ad tertium miliare. Ceterùm ipse quamvis juvenis, lumbagine tamen laborans, cùm ad equitandum esset inhabilis, carpento vectus aderat. Cùm igitur illum laborantem in descensu Carulus animadverteret, equo desiliens, occurrit, & salutationis officio ipsum prævenire voluit, facileque sibi persuaderi passus est, ut eodem in carpento cum prætore veheretur, præsertim cùm ille diceret, magnificas suburbanas ædes quasdam, ex itinere nonnihil deflectendo, videri adhuc posse. Itaq; veloci jugalium cursu contendunt eò, ceteris subsequentibus: qui per obscurum equis concitatis oppidū intrarunt, eodem ferè tempore, quo alia via cū prætore princeps appulit. In domo prætoria hospitio excepti, eodem, quo pridie, modo; & non sine musico concentu, magnificè tractantur. Sequenti die cùm sacris interfuisset, opiparo refecti prandio, educente ad quartum ferè lapidem prætore, proficiscuntur Tarvisium, urbem insignem, & copia rerum omnium adfluentem. Totilæ regis Ostrogothorum fuisse patriam, Gothicæ historiæ produnt, nec antiquiorem ejus urbis apud veteres auctores memoriam reperimus. Quare nescio, quam firma sit eorum conjectura, qui ex Plinii tertio libro conjectant, à Taurisanis populis Taurisium appellari debere. Sedes postea fuit Langebardorum principum, & Marchionatus titulo gaudebat. Ædificiā quidem vetera demonstrant olim admodum floruisse, licet aliquando Rotharis Langebardi, Acciolini tyranni, aliorumque injurias senserit. Prætor Tarvisinus N. Lipomanus cum magno nobilium comitatu progressus extra urbem, excepit principem Carulum amanter, ac honoratè, atque circumvectum equestri pompa per præcipuas quasdam plateas, ut videret civium mores & exercitia, nec non ædificiorum formam

Tarvisium Totilæ patria.

Langebardorū principū sedes.
Rothares
Acciolinus.

mam ejus urbis, fontium hinc inde scaturientium copia perpulchræ; tandem duxit ad hospitium ei designatum in Palatio Comitis cujusdam omnium rerum copia & splendore magnificentissimo: Ubi eodem ferè, quo prioribus diebus, modo publica impensa cum suis tractatur. Epularum verò luxum sumptuosum ferè vicit, variorum instrumentorum pulcherrimus concentus à peritissimis musicis artificibus in convivio exhibitus; qui aures animosq; præsentium nō minus, quàm ipse cibus corpora recreavit. Postridie manè Carulus princeps prætore purpurato, ac urbana nobilitate frequenti comitatus ad templum prius perrexit, ac re divina ibidem peracta, simul urbem aliquandiu perlustrarunt; ut Carulo visu quæque digna monstrarentur, & ut inter cetera fluminis cataractas ingeniosè factas, atque muros, aggeres, propugnacula, & fossas videret; quibus ûrbem magnis impensis Veneti munierunt, post ultima bella, quæ cum vicinis gessere. Reversi deinde ad hospitium maturant prandium, quò ante noctem tempestivè Venetias pervenirent. Prætor N. Lipomanus prandium cum Carulo Principe sumit, eundemque postea comitatur ad primum usque lapidem; ubi cum invicem valedixissent, Carulus recta Mestresium proficiscitur, ad Musonis ripam positum oppidum nō procul ab ejus ostio, ac Venetorum stagnis quibus illabitur. Opulentum quondam emporium statis nundinis frequens, & celebre, excultum ædificiis publicis, atque privatis, veluti ruinæ demonstrant: sed superiorum temporum bella impensè vastarunt illud, ut vile jam stabulariorum, atque nautarum municipium quoddam esse videatur. Pergit igitur ulterius ad aggerem Mageram, ubi ex ostio Musonis amnis trajiciunt stagna itinere quatuor miliarium. Tum equi remittuntur Mestresium ad diversoria designata. Principem verò Carulum ibidem mox exceperunt cum magna congratulatione duo juvenes nobiles Venetorum procuratores eò missi, ut illum deducerent. Stabant in ripa phaselli plures apparatissimi serico panno tecti, & cymbæ actuariæ uniremes, ut ita dicam; quas naviculator unus stans rectus in puppi, facilè solo remo regit, celeriterq; protudit. In his receptus princeps cum suo comitatu per stagna vehitur. Nec admodum multa stadia progressis apparent in mediis fluctibus à longè, multarum urbium aut insularum instar, Vene-

Mestresiu. *Magera.* *Actuaria cymba.*

Venetiæ: & ad quartum ab urbe stadium provecti reperiunt aliam actuariarum classem in statione ad insulam S. Secundi, & in area ante templum, ac monasterium sedecim ex ordine senatorio legatos Principem expectantes, qui solemni omnes in habitu, togisq; purpureis induti, majestatem haud exiguam præseferebant, ipsi prudentia, gravitate, senioque reverendi. Exscendenti in terram Carulo procedentes obviam humanissimè congratulantur adventum. Princeps legationis serenissimi Ducis, & excelsæ reipublicæ nomine verba facit, testaturq; disertè gratissimam occasionem præsentem esse; qua amorem benevolentiamq; erga ipsum suam, atq; in Austriacam domum observantiam senatus & ordines declarare possent. Adjūgit deinde sibi dextera Carulum, & alii etiam singulos ex cohorte nobilium ac familiarium: ordineque bini templum intrarunt. Atq; salutatis ibidem Divis, ad navigia regressi, legatorumque in phaselis ornatioribus recepti; cum his, instante jam nocte, vehuntur per urbis fossam majorem ad Palatium Ducis Urbinatis. Legati cum Carulo adscendunt, & adsignant hospitium. Ordinant etiam ex nobilitate patricia duos œconomos, duosq; dispensatores, juvenes elegantia morum, & linguarum peritia precellentes. His mandatum, ut sedulò principi, & aulę prefecto Gimnico ad omnia ubiq; prꝗsto essent; nihil, quod ad egregiè splendideq; tractandos hospites pertineret, deesse sinerent: per urbem sequentibus diebus deducerent, cunctaq; visu digna monstrarent. Tum accepta discedendi venia, domum officio perfuncti revertuntur. Itaq; Carulus Princeps cum suis omnibus, quamdiu Venetiis fuit, quàm honorificentissimè publica impensa tractatur. Postridie mane, quamprimùm surrexerat, Carulo Principi se præsentarunt œconomi Veneti, ut urbis visendę caussa phaselis ipsum per horas aliquot deducerent. Ille se lubenter accommodans, cum eis perrexit primùm ad Dominicanorū monasterium, ædificiorum structura pulchrum, ubi cùm in templo marmoreis statuis, excellentibusq; picturis ornatissimo antemeridiano Missę sacrificio interfuissent, perlustrāt etiam opulentissima quædam Xenodochia, & alia insignia divitiis, & nobilium marmorū raritate conspicua Divorum templa, quę ingentes ejus urbis opes testantur, & eandē non minus, quàm raræ & preciosę gemmę regiā coronā auream

Venetiæ. *Insula S. Secundi.* *Legatio solemnis.* *Resp. excelsa Venetorum.* *Monasterium Dominicanorum.*

decorant. Vecti etiam per liquidas urbis plateas, ut viderent magnificentissima ędificia marmoreis parietibus, columnis, statuis, atque picturis pulcherrimis ubique splendida. Tum monstrantur Carulo nobilium familiarum & Principum senatorum Palatia, divitiis ornamentisque omnibus affatim instructa. Cùm deinde reversi essent in hospitium, mox ante prandium officii caussa visitarunt Principem Oratores Maximiliani Imperatoris, Philippi Hispaniarum Regis, & Alphonsi Ducis Ferrariæ. Singuli cum honorifico nobilium comitatu venientes, Principum suorum nomine congratulantur adventum prosperum, & omnia amicitiæ obsequia præsentarunt. Hispanus insuper munusculis eum sequentibus diebus prosequitur, mittẽs subinde raros & exoticos fructus, vina nobilia Hispanica, atque etiam discessuro duos Bilbilitanos gladios optimos, & affabrè factos. A prandio visitavit ipse Patriarcham Aquilejensem Joannem Grimanum, virum ut nobilitate, splendore, atque opibus, ita & prudentia, eruditione, rarisque virtutum dotibus ornatissimum; videre desiderans elegantissimas ejus ædes cum bibliotheca, & Musæo rerum antiquarum omnis generis admodum instructo, quibus ille vir mirificè delectatur. Vectus igitur eò Carulus naviculis, à Patriarcha Grimano perhumaniter excipitur: qui cùm exquisita cura semet excusaret, quòd non prius ipse Principem invisisset: ille non tam ociosarum cæremoniarum caussa, quàm ut cum præclaris virtute viris amicitiam contraheret, & visu quæque digna recognosceret, Venetias se venisse respondit. Ducitur igitur cum comitibus suis per Palatii cænacula, porticus, & cubicula inauratis aulæis ac picturis insignibus splendida, in quibus omnigenæ supellectilis opes magnæ conspiciebantur. Monstrat Grimanus Carulo plurimorum Cæsarum, Heroumque veterum pulcherrimas statuas, & effigies ex ære, & marmore Pario plurimas; deorum item simulachra & signa varia, non minoris artificii, quàm precii, Joves, Bacchos, Pallades, Veneres, Mercurios ex ære Corinthio, Fortunas, Genios, ac Cupidines, idolaque preciosis è metallis cælata. Quarum rerum antiquissimarum excellentem copiam partim Marinus Grimanus Cardinalis, ac ejus patruus, ingeniorum sui sæculi Mæcenas alter; partim ipse ex diversis Græciæ atque Italiæ locis sibi comparaverant.

Legati principum visitant Carulum.

Ioan. Grimanus Patriarcha Aquileiesis.

Statuæ, & effigies Heroum antiquæ.

Marinus Grimanus.

raverant. Multa ex florentissimæ quondam Romanorum coloniæ Aquilejæ ruinis, quam barbarus Hunnorum rex Athyla funditus deleverat, erant effossa, atque eò translata per dictos Grimanos patriarchas antecessores. Inter quæ repperit in propylæo Palatii plura statuarum pulvinaria marmorea elegantissimè cum suis titulis exsculpta Pighius, atque etiam deorum aras votivas, è quibus juvabat imprimis enotare vota priscorum Beleno deo facta, quadratis aris inscripta; quem Aquilejenses olim summa cum veneratione tanquam tutelare numen urbis coluisse, apud Herodianum, & Julium Capitolinum legerat. Hic enim, ubi Aquilejam à Maximino Cæsare obsessam, ac frustra oppugnatam refert, ait ejus legatos in urbem non admissos fuisse; Menophilo & Crispino consularibus viris auctoribus; " eo quod scirent deum Belenum per aruspices spopondisse, " Maximinum esse vincendum. Unde etiam postea Maximini occisi milites jactasse dicuntur, Apollinem contra se " pugnasse; nec illam Maximi, aut senatus, sed deorum esse " victoriam. Nec discrepat Herodiani historia, qui libro octavo de eadem re in hunc ferè modum scribit. Crispinus " ad bellum audacter sustinendum aruspicum etiam responso, qui læta nunciabant, dicebatur animatus. Nonnulla " quoque oracula ferebantur patrii cujusdam numinis victoriam promittentia. Belenum deum vocant indigenæ, " magnaque eum religione colunt, Apollinem interpretantes: cujus quoque speciem pro urbe ipsa pugnantem sibi " visam in cœlo quidam è Maximini militibus affirmabant. " At in Herodiani exemplaribus perperam vocari Belem, adducor ut existimem, quòd Julio Capitolino ararûm dictarum tituli votivi summa fide digni astipulentur, & Belenum, vel Belinum appellent. Eos autem titulos studiosorum antiquæ historiæ in gratiam hic adjicere non pigebit: quos cùm Corona Pighius exscriberet, singulis aureis chariores singulos se habere, multis ridentibus, seriò affirmavit:

Aquileia antiquitates.

Apollo Belenus, Aquilejensium Deus.

Maximinus Imp.

Herodiani locus corrigendus.

In ara marmorea quadrata.
BELENO.
MANSVETIUS
VERUS
LAUR. LAU.
ET. VIBIANA
JANTULLA
V. S.

Rurſus in alia oblonga.
APOLLINI
BELENO. AUG.
IN HONOREM
C. PETTI. C. F. PAL.
PHILTATI. EQ. P.
PRÆF. ÆD. POT.
PRÆF. ET. PATRON.
COLLEGIORUM
FABR. ET. CENT.
DIOCLES. LIB.
DONUM. DEDIT
L. D. D. D.

In alia.
BELEN. AUG.
IN. MEMOR.
JULIOR.
MARCELL. ET
MARCELLÆ. ET
IN. HONOREM
JULIARUM
CHARITES. ET
MARCELLÆ. FILIAR.
ET. LICIN. MACRON
JUNIOR. NEPOTIS
C. JUL. AGATHOPUS
IIIIII. VIR. AQUIL.
L. D. D. D.

In alia.
BELINO. AUG.
SACRUM
VOTO. SUSCEPTO
PRO. AQUILLIO
C. F. POMP. VALENTE
IIII. V. I. D. DESIG.
PHOEBUS. LIB.
V. S. L. M.

In alia.
BELENO
AUG. SACR.
L. CORNELIUS
L. FIL. VELL.
SECUNDINUS
AQUIL.
EVOC. AUG. N
QUOD. IN. URB.
DONUM. VOV.
AQUIL
PERLATUM
LIBENS. POSUIT
L. D. D. D.

Item in alia.
BELINO
SEX
CÆSERNIUS
FAUSTUS
IIIIII, VIR
V. S. L. M.

Ibidem in alia paucis literis.
FONTI. B.

In alia tribus lateribus inſcripta.
VI. DIVINÆ
SACRUM
C. VETTIUS. C. F.
GAVOLUS

Has

Has aras Aquileja ex fano Beleni translatas esse Patriarcha Grimanus affirmabat. Et cùm Carulus omnia visu digna ibidem pro arbitrio perlustrasset, peramplis verbis humanissimo viro gratias agens, accepta licentia discessit. Ducitur deinde à Venetis suis ducibus ad quædam alia magnifica urbis ædificia visenda, non adeo procul dissita, nempe xenodochia sumptuosa, ædesque quasdam sacras, opulenter admodum instructas. Et ostendebantur illustrium civium statuæ equestres & pedestres, publico sumptu positæ diversis in locis; eorum videlicet, qui vel domi prudenter, vel militiæ fortiter cum potestate rempublicam administraverant. Inter quas est celebris illa colossea equestris inaurata Bartolomei Coleonii militari gloria pernobilis, ac Imperatoris sui temporis primi; quam Veneti publica impensa meritorum virtutis, ac fidei singularis ergô, pro æde Divorum Joannis & Paulli in area, cum elogio rerum ab ipso bene gestarum in alta basi erexerunt. Cujus viri egregia gesta, tam propter audaciam fortitudinemque, quàm propter ingenii mirificam dexteritatem, Corius, Sabellicus, & plures præterea historici literarum monumentis prodiderunt. A. d. IX. Kal. Novembris, qui dies sacer ac dominicus erat, Carulus princeps ad vicinum templum D. Mariæ servorum nuncupatum mane pedes deducitur, quo sacris interesset: iis verò peractis, ex templo revertitur ad suum hospitium, ibidem expectaturus reipublicæ legatos; ac comitatum solemnem, quos intellexerat ad se venturos esse. Nec mora diuturna. Appulerunt etenim paulò pòst ad ejus hospitium cum apparata phaselorũ classe XXIIII. ex summi senatus ordine purpurati, nunciantes Serenissimum Ducem ejus videndi desiderio teneri; familiare colloquiũ, amicitiamq; privatam ipsius expetere; opportunũ fore tẽpus, si venire sibi videretur, quo simul & D. Marci palatium videre possit. Carulus ad Officium promptus obsequitur cupidè, & deductus à præcipuis in phaselum ornatum, comitatuque ejus aulico in ceteris distributo, vehitur ad Palatium. Adscendenti deinde Dux Mocenicus obviam ipse cum magistratibus & aulico comatatu suo processit ad scalas; exceptumque perhumaniter salutavit, stans aurea in trabea, & capite tectus incurva mythra gemmis nobilibus, auróque splendida. Et gratulatus adventum

Venetorum de rep. benemeritorũ statuæ.

Bartolomeus Coleonius.

Legatio reip. solemnis ad Carulum Principem veniens.

Ut excepti.

tum felicem Carulo, manu eum præhensum duxit in artium principale, consilium in quo sanctius apud ipsum haberi solet: sermonisque serendi caussa in tribunali positus, principem juxta se, ceteros ejus comites inter purpuratos considere jussit. Variis mox de rebus inter se colloquuntur aliquandiu, ac de Cæsaris consanguineorumque principum valetudine, ac de Germaniæ statu Venetus; de Italiæ, Turcicisque rebus Germanus multa invicem percunctantur. Post colloquium cùm denuo Principem comitaretur Dux, suis mandavit ut illi in Palatio visu digna quæque ostenderent. Tum accepta missione invitavit ipsum, ut rediret à prandio, ad videnda reipublicæ comitia. Purpurati Carulum deinde circumducunt per splendidiora quæque Palatii loca regiis opibus, & Asiatico luxu referta; & inter alia recluditur magna porticus armamentarii Palatini, quæ nisi magnis principibus advenis aperiri ac ostendi solet. Est autem telorum ac armorum omnis generis ornatissimorum copia plenum, atque opulentia summa mirabile. Videns igitur Carulus tot thoraces, galeas, scuta, cassides, ocreas, clypeos; item baltheos, gladios, hastas, lanceas, multipliciaque tela picturis encausticis, auro, argento, gemmisque splendida, & insigni cælatura decora; non gregariorum militum, sed imperatorum, ducum, & præfectorum centurias aliquot ex illo armamentario instrui dignè, & armari posse, dixit. Instante jam prandii tempore, purpurati non sine pompa Carulum reduxerunt in hospitium, & eorum præcipui quidam adhibentur ejus convivio.

Palatium D. Marci. Armamētarium Palatii.

Adière Carulum Principem è prandio mox Allobrogum, & Etruriæ regulorum legati, principumque suorum nomine singuli adventum illi in Italiam prosperum congratulantur. Rogabant ambo, significare vellet, quonam ferè tempore in eorum provinciis expectari posset. Addidit Tuscus, Alexandrum affinem, atque materteram N. principes admodum ipsius videndi desiderio teneri, expectationemque propterea longam, & molestam fore. Allobrox præterea dixit, Principem suum à Philippo Hispaniarum rege Catholico accepisse mandata, ut redituro per provincias ipsius, atque Gallias, Carulo persuaderet, accedere item Hispaniam, utque triremes in eum usum paratas haberet, quibus commodè ac tutò cum suis trajicere posset. Gratissimum adventum

Legationes regulorum Etruriæ & Allobrogū.

tum

rum ejus sibi, consobrinæque reginæ futurum. Carulus ad hæc respondit: In reditu ab Neapoli, Romaque, volentibus superis, perlustrare Tuscas, Ligurum, & Allobrogum urbes, marisq; Thyrreni tractum, & charissimos sibi principes affines tum simul invisere se velle. Philippum verò regem (Allobrogi dixit) pro sua bonitate non cessare benemereri. Id, perinde ac deberet, sibi, parentibusque suis peregratum esse. Metuere tamen, ac dolere se magnopere, ob temporis, quod sibi à patre præscriptum erat, brevitatem, adeundi Hispaniam, parendique regiæ voluntati facultatem non futuram. Longum adhuc iter restare, & proximi veris initio, domi se esse debere. Periculum etiam esse, ne novi bellorum motus, qui in Aquitania dicuntur exoriri, Gallicum iter suum impediant. Nihil tamen adhuc se certi statuere: Verùm tempus postea expediturum rationes & consilia. Hoc cum responso dimissis legatis, ipse cum comitatu suo rursus perrexit ad Palatium, ut videret comitia & concilium publicum, quod in atrio magno & spatioso ibidem haberi solet: utque cognosceret rationes suffragiorum, quibus inter patricios creantur magistratus, & dispensantur reipublicæ beneficia. Serenissimus dux Mocenicus advenientem Carulum excepit ante fores atrii, in quo patritiorum classes jam erant congregatæ, & ad dextrum latus suum in solio sublimiore apud se sedere in atrii capite jussit, comites ejus inter senatores purpuratos in scamnis altioribus collocati sunt, ut ab his modū suffragiorum discerent. Apud ducem utrinque in lateribus sedebant primores magistratuum, X viri, præcognitores, quos Sapientes magnos appellant, & qui Duci à consiliis sunt: reliqua patriciorum multitudo in subsellis per totum atrii spacium. Consilium magnum vocant hæc comitia, ad quę nemo admittitur, nisi genere patricius, & qui ætatis annū XXV. excesserit. Taciti ineunt suffragia cum calculis seu globulis argenteis, quos discurrentes per subsellia distributores singulis dividunt, alii deinde collectores in vasculis ligneis uno ore angusto, quo manus inseri potest, & inferius in binos loculos divisis colligunt. Quo fit, ut ipsi ignorent collectores, an in dextrū vel sinistrum loculum ponat calculum suum, & an probet vel improbet magistratum creandum suffragator. De hac verò comitiorum ratione cùm alii plures doctè & accuratè

Caruli responsa.

Comitia resp. Veneta

Consessus in comitiis.

Ratio ineundi suffragia per calculos argenteos.

ſcripſerint; ne nimis lōgi hic ſimus, ſtudioſum ej⁹ cognitionis lectorē ad illos remitto, qui de rep. Veneta ſcripſerunt. Latius n. omnia hic repetere, minus operæ pretiū videtur. Carulus Princeps, cùm per duas amplius horas illa comitia conſideraſſet, finitis jam in templo D. Marci pomeridianis ſacris, accepit à Duce diſcedendi licentiam, ac è palatio cum ſuis deſcendit in forum, ut videret auguſtum D. Marci templum ſumptu & artificio mirabile; quod quidem ampliſſimum, ac ex marmore nobili conſtructum eſt. Pavimentum ex porphyreticis, Laconicis, Thaſiis, Ophiticis, aliorumque precioſorum marmorum lapillis teſſellatum, ac varietate colorum reſplendens picturas egregias, & inſignia emblemata repræſentat ubique ſpectantium oculis, quæ curioſa ingenia diverſis conjecturis exercent. Inter quæ nonnulla dicuntur eſſe Joachimi Abbatis Sanflorii inventa, vaticiniis olim ante aliquot ſecula clari; quibus rerum Italicarum mutationes quaſdam prænunciatas fuiſſe volunt quidam. Quemadmodum interpretantur duos criſtatos gallos vulpem dilaniantes ſignificaſſe duorum regum Galliæ victorias de Ludovico Sfortia Mediolanēſi Principe. Præterea per leones opimos & pingues ex aquis prodeuntes, rurſum per alios macilentos in terra procumbentes, ipſum ſignificaſſe tradunt Venetæ reip. (cujus inſigne leo eſt) fatū ac conditionem: Maritumis videlicet commerciis opulentam, belliſq; navalibus potentem ac felicem: è contra relicto mari, ad continentis dominatum, terreſtreſq; expeditiones converſam, infelicem, ac imbecillem mox futuram. Parietes templi ſeu baſilicæ marmoreis tabulis varietate colorum pulcherrimis ſunt incruſtati. Ad lævam duę albæ conjunctę ſunt ex uno trabe marmoris ſectæ, in quarum commiſſura lineis nigricantibus natura ludibūda tanto artificio viri effigiem expreſſit, ut omnibus induſtrioſè depicta videatur, & ejus tanquā miraculi mentionem fecerit Albertus Magnus in ſuis Meteoris. Teſtudinem templi ſculpturis atq; picturis ornatam ſuſtinent triginta ſex ſolidæ columnæ ex vario marmore, & plures ex Phrygio pulcherrimæ, craſſæ per diametrum pedes duos. Tectum quinque hemiſpheriis plūbo veſtitis conſtat. Frons autem, qua parte ex foro, quinis æreis portis patet aditus in templum, à ſolo ad faſtigium uſq; Græcanico opere cū emblematis inaurata eſt, crebreq; per ordinem

Templum D. Marci.

Pavimentum.

Ioachimi abbatis Sanflorii vaticinia.

Galli vulpē dilaniantes.

Leones ex aquis prodeuntes.

Natura industria mira.

nem eminent Divorum statuæ ex marmore perinsignes. In hujus frontis supercilio, supra mediam portam majorem miræ venustatis quatuor equi ex ære Corinthio inaurati unius quadrigæ antiquæ justa statura ac magnitudine vivorum equorum exornant ingressum. Carulum advenientem in porticu ante templum, Principis ac senatus nomine excipiunt æditui, quos Procuratores S. Marci appellant: IIII. viri erant è præcipuis senatorum, qui habitu in solemni accedentes, præsentabant omnia, atque Carulum Principem circumducentes, ostendebant, atq; etiam exponebant visu quæque digna per opulentissimam illam basilicam; aras, marmora, statuas, atque picturas insignes plurimas habentem. Ascendunt etiã per gradus aliquot marmoreos in summi delubri penetralia, chorum nunc vocant, quòd ibi sacerdotum multitudo canentium, dum res divinæ peraguntur, conveniat; & imprimis deteguntaræ majoris tabulam Constantinopoli delatam olim, & ex auro puro argentoque fabricatam, ac artificiosa figurarum cælatura, multisque inæstimabilis precii gemmis, & margaritis exornatam, quam nemo non vehementer admirabatur. Aram istam tegit testudo quaqua versum in crucem fornicata, atque tota ex marmore ophitico pulcherrimo Tiberiano fulcita quaternis columnis ex Pario marmore, quæ circumquaque signis cælatæ veteris ac novi testamenti historias repræsentãt. Post aram, apud sacratissimi corporis Christi ædiculam quatuor nobilissimæ columnæ ex alabastrite vitri ferè instar perlucidæ mirum in modum resplendent. Hæc, aliaque rara cum ad lubitum in templo considerassent, æditui Carulum principem ducunt ad sacrarium, in quo D. Marci thesaurus custoditur. Ingrediuntur è dextra basilicæ parte per portam sublimem opere tessellato elaboratam auro coloribusque; visunturque ibidem effigies divorum Dominici atque Francisci, quas fama est, Joachimum. Abbatem prædictum, multis annis, antequam hi sancti viri in terris nascerentur, in eo opere effingi curavisse. Tum, exclusa turba, Carulo Principi, ejusque comitibus aperiunt thesaurum, stupendasque prorsus opes divitiarum: atque ostendunt divorum imprimis imagines, coronas ex auro plurimas, atque capita cum pectoribus humanæ magnitudinis ex auro item puro fabrefacta, gemmis ac margaritis preciosissimis exornata. Vise-

Quatuor viri ædituí procuratores S. Marci.

Chorus.

Ara maior.

Sacrarium cum thesauro D. Marci.

Visebantur carbunculi adamantes, smaragdi, topazii, chrysolithi, hyacinthi, ac uniones miræ magnitudinis, & precii incredibilis. Item cochleæ, cymbæ, pateræ, ac vasa potoria, ex onyche, jaspide, & achate, multiplicia. Monstrabant donaria magnorum Principum excellentissima, monocerotum duo cornua procera, & unum brevius; pyropum seu carbunculum ingentem à Dominico Grimano Cardinale thesauro huic illatum; item urceum ex preciosissimis gemmis, quem olim Vscassanes Persarum rex Venetis dono miserat. Profertur etiam mythra solemnis, quæ novi Ducis capiti, cùm inauguratur, solet imponi; quamque festis majoribus in publicum prodiens gestat. Est autē valdè conspicua limbis, & clavis aureis, gemmisq; nobilissimis plena, habens in apice præcii inæstimabilis carbunculum. Quid referam sine numero visos ex auro, argentoque cælato calices, cantharos, thuribula, candelabra, guttos, ac pelves, aliaque vasa rei divinæ in usum pulcherrimè fabrefacta? Longum esset enumerare singula. Poëtæ igitur non indocti verbis finem his imponere satius erit:

Monocerotum cornua.

Mythra solemnis Ducis Venetorum.

Innumeros calices hic, aurea vasaq; vidit,
Apta ministeriis, usibus apta piis.
Ac plures chlamydes gemmis auroq; rigentes
Quàm quot luciferos integer annus habet.
Mollia prætereo, quæ Seres vellera quondam
Nêre, sed Ausonides tam didicere nurus.
Nec refero tinctas concha Sydonide vestes,
Nemo sacerdotum quas numerare potest.

Cùm igitur eo die Carulus Princeps in Venetorum rebus cognoscendis egregiam operam impendisset, atque avidiùs omnia in sacrario perlustrasset, præclaris illis viris procuratoribus S. Marci gratiàs egit humaniter, quod in ostendendis declarandisque singulis tam lubentes, ac promptos sese demonstrassent. Atque cùm eos dimisisset, cum ductoribus suis ad turrim, forumque visendum perrexit. Juxta basilicam S. Marci ex quadrato lapide exstructa est turris æquilatera, quaqua versum lata pedes amplius quadraginta, non basilicæ contigua, sed intervallo pedū LXXX. separata. Ejus fundamenta subterranea pluris, quam turrim ipsam à solo constitisse, Sabellicus auctor est. Sublime fastigium

Turris S. Marci.

fastigium tegulis æneis inauratis tectum est, quod sole splendente quàm longissimè ab Istria Liburniaq; navigantibus conspicitur. Ascendunt per scalas lapideas concameratas, quæ per interiores turris parietes cochleatim circumambiendo exurgunt sensim ad cacumen usque. Pulcherrimus est è turre summa undequaque prospectus, primùm in urbem ipsam ex multis insulis conflatam & pontibus magna ex parte connexam. Monstrantur Carulo Principi sex urbis regiones, vici, fora, templa, cœnobia, & alia ædificia publica insignia. Item insulæ exiguæ circum urbem in ipso stagno sparsim jacentes permultæ, quæ mōasteriis, templis, ædificiis, ac hortis pulcherrimis excultæ sunt. In nonnullis etiam oppida quædam & coloniæ vetuste Aquileiensium Vicentinorum, Opiterginorum, Concordiensium, Atestinorum, Altinatum, aliorumque vicinorum populorum, qui Hunniacis temporibus sæviente per Italiam Athyla, in hæc æstuaria veluti in loca tuta commigrarunt. Apparet à fronte littus incurvum instar arcus, per XXXV. circiter milia pelagus Hadriaticum excludens, & beneficio naturæ stagnis præstructum ad tutelam urbis, atque tot insularum contra fluctus, & furibundi maris violentiam: Ostiis quinis tamen exiguis interruptum est, quæ parvis navigiis, ac aquis marinis viam, ac aditum in stagna præbent. Visuntur portus profundissimi, Clodianus, ac Meduacus, castellis & propugnaculis ita muniti, ut classes ingentes, cùm volunt, excludant facile. Patescunt ultra pelagus à fronte & à sinistris Carnorum Alpes, & Istriæ promontoria; à dextris Apennini ante juga Galliæ Cisalpinæ plana fructifera, Euganeique colles nobilissimi cum Athesis, & Eridani ostiis. Denique à tergo rursus Noricorum ac Rhetorum Alpes nivosæ. Nec satiari poterant circumspicientium oculi regionum amœnissimarum varietate & pulchritudine, detentiq; fuissent diutius, nisi sol occidens cogendo nebulas longinquiorem prospectum impedire cœpisset. Ductus igitur è turri cum suis Carulus Princeps in celeberrimum D. Marci forum, sumptuosis ædificiis undique clausum, à fronte mirabili illa basilica D. Marci, & è regione D. Geminiani æde marmorea; latera exornant magnificæ palatiorum structuræ cum splendidis porticibus, & mercatorum, artificumque variis tabernis. Videt ibi Carulus diver-

Vrbis regiones, & insulæ.

Littus Adriaci sinus.

ignoro; fama in medio, & fides penes lectorem libera maneat: constat quidem scholam nebulonum aleatoriam sub iis columnis assiduam, & frequentem videri. Sequenti die Carulus Princeps mane navigio profectus est Muranum, ad videndum officinas vitriarias. Quæ insula distat ab urbe passus plus minus mille. Eam vero tradunt Altinates, & Opitergines Hunnicis temporibus primùm occupasse. Nunc autem urbis in formam exculta est, civili populo frequens, atq; templis pluribus, ædificiorumq; splendore nitens. Hortorum deniq; cultissimorum amænitate urbi cuivis neutiquam cedit. Carulus cùm sacris primum interfuisset in D Petri martyris cœnobio, luculenter ædificato, ejus templi picturas elegantes, bibliothecam præclaram, voluminibus multis refertam lubenter perlustravit, atq; etiam hortos sumptuosos nobilium Venetorum artificiosis fontium scaturginibus elaboratos, & excellentium rarorumq; fructuum plantis variis plenos. Intrant deinde insignium vitrariorum tabernas quasdam, ostenduntq; principi qua ratione candentem materiam è fornacibus deprompt am ferreis fistulis adhærentem artifices vel uno vel altero flatu in calices, pateras aut in quam velint poculi formam magnitudinémve mira dexteritate confestim reducant. Nec satiari videndo potuit, quin & inflare fistulis spiritum, & non prius visam artem experiri ipse voluit. Varietate profecto, tum artificio, ac materia exquisita, exuperant hæc Muranensia quam longissime cetera totius orbis vasa vitrea: atq; imitantur tam claritate perspicua, quàm splendore crystallum naturale, ut meritò crystallina vocentur. Artifices etiam indies ornamenta nova, rationesque ad antiquitatis imitationem variè figurandi præstantiores excogitant, colores quoscunque mirabili industria reddunt, auro, argento, cælatura, signis, ac gemmis exornant; & aqua cadentem intingendo materiam pocula faciunt, quæ prorsus ex tenerrima glacie sua sponte concreta videntur, & quæ in æstu algorem intuentibus excitant. Et tincturæ quidem genere imitantur veterum hæmatina, murrhina, Obsidiana hyacinthina, ac sapphirina vasa potoria non tantum, sed & escaria omnis generis capacissima. Quæ quidem historiarum encausticis tam eleganter adornant, uti Plinium ipsum, si reviviscens ea videret, obstupefacerent:

Moranum insula, colonia vetus Altinatum & Opiterginorum.

D. Petri cœnobium.

Horti.

Vitrariorũ taberna.

Ingeniosa varietas artis vitraria.

Vasorum species, & forma multiplices.

meritò.

meritoque is judicaret, aureorum, argentorumque precia atq; usum, nisi fragilia essent, hæc diminuere posse. Quid multa? non satis possunt admirari Carulus Princeps, atq; ejus comites in iis tabernis tam immensam, ac variam vitreæ supellectilis copiam, infinitas poculorum, ac capacium vasorum species, non ad mensæ tantum delicias, sed ad quemvis alium usum excogitatas. Prætereo pelves, luteres, cacabos, matulas, guttos ingentes, phaselos, atque rostratas, tormenta bellica, castella, turres; immo carpenta, & organa musica ex vitro perfecta dimensione conflata, quæ singula hic longum esset describere. Cùm igitur omnia diligenter perspexissent, Carulus artificibus liberali honorario remuneratis, ad urbem revertitur. Ceterùm illi, ut est ambitiosæ civilitatis genus hominum, majorem gratiam inire cupientes, & principis largitatem denuo experiri, vicissim eundem crystallinorum poculorum multifaria synthesi, qua tricliniaris abacus, eleganter & regiè posset instrui, honorarunt; eandemque ad ejus hospitium miserunt. Ille verò cum suis trajecit in insulam D. Georgii quingentis circiter ab urbe passibus è regione D. Marci positam, ut videret sumptuosissimum ejus loci monasterium, templo marmoreo, elegantissimaq; ædificiorum structura celebre: ubi priusquam ædis sacræ tabulas, statuas, donaria amplissima, sepulchra ducum, ac principum; item cœnobii longissimas porticus, atria, cœnacula, cubicula, bibliothecam instructam, nec non hortos excultos, & admodum spaciosos perlustrasset, sol in meridiem ascendere cœperat, horaque postulare, ut in hospitium reverteretur. Sumpto deinde prandio accessit Carulum principem summi Pontificis internuncius cum magno comitatu, gratulaturque eidem Sanctissimi Domini nostri nomine felicem in Italiam accessum. Sanctitatem ipsius vehementer ejus rei ob caussam lætari, & omnino petere, ut ita rationes itineris sui porrò disponat; quo tempestivè ad anni Jubileii exordium ante Kal. Januarias sequentes Romam venire possit. Paterni prorsus animi hospitem ipsum inventurum, honoratissimo Principum conventui, celeberrimoque hujus ævi festo, cujus ob causam ab extremis orbis Christiani partibus plurima hominum milia confluunt, ipsum interfuturum. Carulus breviter respondit, Sanctissimi domini sui de-

D. Georgii insula, ac monasterium amplissimum.

Summi Pontificis ad Carulū legatio.

sui desiderio ac voluntati lubenter se morem in omnib⁹ gerere velle, paternam ipsius benevolentiam agnoscere, summa semper reverentia observare: promereri autē ut eam possit, cupere, ac sibi curæ futurum. Cùm ille discessisset, venit Galliarum legatus, eadem ferè referens, regem quippe suum illi peregrinationem Italicam optare felicem, honorificam, atq; utilem; sperareq;, uti (quemadmodum ipse in aula Cęsaris coram petiisset) eum in reditu sui visitandi occasionem nō præteriturum. Carulus adfirmare, certi se quippiam de hac re polliceri nequire: tempus ipsum ꝓximo vere consilia subministraturum: nisi tamen vel brevitas temporis, vel q̄d aliud suboriatur tum obstaculi, sibi in animo esse videre Gallias, regemq; affinem; ceterosque sibi sanguine junctos principes debitis etiam prosequi officiis. Jam verò, cùm tali cum responso legatos dimisisset, paucò post Venetorū Dux Mocenicus ut officiū officio rependeret, visitandi Principis caussa cum summis magistratibus, & aulico comitatu, aulonis tribus inauratis ad ejus hospitium venit. Intellexerat enim Principem Carulum propediem discedere, & missionis accipiendæ caussa in aulam ad ipsum venire velle. Voluit igitur civiliter prævertere, & principem eo cæremoniarum labore sublevare. Carulus inopinato maximi Ducis adventu perculsus conqueritur nimio se gravari honorum pondere; subverti gradus, atque ordines civilitatis; nil minus ipsius personæ convenire, quàm ad tale quid officii descendere. At ille sereno vultu subridens contentum eum esse jubet, ritè se q̄dem hoc facere, & ex solemni more majorum; Principes hospites visitari debere: quò constet, gratos & accepto esse, & num dignè, commodéve tractentur. Precari quidem se suo ac reipublicæ nomine, ne quid in amica civitate sibi deesse patiatur. Cùm aliquandio in atrio sedentes variis de rebus sermonem traxissent, Dux discedere volens ait se intellexisse, quod intra biduum inde Patavium pergere, ac porrò ulterius vellet. Festinationem istam sibi videri. Venetias, atque Italiam mereri majorem indaginem; nec cursim perlustrari, sed pedetentim potius perscrutari debere. Nam quò penitius harum provinciarum dotes cognoscantur; eò magis æstimari, uberioremque fructum reddere. Ignotam virtutem negligi, ac sæpe contemni; cognitam verò degustatamque amari, ac magno in precio semper haberi.

Regis Galliarum legatio ad Carulum Principem.

Venetorum Dux visitat Carulum.

Italiam nō cursim perlustrari debere.

Ignota virtus negligitur.

Carulus è contra vehementer excusare augustiam sibi constituti temporis. Cæsaris in gratiam se perdidisse meliorem æstatis autumnique partem; hybernos atque brevissimos dies proficiscentibus omnia impeditiora facere, ideoque maturandum nonnihil esse. Satius igitur esse, ut visis mane sequenti navalibus, & armamentario, missionem flagitet, & ad iter se accingat. Adhæc ille respondit, Se quidem eius proposito, ac consiliis prorsus refragari nolle, & quandoquidem ipsi sic animo constitutum esset, se in præsentiarum ei valedicere, & omnia fausta precari velle; utque suis, ac reipublicæ facultatibus ubique per omnem ditionem Venetam uteretur liberè, mandat. Atque ita peramantur cùm principi, tum ejus comitatui valedixit; quod & ceteri etiam magistratus fecere, ac deinde simul ad aulam reversi sunt. Carulus autem hac missione accepta lætus, ne reliquum diei perderet, cum ductoribus suis per urbem naviculis est vectus, uti residuas quasdam insignes ædes sacras perlustraret. Postridie mane exoriente jam sole, rei divinæ primùm in templo D. Zachariæ interfuit; ac deinde cum ductoribus, & comitatu suo ad navalia perrexit. Arsenalem nunc vocant locum, quasi artem navalem, quòd arte naves ibi struantur. Insula est urbis angulo contigua versus orientem, & Adriatici maris portus amplitudine duorum miliarium in circuitu, fossis ac muris undique validis munita, & cum oportunis ad custodiam turribus. Divisa est per regiones suas, atque artificum operariorumque diversas tabernas atque officinas oportunis quasque locis dispositas complectitur. Quadringentorum hominum labore continuò naves, machinas, atque instrumenta omnis generis bellica perpetuò ædificari affirmant: quorum stipendia in hebdomadas singulas ad mille ducentos aureos æstimantur. Jam pridie in navali innotuerat, Carulum Principem advenire velle. Magistratus igitur ejus loci, & præfecti fabrûm & classis, scribæque navales cum suis insignibus præsto fuerunt, & ante portam decumanam, ubi per pontem sublicium ex urbe transitur in insulam, ipsum solemniter exceperunt. Saluteque dicta Ducis ac reip. nomine gratulati adventum, præeuntes circunduxere per regiones singulas, & artificum operariorumque tabernas & officinas. Monstrant in fabrûm tignuariorum amplissima regione, quo pacto

Missionem discedendi Carulus accipit.

Navalia Venetorum.

Tignuariorũ regio.

pacto materia ad classem, navesque præparetur, adaptetur-que. ut adustione spondas, & costas incurvent; malos, antennas, remos, ac tonsas ut levigent; quomodo fiant trochlæ, pontes, antliæ, corbitæ, machinarum bellicarum rotæ, ceteraque navalia instrumenta, quæ in diversis locis singulatim fabricabantur. In Vulcaniis fabrûm ferrariorum officinis vident formari gyganteas tormentorum bellicorum moles, graves æneas fistulas, & prælongas; tubos vastos, atque immanes globos ferreos: cudi ponderosas anchoras, item harpagones, falces, catenas, corvos, bellicosque navales apparatus varios. In Tana, quæ restionum, aut calostrophorum est magna regio, immensas rudentum & cacamelorum spiras admirantur; perlustrant, ut protoni, pesinata, & hyperæ intorqueantur, aliaque velorum antennarumque retinacula. Per armamentaria diversa telorum omnis generis plena, quibus instrui vel naumachia posset, ostentabantur insignia à Turcis, atque pyratis capta, & hostium spolia, manubiæque insignes proximo ad Naupactum navali prœlio captæ. Transeunt deinde in velariorum, vel ut Græcè potius dicam, histiorrhaphorum domum, ubi tabulatis in pluribus invenerunt mulierum ac puelllarum aliquot centurias assiduo labore vela consuentium, vel resarcientium. In navalis ipsius meditullio multæ porticus miliariæ, & peramplæ ex tabulatis extructæ sunt, sub quibus rostratæ, ac longæ naves circiter ducentæ, præter minora navigia infinita, stantes in hermatibus sive pontibus, servantur à pluviarum ac tempestatum injuriis, ex aquis dumtaxat subductæ, & ad omnem occasionem navigationis paratæ. Inter has præfecti monstrarunt Carulo Principi prætorias quinqueremes, aliasque triremes laceras, ac globis ferreis trajectas, proxima victoria navali ad Naupactum captas; nec non Imperatoriam And. Venerii qui in eo prœlio cecidit. Ascendunt etiam in thalamegum inauratam, & sculpturis picturisque insignibus exornatam Ducis Veneti, quam Bucentaurum ptopter magnitudinem nominant: hac festivis dumtaxat diebus evehitur, ac imprimis dominicæ Ascensionis solemni die; quando magna cum pompa, splendidoque procerum comitatu ex urbe ad Adriatici maris præcipuum portum proficiscitur, ubi certis cum cæremoniis Thetidi sponsaliorum arrã, annulo aureo

Fabrum ferrariorũ officina.

Tana restionum aut calostophorum regio.

Armamentaria.

Spolia & manubiæ.

Velariorũ domus.

Rostratarũ, atque triremium porticus.

Quinqueremes & rostrata à Turcis ad Naupactũ capta.

Thalamegus Bucentaurus Ducis Venetorum.

Thetidis annua sponsalia.

mari injecto, solvit. Ostendunt deinde præfecti nuper refectos magnis impensis muros, ac turres, aliaque vicina ædificia; q̃ sub exortum postremi belli Turcici, fraude, ut plures suspicantur, hostili, conjecto in sulphurei pulveris tormentarii dolia in turribus condita incendio, conflagrarant. Cùm denique perlustrassent omnia, magistratus, ac præfecti Principem invitant ad videndum quæstorium, quod sane sumptuosum est ædificium, supellectile magnifica instructum, ubi magistratus loci coeunt in concilium, indies operæ singulis hebdomadibus solvuntur, quæstores, ac scribæ quæstorii suas habent officinas, rationumq; tabularia. Mox introducitur in cænaculum pulcherrimum, ubi in mensa paratæ erant bellariorum deliciæ multiformes, & astabant pincernæ, auratis in pateris argenteis Cretica, Chia, & varii gereris dulcia nobiliaque vina propinaturi. Hortantur Carulum magistratus post istos labores, diururnamque deambulationem jentaculum sumere; atque ita quippiam degustando, cùm ipse totusque comitatus nonnihil corpus refecissent, gratias immensas magistratibus ac præfectis Carulus egit, & accepta licentia discessit. Nil aliud restare tum inter suos dixit, quàm ut in sequentem diem pararetur profectio. Missus igitur cum mandatis dispensator Mestresium, uti inde continuò familiam & equos iter arripere, terrestrique itinere cum hospitiorum designatore Patavium pergere juberet. Ipse priusquam rediret ad hospitium, declinavit ad ædes legati regis Hispaniarum, officii caussa, ut ei valediceret: quod valdè gratum seni optimo fuisse, xeniis ad Principem missis, mox sub prandio declaravit. Ut autem illo die semet expediret Carulus, à meridie per pluviam vectus phaselis ad legatorum hospitia, valedixit summi Pontificis internuncio, ac regis Galliarum oratori. Visitavit deinde Cæsarei legati Comitis N. qui tunc Viennam profectus erat, uxorem, necessitudini hoc tribuens, quæ huic illustri fœminæ cum ipsius erat parentela. Nam apud Caruli matrem Oeniponti quondam educata fuerat, ideoque vehementer eum videre, & affari cupiebat. His peractis, ut simul nobilium juvenum habitus ac mores, insigniumque matronarum & virginum formas, & vestitus, obiter perlustraret; à ductoribus suis invitatus, ivit ad nuptiarum solemnia, quæ tum magna cum frequentia celebrabantur in Cor-

Incendium.

Quæstoriũ in navalib.

Valedicit legatis Principum Carulus.

tur in Cornariorum palatio, ubi cum omnium applausu choreis & conversationi indulgens horis aliquot festivo conventui interfuit. Honorificum hoc visum nobilitati, atque discessuro postmodum Principi Carulo sponsi & sponsæ nomine gratiæ perampliter actæ sunt, quod præsentia sua nuptias illas honorare voluisset. Sexta Kal. Novembris Carulus navigio Patavium profectus est, & œconomi Veneti eum prosequuti sunt ad Meduaci fluminis ostium vetus, obstructum olim à Venetis; ne fluvius ibidem stagnis illabens ejus lacunas, & euripos oppleret, suaque alluvione sensim terrestrem accessum ad urbem faceret. Leucæ officinam nunc appellant locum, ubi navigia mercibus onusta rotarum volubili machina ex aquis sublata per aggerem hinc inde transferuntur, vel è stagnis in fluvii fossam, vel ex fluvio in ipsa stagna. In fluminis ripa stabant aulonæ Venetorum binæ commodæ & instructæ, in quibus prandium paratum erat: ad has cùm Principem deduxissent œconomi Veneti quàm humanissimè eidem valedixerunt, ac redeundi domum licentiam petierunt fausta omnia proficiscentibus optantes. Carulus propter sedulitatem, officiaque omnia tam benignè semper præstita gratias eis quàm maximas egit. Et cùm ex ipsius mandato præfectus aulæ Gimnicus abiturientibus xenia: ac munuscula gratitudinis ergô præsentaret, & multis precibus, ut acceptarent, urgeret, quippiam accipere prorsus recusarunt, ac Principis gratiam sibi muneribus omnibus chariorem esse dicentes, cunctis amantissimè valedictis, ad urbem reversi sunt. Illi autem prandium sumunt in navibus, & adverso interea flumine, equorum, non velorum auxilio vecti serius post occasum solis Patavium appulere. Rectores civitatis (sic enim nunc appellant Procos. qui Venetorum nomine urbem illam provinciam obtinent) cum nobilitate & magistratibus advenientem Principem expectabant cum facibus ad urbis portam, atque in exscensu peramanter exceptum, tympanis, tubisque præcinentibus, duxerunt ad præparatum ipsi hospitium in palatio Episcopi Patavini, ubi cum suo comitatu impensis publicis magnificentissimè tractatur. Postridie mane cùm Rectores, jurasdictionis exercendæ ob caussam, Principi adesse non possent, destinati ad officiũ Comes Alti collis, præfecti equitum præsidiariorum vices gerẽs, & Prior

Carulus Patavium proficiscitur.

Machina traductrix.

Carulus dimittit Venetos œconomos.

Rectores reip. Patavia.

& Prior magnus equestris ordinis Allobrogum cum nobilium comitatu magno duxerunt Carulum rei divinæ primū caussa ad summum templum, quod propter structuræ magnificentiam percelebre semper fuit. Equis deinde per amplissimam urbem vecti perlustrarunt insignia quæque loca, & ædificia, portas marmoreas, triplices muros, atque fossas immisso Meduaco flumine profundas ac navigabiles, propugnacula ingentia, quibus Veneti nunc urbem istam, & antea Carrarienses Principes exornarunt, & inexpugnabilem reddiderunt. Vident lapideos pontes, fora spatiosa. Adscendunt deinde in sublime prætorium plumbo tectum, Palatium majus appellant, statuis & picturis excellentibus ornatissimum; ubi monstrantur Carulo virorum illustrium Pataviorum effigies, qui suis virtutibus immortalem famam nacti, urbem illam vel nativitate, vel morte sua decorarunt. Et ne longus sim in enumerandis singulis, quarum imagines Principi tum ostendebantur, ut T. Livii Romanæ historiæ principis, cujus etiam ossa perhonorificè ibidem marmoreo in sepulchro condita esse affirmant; ut Imperatorum quorundam, item Asconii Pædiani oratoris, Arruntii Stellæ, & Valerii Flacci, poëtarum. Julii Paulli jurisconsulti, qui Alexandro Severo Imperatori à consiliis fuit; eos breviter elegantis poëtæ Germani versibus perstringere lubet, qui de hac urbe celeberrima sic cecinit:

Patavii munitiones & ædificia.

Prætorium urbis.

Illustrium virorum imagines.

Salve urbs doctiloquis sedes aptissima Musis,
Magna loco, spatiosa foris, placidissima cæli
Temperie, muroq; triplex, latissima fossis.
Et magnis celebrate viris. Hac Livius ille
Historiæ pater est genitus: servantur eodem
Illius ossa loco, statuis, tituloq; superbo;
Hic ubi juncta foro, nullis fulcita columnis
Plumbea marmorei pulchrè stant tecta palatii.
Hic etiam Paullus, juris legumq; peritus,
Et statuas alii meruerunt urbis alumni.
Hæc quoq; Valerio patria est, qui Iasona laudat.
Hæc patria Asconio, & Stellæ: prætoris in arce
Effigies quorum & titulos spectare licebit,
Atria Romanum referunt ubi picta senatum.
Hic quoque suprema Longoli conderis urna,

Inscri-

Inscripsitq; tua Bembus tria carmina tumba.
TE juvenem rapuere deae fatalia nentes
Stamina, cum scirent moriturum tempore nullo,
Longoli, tibi si canos seniumq; dedissent.

Docta & ingeniosa ibidem epigrammata plura Corona Pighius enotavit. Pergunt deinde ad D. Justinæ monasterium peramplum Benedictinorum, ubi vasta templi nova moles è quadrato saxo magnis impensis, & architectura mirifica tum extruebatur. Monstrant ibidem D. Lucæ Evangelistæ reliquias & ossa in monumento alabastretico antiquo, nec non aliorum divorum martyrum. Junonis olim fanum eo loci fuisse Blondus & antiquarii perhibent, cujus Livius libro x. meminit; scribens classem Græcorum Cleonymo Spartano duce ab Æmilio consule è Salentinis pulsam, ad Venetorum litora à Patavinis victam fuisse, & rostra navium, spoliaque Græcorum victoria navali parta in veteri Junonis æde fixa suo etiam tempore superfuisse. Volunt etiam T. Livii reliquias, & sepulchrum ibidem inventas esse. In perlustrandis hoc modo rebus variis cùm antemeridianum diem transegissent, Carulus sumpto prandio ad iter se accingit: visumq; consultius, ut equis major quies daretur, Galliæ Cisalpinæ planas illas regiones peragrare vehiculis, quorum ibi copia magna est. Relinquunt igitur caballos cum equisonibus, familiæq; parte Patavii, statuiturq; his dies, quo inde Ferrariam pergerent, & principem ibi expectarent. Ipse carpentis duodecim conductitiis eodem die proficiscitur Vicentiam, ut nunc appellant, veteres tamen Romani Vicetiam dixere, veluti antiqua marmora demonstrant: Antiquitate quidem cum cum ceteris ejus tractus urbibus certat, condita, quemadmodum Sex. Pompejus Trogus affirmat, à Gallis, cum Mediolano, Como, Verona, Brixia, Bergamo, quos Tarquinii Prisci Rom. regis temporibus Tuscos ex iis regionibus pepulisse Livius libro v. memorat. Comitantur Carulum abeuntem præfectus urbis, & Rectores, cum magna nobilitate; quos extra portas, accepta discedendi licentia, dimisit. Post paucas deinde horas equitatus Vicetinorum nobilium ultra secundum à Vicetia lapidem Carulo venit obviam, & procoss. Veneti urbis ejus gubernacula tenentes carpentis extra portas occurrerunt, adventumq;

D. Iustinæ monasterium.

Cleonymus Spartanus à Patavinis victus.

Carulus vehiculis per Cisalpinam proficiscitur.

Vicetia colonia.

reipublicæ nomine gratulati, cum satellitio, & peditatu, tubis præcinentibus, tympanisq; sonantibus, non sine ingenti pompa duxerunt eum per urbem ad præparatum hospitium. Fit intrantibus magnus applausus bellicorum tormentorum è portis, muris, ac propugnaculis; principisque videndi caussa concursu populi fora, plateæ, fenestræ & compita repleta sunt. Exceptus fuit hospitio cum sua cohorte in amplissimo palatio Comitis Octavii Thieneji, & non minore, quàm in aliis urbibus splendore Venetorum impènsis est tractatus. Die sequenti procoss. cum præcipua urbis nobilitate Carulum comitantur, req; divina in majore templo cathedrali audita, ad visendam urbem ædificiis splendidam ducunt, & rerum omnium copia abundantem. Ostenderunt illi imprimis forùm, ac pretorium magnificentissimū; atq; pergunt deinde ad prædicatorum fratrum cœnobium, ut videret in ejus ornatissimo templo sacram illam spinam ex corona Christi servatoris nostri; quam à D. Ludovico Francorum rege dono acceptam Bartholomæus Vicetinus ejusdem urbis episcopus, atq; ordinis prædicatorum, in hoc olim templo dedicavit, ubi cum magna religione servatur. Urbis denique situm, ædificiaq; perlustrant, quæ à duobus amnibus ibidem confluentibus irrigatur, habetq; mercium, rerumq; omnium inferendarum magnam commoditatem ex agro illo Gallico circumquaq; frumenti, vini, olei, fructumq;, quæ terra producit, omnium feracissimo. Perlustrata jam urbe, Carulum atq; ejus comitatum opiparo sumptuosoq; prandio Vicetini refecerunt; abiturientemque procoss. præcipuaque nobilitas omnis eadem qua pridie eum receperant pompa, cum tubis, tympanis, & peditatu comitantur. Quibus, cum extra urbem ductus, gratiis actis, valedixisset, per Æmiliam viam carpentis proficiscitur ad Montem fortem pagum; medioque inter Veronam & Vicetiam itinere recipitur cum suis hospitio in villa Episcopi Veronensis. In cujus pretorio eleganter exstructo, licet in procinctu, commodè tamen & lautè cum suis ea nocte tractatur Venetorum impensa. Vicetini namque procoss. præmissis dispensatoribus pro reipublicæ magnificentia de rebus omnibus abundè mansioni providerant. Postridie cum rebus divinis ibidem interfuisset, Veronam aliquanto cupidius properavit, ut ante Kal. Novemb. omnium Sanctorum diem festum esse

Spina sacra ex Christi servatoris nostri corona.

Mantuæ

Mantuæ posset. Vehuntur igitur mane citis quadrigis per incultos, & lapidosos Veronensium campos, qui ante Veronam in collibus positam millia passuum viginti patent; & celebres sunt maximis summorum ducum aliquot victoriis, aut cladibus. Referebat tum Corona Pighius principi suo, Sabinum Julianum Imperium invadentem à Carino Cæsare in iisdem campis victum & occisum fuisse, atq; Odovacrum Herulorum & Turcilingorum regem, qui Augustulo depulso Italiæ regnum per vim occupaverat, & aliquot per annos eam tyrannide oppresserat, à Theodorico Ostrogothorum rege triduano prœlio debellatum fuisse, cæsum item postea Lambertum Guidonis Spoletani regis filium cum quatuordecim Hungarorum milibus à Berengario: nec multos post annos ab Hugone Arelatensi, Arnoldum Bavariæ ducem cum paratissimo Germanorum exercitu, quem Veronenses primi regem Italiæ contra Hugonem appellatum specie triumphantis intra mœnia receperant. Devictum in iisdem campis etiam à Rudolpho Burgundo Berengarium alterum, Italiæque regno privatum: Avorum denique patrumque memoria magnis sæpè prœliis in illo camporum tractu de Italiæ principatu fortuna varia certatum fuisse. Cæterùm, quòd Blondus scribit C. Marium Cimbros ac Teutones in Italiam irrumpentes ibidem ultimo prœlio delevisse, incertum & obscurum id esse dicebat; cùm varient mirum in modum auctores in ejus tam famosi prœlii loco describendo. Nec temerè quidem hoc Corona dixit. Fragmenta etenim Livii libro LXVII. produnt, ab Athesis fluminis, quem obsederat, ripis Q. Catulum procoss. à Cimbris suisse dejectum; & accedente paulò pòst cum novo exercitu C. Mario, hostes prœlio victos, quo cæsa centum quadraginta milia, capta sexaginta sunt milia. Si Romanæ historię principem, Livium integrum haberemus, haud dubiè quid certi nobis de tam ingentis prœlii loco constaret. Sex. Julius Frontinus in saltu Tridentino Q. Catuli exercitum Cimbris cessisse demonstrat libro stratagematum quarto. Nec non Valerius Maximus libro V. cap. VIII. ad Athesim Cimbrorum impetu Romanos equites pulsos, & deserto Catulo procoss. ad urbem fugisse scribit. L. Florus, qui Livium in historia quàm maximè sequi videtur, Cimbros per hiemem scribit Tridentinis jugis in Italiam provolutos velut

C. Marius Cimbros ubi deleverit.

ruina descendisse? Athesim flumen non ponte, nec navibus; sed primùm vado, corporibus, ac clypeis frustra tentasse, ac demum ingesta silva obrutum transiliisse. In Venetia moram trahentibus, ac ferociter diem pugnæ postulantibus Marium mox alterum sequentem dedisse, cosq; in patentissimo, quem Caudium vocant, campo prœlio insigni prostravisse. Vellejus Paterculus, & auctor de viris illustribus, locum prœlii exprimentes, eodem quasi nomine, Floro consentire videntur; quamvis in appellatione varient nonnihil exemplaria, quemadmodum librarii imperitiores in propriis nominibus cespitare frequenter solent. In quibusdã enim jam dictorum auctorum exẽplaribus Claudius campus vocatur, in aliis Caudius; verùm in Vellejanis quibusdã Raudus, ubi legimus in quinto Marii consulatu gentem excisam Teutonum in campis, quibus nomen erat Raudis. Et placet hæc significantior & propria magis appellatio; corrigendaque mihi videntur in eo nomine Flori, & auctoris de illustribus viris exemplaria. Raudos enim aptè Veronenses, aliosq; montibus subjectos campos vocamus vetusta voce, quasi rudes, asperos, & saxosos: quandoquidem saxum ipsum quoque raudus nominare solent antiqui, ut Sex. Pompejus ex Attio comico probat. Ex his, ni fallor, auctoribus Blondus aliiq; colligunt, in Veronensibus campis admodum asperis cædem Cimbricam contigisse. Ceterùm Plutarchus, licet in Apophtegmatis Romanis Catuli exercitũ ad Athesim scribat à Cimbris pulsum fuisse; in C. Marii tamen vita, fluvium illum Athisonem appellat, & locum prœlii Cimbris Marium designasse planiciem apud Vercellas oportunam Romanis ad equitandum, & barbarorum multitudini ad jactantiam suam. An librariorum item imperitia hic nomina, pro Athesi Alhisone, & pro Verona Vercellis suppositis, mutata sint, peritioribus judicandum relinquo. Athisonis nescio an quispiam veterum mentionem faciat. In historia belli reliqua tamen Plutarchus non admodum discrepat à Livio, Floro, ceterisque. Immanes videlicet illas variarum nationum copias in Galliis divisas fuisse: ex his Teutonas & Ambrones contra Marium per Lingonas contendisse, & non procul ab Alpibus cæsos ad aquas Sextias esse: agmina verò Cimbrorum in Noricos, atque inde perrexisse ad Alpes contra Catulum. Hos secutos item Tigurinos, Florus cen-

Auctorum loci Velleio conciliandi. Campi Raudi. Raudus quid.

consentit. Paullus Orosius tribus agminibus barbaros tum Italiam petiisse tradit; sed quibusnam in locis Alpes transcendere voluerint, non exprimit. Palam tamen est, diversis itineribus transitum tentasse, & tam ultra, quàm citra Alpes cæsos fuisse; citra quidem in Venetis inter Padum & Athesim in Raudis campis, tot jam dicti auctores consentiunt, qui Tridentinas Alpes transiisse in Italiam Cimbros volunt: Plutarchus autem an correctus sit, & quomodo nam conciliari his poterit, studiosis discutiendum relinquo. Nobis autem susceptæ profectionis descriptio nunc prosequenda est. Carulo principi Veronam appropinquanti in iisdem campis jam dictis occurrit cum equitatu & carpentis præfectus Veronensium, & in occursu primo congratulatione que mutua simul mox intrarunt vicinum templum novum Divæ virginis Deiparæ Mariæ, quod & structuræ magnificentia, & crebris miraculis valde est celebre: ubi cùm Deum, & Divam Virginem precibus fusis salutassent, eodem in carpento, quo colloqui commodius possent, vehuntur ad urbem. Mox intra portas Carulus princeps rursus honorificè excipitur à prętore & magistratibus cum magno nobilium comitatu, & equitum præsidiariorum ala, splendidaque quadrigarum prosequentium pompa, tubis præcinentibus, tympanorumque cum sonitu per plateas aliquamdiu vectus urbis visendæ causa; jam appropinquante meridie ad hospitium ipsi designatum deducitur, quippe ad antistitis Veronensis Cardinalis N. Naugerii amplissimum palatium. Ubi cum sua nobilium cohorte pro urbis splendore, & reipublicæ magnificentia, sumptuosissimo tractatur convivio; cui etiam intermiscebantur acroamata varia, ut animi, aures, & oculi non minus, quàm corpora cibis delicatissimis reficerentur. Finito prandio, vehicula ornata, & equi apparatissimi jussu præfecti adducuntur in palatium, quibus Princeps, ejusque cohors aulica per urbem veherentur. Ipse cum prefecto & prętore eodem in carpento sedens comitante, magna nobilium caterva ducitur ad palatium Comitis cujusdam, picturis, statuis antiquis, & omni elegantiarum genere pulcherrimum; ut videret ibidem exercitia virtutum ingenua juventutis nobilis, quæ statis diebus in illustrium domibus velut in academiam laudato more solet ad variarum artium certamina convenire. Tum fortè Musarum chorus

Excipitur à Veronensibus Carulus princeps.

chorus aderat, artificesque peritissimi, atque inter eos Comes ipse tanquam Apollo testudinem pulsans, vocum, ac variorum instrumentorum musicorum cōcentu Principem, totumq; consessum per duas horas detinuerunt. Carulus videns tempus traduci longius, declaravit Rectoribus (ita enim præfectum ac prætorem summos urbis magistratus simul appellant) sibi licet invito jam inde discedendum esse, si quid visu dignum in urbe perlustrare deberet : Cupere enim se vesperi ulterius proficisci, quo postridie Marmirolum, ac Mantuam pervenire maturè posset. Credebant omnes eo die mansurum, atq; pernoctaturum Veronæ Principem; eratq; jam factus in eum finem apparatus. Rectores tamen ejus deliberatæ voluntati resistere obstinatè nolentes, mittunt confestim œconomum ac dispensatores ad septimum lapidem, qui in Castello Villæ Francæ Principi comitatuiq; hospitium ac cœnam pro dignitate pararent. Interim dissolvitur Academicus ille conventus, & dum adducuntur equi, in Comitis elegantissimos hortos transeunt, scanduntque in superiores à clivo montis pensiles, è quibus magna pars urbis conspici commodè potest. Ubi parumper morati, ut oculos amœnitate & pulchritudine locorum nonnihil pascerent, conscensis deinde equis, proficiscuntur cum numerosa nobilium sequela per urbem visendarum antiquitatū, & ædificiorum publicorum caussa. Perlustrant igitur forū, curiam, & cathedralē ædem pervetustam & sumptuosam; Theoderici, aliorumq; Gothorum, Langebardorumque regum arces & castella; Scaligerorum monumenta, nec non plurimorum principum veterum alta palatia, ac domus nobilium excelsas. Pergunt etiam ad forum boarium, & ostendunt Carulo vetustissimam, & è quadrato saxo peramplissimam amphitheatri molem, quam Arenam cives appellant: Cujus exterior paries quatuor zonis pulcherrimis cinctus, totidem columnarum, arcuum, ac fenestrarum ordinibus, quadruplici opere, Dorico videlicet, Ionico, Corynthio, & composito in admirandam extollebatur altitudinem: quemadmodū ex dicti parietis quatuor arcuum parte colligi potest, quæ sola reliqua manet adhuc erecta. Totum enim exteriorem amphitheatri circulum barbari posterioris sæculi, sublatis ad alia ædificia marmoribus, usque ad fundamenta sunt demoliti; atq; tantę majestatis opus non secus ac for-

Rectores Veronensium.

Villa Franca.

Verona ædificia celebria.

Amphitheatrum Veronense.

ac formosam, adornatam, ac longè conspicuam Spartam quandam discerpta pulcherrima veste turpiter admodum denudarunt. Ex reliquis tamen veluti ex unguibus leo, totius structuræ magnitudo facilè cognoscitur, & quanta ejus ars ac pulchritudo fuerit. Ordinum enim unumquemq; parietis exterioris LXXII. portas, vel arcus, totidemque columnas habuisse, docet ipsa circularis proportio, & architectica dimensio. Tertium autem operis Corinthiaci CXLIV. statuis collosseis inter arcus & columnas redimitum fuisse, loculi & vestigia demonstrant. Stupet Princeps Carolus tanti ædificii molem ac formam videns. Atque introductus in porticus triplices interiores concameratas totam machinam circumambientes, vehementer admiratur viarum ac graduum labyrinthos se inviecem occurrentium undequaque; quibus populus scandere in porticus superiores, & in ipsa caveę interioris sedilia, vel descendere & exire sine turba obviantis impedimento quàm commodissimè poterat. Ingressus arenam mediam, gaudebat videre planiciem ovata specie extensam in longum decempedas XXXVIIII. in latum veró decempedas XXII. cum dimidia; circumseptam undique sedilium ordinibus quadraginta duobus, gradatim, declivis tecti in modum supra porticus interiores adscendentibus in altum: Quæ tantæ sunt capacitatis, ut supra viginti tria hominum milia per circuitum in iis commodè sedere potuerint. Spoliata quidem jam olim fuit à barbaris interior hæc amphitheatri cavea marmoreis suis subsellijs, sed nunc equester ordo nobilitasq; Veronensis eandem suis impensis restaurare, marmoribusque vestire cœperat, Quæ festivis quibusdam diebus populo venationes, ludos equestres; ac pedestria certamine publicè in eadem arena, majorum more, solet edere. Quis autem hujus tam egregiæ & immensæ machinæ fuerit auctor, apud veteres auctores mentionem nullam invenimus. Obscuras dumtaxat quorundam reperio conjecturas esse. Leander Albertus in Italiæ descriptione colligit ex marmoris cujusdam Lucensis antiqua inscriptione apud D. Fidrianum reperti, L. Flaminium, Romanum consulem, ac universæ Græciæ domitorem, amphitheatrum Veronæ propriis sumptibus erexisse, anno ab urbe condita DIII. Ceterum hæc inscriptio mihi planè suspecta, immo fictitia ac falsa videtur; quandoqui-

Veronensis amphitheatri obscurus auctor.

dem ab

dem ab historica veritate multis parasangis aberrat. Non enim L. Flaminium ullum consulem Romanum fuisse, aut Græciam domuisse invenio, sed unum duntaxat C. Flaminium bis consulem, qui in primo consulatu Gallos ac Ligures vicit, non Græcos: & in secundo ab Annibale ad Trasimenum lacum ipse victus & occisus est. At verò L. Quinctium Flamininum consulem fuisse reperimus, ceterùm cum Græcis ille nihil rei gessit: frater quidem ejus T. *Quinctius, Flamininus item consul Græcos non tam domuit, quàm Philippo Macedonum rege devicto Græciam universam ab ejus dominatione vindicavit, & libertate donavit, anno post urbem conditam DLVIII. Itaque nec dicta marmoris inscriptio tempore congruit cum vera historia Romana. Palam etenim est, Flaminiorum aut Flamininorum neminem fuisse consulem ante urbis annum DXXX. Quomodo igitur Flaminius quispiam consul Romanus anno ab urbe condita DIII. sicut in marmore legitur, amphitheatrum Veronæ erigere potuit? Nec verò videtur esse verisimile, eo sæculo Romanos consules ibi suis sumptibus tam immensa exstruisse ædificia, quo Transpadanis nondum societatis jus aliquod cum Romanis erat, quo nec dum Verona Romanorum colonia facta; sed bello victi Insubres, & Cænomanni legibus parere, ut subacti cogebantur. Testatur autem Asconius Pædianus in commentario Pisonianæ Ciceronis, Cn. Pompeium Strabonem, Pompeji Magni partem Transpadanas colonias primùm deduxisse, atque jure Latii donasse. Inter quas Veronam fuisse constat, quam Tacitus libro XIX. Coloniam Rom. appellat, & quam in panegyrico quodam Constantini Aug. legimus Pompeium deduxisse, & Pompeianum evertisse. Deducta igitur primùm Verona post bellum sociale, post Rom ā conditā anno DCLXIV. quo Cn. Pompeius Strabo consul fuit, quo etiam anno Cispadanæ Galliæ civitas data est. Non itaq; videtur (inquam) verisimile, Romanos centum sexaginta annis antequam colonia fieret, aut quid Romani juris participaret, Veronæ amphitheatra condidisse. Citius in sententiam Torelli Sarainæ Veronensis, doctissimi viri, pedibus irem, qui Augusti Cæsaris auspiciis tam amphitheatrum, quàm theatrum Veronæ conditum esse, variis conjecturis & argumentis probare conatur. Constat enim, teste Suetonio, Augu-

L. Quinctius Flamininus cos.

** T. Quinctius Flamininus cos ejus frater.*

Verona quādo primum Romanorū colinia.

Verisimilior opinio de amphitheatri Veronensis cōditore.

Augustum plurimas per Italiam colonias vel deduxisse, vel operibus ac vectigalibus publicis plurifariam instruxisse. Suffragantur insuper, ut Torellus affirmat, quædam chronica; in quibus legitur, Amphitheatrum, quam Arenam vulgo vocant, anno quadragesimo secundo Augusti extructum fuisse. Adstipulatur item Cyriacus Anconitanus, qui in Itinerario Illyrici plures urbium antiquitates collegit, scribens, existimari Veronæ constructum Labyrinthum (sic enim appellat amphitheatrum) quod Arena nunc dicitur, anno Imperii Octaviani Augusti trigesimo nono. Ceterùm de tanti operis auctore cuilibet suum sit judicium. Moles, ac magnificentia insignis ejus ædificii, nec non artificum & architecturæ perfectio nobis facilè persuadent; non rudi & impolito, sed ad Romani nominis æternitatẽ florentissimo sæculo Imperii, cujus potentiam repræsentat, tantam machinã excitatam fuisse. Ducunt inde Carulũ principem, rerum visendarum voluptate delinitum, circum alias etiam urbis antiquitates visu dignas. Monstrant theatri veteris ruinas pontes lapideos, in Athesi, qui fluxu tortuoso mediam secat urbem; item porticus partim combustas, partim dejectas nec non Janos quadrifontes, & arcus marmoreos sculpturis pulcherrimis elaboratos, atque titulis eorum, quorum, ob merita publicè fuerunt erecti, inscriptos. Quos hic latius describere supersedeo, studiosum ejus cognitionis lectorem remittens ad dictum Taurellum Sarainam; qui eos non minus accuratè quàm ingeniosè inter ceteras suæ patriæ antiquitates expressit in dialogis quos de origine & antiquitate civitatis Veronæ in lucem libris quatuor edidit. Interea Gimnicus aulæ præfectus declinante jam sole profectionem maturandam esse videns; ne redeundo in mediam urbem ad hospitium Principi tempus perderetur, mittit, qui curarent quadrigas ac currus ad iter parari, juberentque illas cum reliqua familia infra horam extra muros Mantuana via in procinctu principem expectare. Perlustratis autem antiquitatibus, demum pergunt ad videndum novas munitionum urbis structuras, quibus Veneti maximis operibus, & sumptibus, continuoq; studio, pro hujus seculi ambitione contendunt urbem illam inexpugnabilem reddere. Ostendunt Carulo principi immanes aggeres, spississimos muros, turres, ac propugnacula tormentis bellicis

Theatrum, & alia antiquitates.

Verona munitiones.

bellicis armata, fossas profundas atq; latas, quas Athesis intromissus redimplet; item portas urbis novas, non tantùm artificio & operibus admodum munitas, sed etiam sculpturis, statuis & marmoreis columnis adornatas. Sub vesperum veró tempus, abiturientem Carulum prosequuntur Rectores urbis, reliquusque nobilium comitatus extra mœnia. Ubi cùm his gratias egisset, singulisque valedixisset; relictis equis, quadrigas cum suis adscendens, tubicine & ductoribus Venetorum præviis, Villam Francam properavit, ad hospitium lautum, paratissimamque cænam, ac pro loci conditione splendidam. Pridie Kal. Novembris, qui dies dominicus erat, manè Carulum principem à sacro redeuntem accessit legatus Mantuani Ducis Guilhelmi, & ei congratulatur adventum felicem Principis sui nomine: Adversa, dicens, valetudine ipsum jam diu conflictari, ideoque Marmiroli in secessu ex medicorum arbitratu vitam ducere. Idipsum obstaculo fuisse, quòd charissimo affini non prius viso, sua sponte vel Venetias usque occurrere in complexum non potuerit. Valde tamen lætum ac gratum hujus adventus nuncium illi fuisse. Flagitare igitur ut venire properet, quo sua præsentia nonnihil valetudinem afflictam recreare possit. Si non adeò quàm vellet, hospitem jucundum ac hilarem, assiduumve comitem; benevolum tamen & benignum semper habiturum. Carulus nuncio inopinato valetudinis affectæ sui affinis non parum perculsus, ejus visitandi desiderio magis flagrabat. Jubet igitur suos quamprimùm iter apparare, & omnia in procinctu habere. Cùmque Veronensium curatores, qui reipublicæ nomine per provinciam eum deduxerant, & tractarant, ibidem dimittere cuperet; prorsus officii supplendi caussa principem comitari ad fines ditionis Venetæ voluerunt. Tum ibi gratias his egit, ac senatui populoque Veneto, magistratibus, ac legatis eorum, suo, parentum, suorumque omnium nomine imposterum omnia amicitiæ officia, & quascunque gratitudinis vices præsentavit. Posthæc Marmirolanum agrum ingresso consobrinus ejus N. Mantuani ducis Guilhelmi filius unicus duodecim circiter annorum adolescentulus cum comitatu nobilium & carpentis aliquot, ad secundum usque lapidem properat obviam, congratulatusque felicem adventum tam suo, quàm parentum nomine, cum Carulo revehi-

Villa franca.

Mantuani Ducis Guilhelmi ad Carulum legatio.

Carulus dimittit Venetorũ curatores.

Mantuani Ducis filius N. Carulo occurrit.

revehitur Marmirolum. Dux pater valetudine licet imbecillis admodum, excepit advenientem affinem ad portas Palatii stans in talari trabea: culpatque vehementer importunum morbum, cujus obstaculo non posset pro affectus ac desiderii sui magnitudine, jucundum ac promptum hospitem se exhibere, carissimumq; affinem pro sua dignitate tractare. Adfuturum tamen ad omnia obsequia cum aulico comitatu suum filium, vicesq; patris suppleturum quàm possit diligentissimè. Ducitur interea Carulus ad cubiculum, ubi pater filio mandat, ut se præbeat ac præstet consobrino benevolum & amicum ubique comitem. Ipse jam fatigatus, accepta licentia ad solitam valetudinis curam secessit. Principes juvenes pransi sunt simul admodum comiter atq; hilariter: & omnis Caruli comitatus magnifico convivio, dapsiliq; sumptu excipitur. A prandio perlustrarunt Palatii ædificia, picturas, & ornamenta pulcherrima, totumque villę Marmirolanæ situm amœnissimum. Quæ quidem nobilis atque præclara est à Friderico primo Marchione magnis impensis ædificata, eximioque architectorum artificio. Nam prætorium villæ, quod Palatium nunc appellant, tantam habet copiam, atque oportunitatem conclavium; ut vel rege quovis excipiendo sufficiat. Exornant mirificè villam circumcincti peramœni & nitentes horti fructiferarum arborum omnis generis, cum vitium pergulis pulcherrimis, item silvæ & luci elegantes. Ostenduntur hospitibus piscinæ, vivaria, & fontium scaturigines artificiosissimi: ubi per multiplices syringas & secretas fistulas undiq; prorumpentium aquarum copia subitò perfundere, & astantes spectatores irrigare possunt. His visis, accinguntur ad iter omnes. Constitutum enim erat ad quartum inde lapidem eodem die Mantuam pergere, atque ibi biduo triduove quiescere; cùm propter instantes dies festos, tum quo Carulus materteræ charissimæ aliquandiu frueretur consortio, urbemq; præclarissimam & pulcherrimam videret. Ne quid igitur honestæ recreationis in via deesset juvenibus principibus, dux senior suis curam imposuit, uti venationem obiter instruerent, & in silvis viæ propinquis plagas expanderent. Carulus princeps, comitante consobrino, cum suis ascendens in cubiculum affinis ęgroti, immensas illi egit pro summa sua humanitate gratias: & accepta discedendi licentia,

Dux Guilhelmus Carulum excipit.

Villa Marmirolana.

cum consobrino principe, nobiliumq; magna cohorte, quadrigis ad venationem proficiscitur. Occisus est eodem die in principum conspectu vastę magnitudinis aper; qui jucundo tempus terētes exercitio, præcipitante in occasum sole Mantuam perveniunt. Excipitur Carulus hospitio cum suo comitatu in pulcherrimo Ducis Palatio, in quo non diu antea Galliarum ac Poloniæ rex Henricus fuerat exceptus; cum è Polonia per Pannonias, Illyricum, & Italiam, fratre Carulo rege mortuo, proficisceretur in Gallias. Visitavit eodem vespere Carulus princeps materteram suam, Mantuani ducis uxorem, N. Imp. Cæsaris Ferdinandi filiam; quæ illum humanitate, & benevolentia singulari complexa est. Multa de parentum, Imperatoris Maximiliani, totiusque domus Austriacæ valetudine, ac bono statu rogavit. Atque tandem dimissus, cum principe filio cæna sumpta, ad quietem se reduxit. Totus ejus comitatus, quàm diu Mantuæ fuit, separata mensa regio sumptu in Palatio tractatur opiparè, & perhumaniter. Kalendis Novembribus, quo die solemni festivitate Pantheïa Divis omnibus celebrātur, principes ambo mane in templo novo Palatino, quod à fundamentis Dux Mantuanus sumptuosissimum erexit, summo sacro interfuerūt, cùm antè Carulus cum suis templi turrim ascendisset, atque urbis, circumjacentisque regionis situm perlustrasset. Sacro autem finito, jussu materteræ ostenduntur illi in eodem tēplo Divorum raræ reliquiæ, & preciosus ornamentorum ecclesiæ thesaurus. A prandio viderunt Palatii ornamenta pulcherrima, per atria, porticus, & cubicula, veluti picturas, aulæa, sculptilia, & statuas, & quicquid ubique visu dignum, erat, atque inter alia musæum Ducis, ac pernobilem illam cryptam, exquisitis antiquitatum monumentis, rerumque nobilium, ac precii inæstimabilis cimeliis refertam: quarum magnam copiam collegerat Isabella, summi ingenii ac raræ virtutis heroina, Francisci Marchionis postremi conjunx. Multa cernebantur summi artificii vetusta signa, & deorum imagines ex marmore, & ære. Inter cetera eximius ille Cupido æreus leonis exuvio indormiens seposita facula, sine arcu, ac pharetra à tergo rejecta, quod opus Praxitelis esse ferunt. Quo pulcherrimo quidem symbolo insignis artifex nobis summam atque secretam amoris vim & potentiam declarare videtur: qui facillimè, & quasi nihil agens per

Venatio.

Pantheia.

Cupido indormiens leonis exuvio quid signet.

per quietem ac somnū sibi subjicit ac domat animos etiam leoninos & ferocissimos. Magnus ibidem erat vasorum ex auro argētoq; preciosissimorum thesaurus, item cornu monocerotis ingens ac miræ proceritatis. Organa musica ex alabastrite ostendebantur singulari artificio fabrefacta, quibus cani aptissimè suavissimeq; poterat. Quid referā nummorum & annulorum antiquorum vim ingentem, gemmea pocula, sigilla, & variam ex corallo, crystallo, diversaq; nobili materia supellectilem? Longum esset percensere singula. His visis, principes ambo perlustrant hortos sublimes ac pensiles Palatio contiguos, qui sanè pulcherrimi topiariis, ac fontibus, exornatique picturis ac statuis, amœnitatem & elegantiam summam repræsentant; ut non ineptè testantur versiculi, literis aureis per hortorum parietes descripti.

Horti pensiles Palatini.

Hic lenire æstum licet, & quandoq; licebit
Ducere sollicitæ iucunda oblivia vitæ,
Et canis æstivos radios vitare sub umbra.

Transeunt hinc ad visendas novi Palatii structuras, quod peramplum & valde sumptuosum tunc ædificabatur. Habitationum etenim omnium interiores parietes, testudines, atque fornices opere tectorio marmorato, denticulis atque figuris magna ex parte inauratis; nec non artificiosissimis picturis ad antiquorum imitationem & magnificentiam exornabantur. Dum hæc admirantur hospites, visum junioribus principibus, cùm esset aëris commoda temperies, & serena tranquillitas, vectari naviculis per Mincii fluminis stagna, quæ urbem penè totam circumfluunt, & quasi peninsulam reddunt inexpugnabilem. Huic itaque ludicro dum horam impendissent, telis aquatica volatilia, quorum semper in stagnis illis magna copia est, persequendo: demum è naviculis ad quadrigas, & carpenta redierunt, atq; omni nobilitate comitante, simul per urbem vecti sunt, ejus visundæ caussa. Dum per insignes, & latas civitatis nitidissimæ plateas spaciantur, inlustrium fœminarum, ac nobilium matronarum pompa pulcherrima procedit obviam, quæ habitu ornatissimo, & precioso mundo vestitę, fulgentes auro, gēmisq; longo ordine semet ostentabant. Bigę

Mincii fluminis stagna piscosa.

Pompa matronarum.

cum consobrino principe, nobiliumq; magna cohorte, quadrigis ad venationem proficiscitur. Occisus est eodem die in principum conspectu vastę magnitudinis aper; qui jucundo tempus terētes exercitio, præcipitante in occasum sole Mantuam perveniunt. Excipitur Carulus hospitio cum suo comitatu in pulcherrimo Ducis Palatio, in quo non diu antea Galliarum ac Poloniæ rex Henricus fuerat exceptus; cum è Polonia per Pannonias, Illyricum, & Italiam, fratre Carulo rege mortuo, proficisceretur in Gallias. Visitavit eodem vespere Carulus princeps materteram suam, Mantuani ducis uxorem, N. Imp. Cæsaris Ferdinandi filiam; quæ illum humanitate, & benevolentia singulari complexa est. Multa de parentum, Imperatoris Maximiliani, totiusque domus Austriacæ valetudine, ac bono statu rogavit. Atque tandem dimissus, cum principe filio cæna sumpta, ad quietem se reduxit. Totus ejus comitatus, quàm diu Mantuæ fuit, separata mensa regio sumptu in Palatio tractatur opiparè, & perhumaniter. Kalendis Novembribus, quo die solemni festivitate Pantheïa Divis omnibus celebrātur, principes ambo mane in templo novo Palatino, quod à fundamentis Dux Mantuanus sumptuosissimum erexit, summo sacro interfuerūt, cùm antè Carulus cum suis templi turrim ascendisset, atque urbis, circumjacentisque regionis situm perlustrasset. Sacro autem finito, jussu materteræ ostenduntur illi in eodem tēplo Divorum raræ reliquiæ, & preciosus ornamentorum ecclesiæ thesaurus. A prandio viderunt Palatii ornamenta pulcherrima, per atria, porticus, & cubicula, veluti picturas, aulæa, sculptilia, & statuas, & quicquid ubique visu dignum, erat, atque inter alia musæum Ducis, ac pernobilem illam cryptam, exquisitis antiquitatum monumentis, rerumque nobilium, ac precii inæstimabilis cimeliis refertam: quarum magnam copiam collegerat Isabella, summi ingenii ac raræ virtutis heroina, Francisci Marchionis postremi conjunx. Multa cernebantur summi artificii vetusta signa, & deorum imagines ex marmore, & ære. Inter cetera eximius ille Cupido æreus leonis exuvio indormiens seposita facula, sine arcu, ac pharetra à tergo rejecta, quod opus Praxitelis esse ferunt. Quo pulcherrimo quidem symbolo insignis artifex nobis summam atque secretam amoris vim & potentiam declarare videtur: qui facillimè, & quasi nihil agens per

Venatio.

Pantheia.

Cupido indormiens leonis exuvio quid signet.

per quietem ac ſomnũ ſibi ſubjicit ac domat animos etiam leoninos & ferociſſimos. Magnus ibidem erat vaſorum ex auro argetoq; precioſiſſimorum theſaurus, item cornu monocerotis ingens ac miræ proceritatis. Organa muſica ex alabaſtrite oſtendebantur ſingulari artificio fabrefacta, quibus cani aptiſſimè ſuaviſſimeq; poterat. Quid referã nummorum & annulorum antiquorum vim ingentem, gemmea pocula, ſigilla, & variam ex corallo, cryſtallo, diverſaq; nobili materia ſupellectilem? Longum eſſet percenſere ſingula. His viſis, principes ambo perluſtrant hortos ſublimes ac penſiles Palatio contiguos, qui ſanè pulcherrimi topiariis, ac fontibus, exornatique picturis ac ſtatuis, amœnitatem & elegantiam ſummam repræſentant; ut non ineptè teſtantur verſiculi, literis aureis per hortorum parietes deſcripti.

Horti penſiles Palatini.

Hic lenire æſtum licet, & quandoq; licebit
Ducere ſollicitæ iucunda oblivia vitæ,
Et canis æſtivos radios vitare ſub umbra.

Tranſeunt hinc ad viſendas novi Palatii ſtructuras, quod peramplum & valde ſumptuoſum tunc ædificabatur. Habitationum etenim omnium interiores parietes, teſtudines, atque fornices opere tectorio marmorato, denticulis atque figuris magna ex parte inauratis; nec non artificioſiſſimis picturis ad antiquorum imitationem & magnificentiam exornabantur. Dum hæc admirantur hoſpites, viſum junioribus principibus, cùm eſſet aëris commoda temperies, & ſerena tranquillitas, vectari naviculis per Mincii fluminis ſtagna, quæ urbem penè totam circumfluunt, & quaſi peninſulam reddunt inexpugnabilem. Huic itaque ludicro dum horam impendiſſent, telis aquatica volatilia, quorum ſemper in ſtagnis illis magna copia eſt, perſequendo: demum è naviculis ad quadrigas, & carpenta redierunt, atq; omni nobilitate comitante, ſimul per urbem vecti ſunt, ejus viſundæ cauſſa. Dum per inſignes, & latas civitatis nitidiſſimæ plateas ſpaciantur, inluſtrium fœminarum, ac nobilium matronarum pompa pulcherrima procedit obviam, quæ habitu ornatiſſimo, & precioſo mundo veſtitę, fulgentes auro, gẽmiſq; longo ordine ſemet oſtentabant. Bigę

Mincii fluminis ſtagna piſcoſa.

Pompa matronarum.

plusquam triginta versicolores & stragulis sericis auro argentoq; textili virgatis tectæ pompam ducebant. Sua sponte videbantur occurrere, quo Carulum advenam principem, ejusq; comitatum & velut è transenna viderent, & è via reverenter salutarent: aut quia lubenter more suo

Spectatum veniunt comptæ, spectentur ut ipsæ.

Atqui valde jucundum juventuti nobili, principibusq; spectaculum id fuit. Verùm Corona Pighius contra tantum luxum legis Oppiæ veteris de muliebri mundo frugalitatem olim laudatissimam flagitabat, & M. Catonis censoria illa fulmina, facundamque adversus ejusmodi luxus vehementiam revocabat in memoriam. Hanc verò transvectionis muliebris consuetudinem in florentissimis urbibus Italiæ nostro sæculo inolevisse, postea Placentiæ, Parmæ, Bononiæ, Ferrariæ, aliisq; in locis compertum fuit; in quibus similes peregrino principi vehiculorum pompæ occurrerunt. Ceterùm, ut à diverticulo redeamus, Mantuam cõstat àntiquitate cum quavis Italarum urbium certare posse. Ante Romam etenim non solùm, sed etiam ante Trojæ excidium (quod Romæ natalem, ut Eusebius, D. Hieronymus aliiq; testantur, annis plusquam CDXXX. præcessit) conditam fuisse probat Leander Albertus: & ante Christum natum annis ꝏ CLXXXIII. Quemadmodum igitur antiquitate præcellit aliis, sic extra controversiam nobilissima est ejus origo: quam probatissimi quiq; auctores ab Ocno Bianoro, Etruscorum antiquissimo rege conditam fuisse consentiunt, conflatamq; civitatem ab initio fuisse ex tribus nobilissimis populis, nempe Tuscis Thebanis externis, & Venetis vicinis. Ocnus enim conditor, Tiberini Tusci regis, atque Mantus Thebanæ filius, eam à nomine matris suę Mantuam appellavit; ut inter alios poëtarum princeps Maro Mantuanus ipse Æneid. lib.x. testatur; qui nobilitatem suæ patriæ celebrans, Mantuam avis divitem, gentem illi triplicem, ac populos sub gente quaternos, ipsam caput, & populis Tusco de sanguine vires ab origine fuisse canit: magis eam illustrans ingenio carminibusque suis, quàm vel longa Tuscorum regum series, vel ipsius urbis ædificiorum magnitudo nobilitare unquam potuit. Quemadmodum Julius Scaliger ævi nostri poëta perdoctus & ingeniosus Maronem imitando de eadem eleganter scribit:

Mantua summa vetustas.

Ocnus conditor.

Iulii Cæsaris Scaligeri urbes.

Maxima

Maxima cùm veteri turgeret Etruria regno,
Sceptraq; terrarum iungeret aucta mari:
Mole nova tumuit, solisq; excrevit avitis,
Vt premeret forti iura aliena pede.
Inde est in superas deducta colonia terras,
Non tamen his potuit Mantua tota dari.
Clara viris, felix Ducibus, divo inclyta cygno
Quem vitreis aluit Mincias Andis aquis.
Mantua dives avis, magno non cesserit orbi;
Tota tamen parte hac vincitur ipsa sui.

Cygnus poeta Maro.

Urbs quidem ut situ est munitissima, sic & ædificiis publicis privatisq; perampla; rectis ac spaciosis plateis apparet admodum decora, & venusta. Habet enim magnificas ædes sacras, templa, porticus, & palatia sumptuosa, & abundat mercibus, omniumque rerum necessariarum copia propter aquarum commoditatem. Etenim populus ipse ut ad arma, literas, artes; ita ad mercaturam, aliasque negotiationes valde gnavus, & promptus est. Postridie cum dies ex parte nefastus esset, propter sacra, quæ pro animabus Christianorum defunctis tum obeuntur, Carulus princeps invitatus, in novo palatio, apud materteram ducem ac ejus liberos prandio splendido fuit exceptus. Post meridiem à nobilitate ductus ad ædes opulentas Cæsaris Gonzagæ, ubi ostensæ Deorum artificiosæ statuæ plures, & aliquæ Imperatorum marmoreæ ad vivum factæ imagines, Corinthia signa, ac ærea sigilla infinita. Hinc pergunt ad ornatissimam suburbanam villam, quam Tejam, ni fallor, vulgò vocant, à primo Duce Mantuanorum Friderico, quem Carulus V. Augustus inauguraverat, sumptuosè constructam. Viderunt amœnissimum illius loci tractum, vineas & hortos excultissimos; ac denique prætorium amplissimum: in quo præter picturas, incrustationes, ornamentaque cetera exquisita, fuit admirationi per amplum concameratum atrium, in cujus cœlo, Jovis & Deorum adversus Gygantes prœlia figuris fere colosseis summo cum artificio erant depicta. Ubi insuper Echo tacitè ac submissè loquentium verba in parietum angulis ita plenè, ut intelligi possint, reddit auscultantibus, & aurem adversæ parieti applicantibus, per passus plus minus viginti. Occidente jam sole, tandem revertuntur ad urbem.

Mantua descriptio.

Villa Teia.

Gygantomachia.

Echo secreta.

urbem. Et ne quid principi Carulo recreationis ante cœnam deesset, deducitur in theatrum, ut per histriones ac mimos exhibendæ ad faces comœdiæ spectator esset. Sequens dies ulteriori profectioni destinatus cùm esset, Carulus materteræ Duci gratias egit, & multis precibus impetrata discedendi licentia, valedixit. Ceterùm pœnituit mox illam facilitatis istius, misitque filium cum œconomo & munusculis, qui Carulum rogarent; ut quod precibus dare noluisset, hoc sanguini & propinquitati indulgeret, ac eo saltem die maneret, donec ultima mariti simul mandata acciperet. Adfuit paulò pòst etiam Marmirolo missa legatio nuncians valetudinario principi Duci affini valde molestum esse, præproperum illum discessum: & nescire se, cui nam rei potius, quàm absentiæ suæ hoc debeat imputare, sed sortis hoc esse suæ. Debere tamen esse materteram cum eo majore in gratia, quàm ut paululus suæ præsentiæ fructus illi negaretur. His igitur aculeis tactus Carulus, extrahi sibi jubet ocreas, & quamvis jam omnia in procinctu essent, se in summa temporis penuria diem illum caritati debere largiri respondit. Paratum igitur præcipuæ nobilitati sumptuosum convivium, ut eo splendidius hospes princeps, ejusque comitatus tractaretur. Eoque summa cum voluptate finito, bigis per urbem vecti, palatia quædam perlustrant. Visunt item prætorium, famosi artificis Andreæ Mantengæ picturis decoratum: in quo cernuntur septem ejus tabulæ peramplæ, in quibus Cæsaris dictatoris triumphus Gallicus arte tam excellenti depictus est, ut inter celeberrima Italiæ pictorum, tabulæ illæ referantur. Reliquus dies venatione leporum teritur, & ante cœnam in palatio ad faces exhibita est rursum ridicula per histriones comœdia. Postridie tempus item variis modis extrahitur, dum Carulus festinationem excusans apud materteram exquisitis verbis denuo gratias agit, & extremum valedicit. Reversum inde morantur nobilium equorum saltus & apparata in eum finem in area Palatii exercitia: ubi jussu Ducis affinis illi dono præsentatur pulcherrimus equus tanto principe dignus, & insigniter phaleratus. Sumpto deinde prandio, cùm detineri diutius non posset, eum Ducis filius princeps N. consobrinus cum magno nobilium comitatu eduxit. Ne verò lõgius prosequeretur, Carulus obstitit. Qui extra urbẽ cùm pervenissent,

nissent, consobrino, comitatuique gratias agens, valedixit. Mox cum suis quadrigas scandens Mediolanum versus iter arripit, eodemque vespere ad fines Venetorum perveniens, in oppido Clarimontio pernoctavit. Sequenti mane perlustravit ante jentaculum & profectionem vastas castri veteris ruinas, impendentes oppido, quod olim Fridericus secundus Imperator machinis & arietibus demoliri jusserat: tum quasi inexpugnabile, nunc capris & feris pervium. *Brixia.* Brixiam deinde Carulus improvisus appulit, non cupiens detineri in itinere diutius Venetorum splendore & magnificentia, qui eum ubique in suis provinciis honorificè excipere & tractare cupiebant: Non tamen diu latere potuit. Confestim enim magistratibus innotuit ejus adventus, & urbis Rectores mittunt ad ejus hospitium, qui excusarent ignorantiam, invitarentque ad Palatium: Famam publicam, omniumque opinionem fuisse, Mantua ipsum rectà profecturum Ferrariam: nihilque minus ibi cogitatum fuisse, quàm quod itinere reflexo versus Alpes repedaret. Nisi hoc serenissimum Ducem, Senatum, populumque Venetum latuisset: jam antea haud dubiè in mandatis datū fuisset, ut per omnem provinciam illi pro dignitate ac statu suo, pararentur publica hospitia. Ad hæc Carulus respondit: Serenissimum Ducem Senatum populumque Venetum abundè jam ubique suum amorem, promptum studium, & humanitatem demonstrasse: Nihil opus esse igitur quod amplius tanto sumptu ac splendore suam benevolentiam testentur. Se quidem profectionis consilium mutasse, atque iter idcirco reflexisse, ne Mediolanum ac præclaras urbes aliquot in meditullio Transpadanæ provinciæ positas, non visas præteriret, cum maximè Etruriæ Liguriæque per maritima redeundum ad Alpes sibi esse videret. Temporis angustiam postulare, ut citis quadrigis urbes visendas percurrat, ideoque se deprecari omnem honorum ac cæremoniarum moram, sed gratum imprimis fore, si quod reliquum esset diei, in urbis arce munitissima visenda, & *Arx Brixiana.* præcipuis aliis ædificiis perlustrandis, impendere posset. Rectores ac magistratus ad ejus nutum omnia fore aperta responderunt, additisque principi ductoribus idoneis, qui monstrarent visu digna quæque: præmiserunt etiam ad arcis præfectū, q nunciarent ejus adventum, quo sine difficul-

chorus aderat, artificesque peritissimi, atque inter eos Comes ipse tanquam Apollo testudinem pulsans, vocum, ac variorum instrumentorum musicorum cõcentu Principem, totumq; consessum per duas horas detinuerunt. Carulus videns tempus traduci longius, declaravit Rectoribus (ita enim præfectum ac prætorem summos urbis magistratus simul appellant) sibi licet invito jam inde discedendum esse, si quid visu dignum in urbe perlustrare deberet: Cupere enim se vesperi ulterius proficisci, quo postridie Marmirolum, ac Mantuam pervenire maturè posset. Credebant omnes eo die mansurum, atq; pernoctaturum Veronæ Principem; eratq; jam factus in eum finem apparatus. Rectores tamen ejus deliberatæ voluntati resistere obstinatè nolentes, mittunt confestim œconomum ac dispensatores ad septimum lapidem, qui in Castello Villæ Francæ Principi comitatuiq; hospitium ac cænam pro dignitate pararent. Interim dissolvitur Academicus ille conventus, & dum adducuntur equi, in Comitis elegantissimos hortos transeunt, scanduntque in superiores à clivo montis pensiles, è quibus magna pars urbis conspici commodè potest. Ubi parumper morati, ut oculos amœnitate & pulchritudine locorum nonnihil pascerent, conscensis deinde equis, proficiscuntur cum numerosa nobilium sequela per urbem visendarum antiquitatū, & ædificiorum publicorum caussa. Perlustrant igitur forū, curiam, & cathedralē ædem pervetustam & sumptuosam; Theoderici, aliorumq; Gothorum, Langebardorumque regum arces & castella; Scaligerorum monumenta, nec non plurimorum principum veterum alta palatia, ac domus nobilium excelsas. Pergunt etiam ad forum boarium, & ostendunt Carulo vetustissimam, & è quadrato saxo peramplissimam amphitheatri molem, quam Arenam cives appellant: Cujus exterior paries quatuor zonis pulcherrimis cinctus, totidem columnarum, arcuum, ac fenestrarum ordinibus, quadruplici opere, Dorico videlicet, Ionico, Corynthio, & composito in admirandam extollebatur altitudinem: quemadmodū ex dicti parietis quatuor arcuum parte colligi potest, quæ sola reliqua manet adhuc erecta. Totum enim exteriorem amphitheatri circulum barbari posterioris sæculi, sublatis ad alia ædificia marmoribus, usque ad fundamenta sunt demoliti; atq; tantę majestatis opus non secus ac for-

Rectores Veronensium.

Villa Franca.

Verona ædificia celebria.

Amphitheatrum Veronense.

ac formosam, adornatam, ac longè conspicuam Spartam quandam discerpta pulcherrima veste turpiter admodum denudarunt. Ex reliquis tamen veluti ex ungui bus leo, totius structuræ magnitudo facilè cognoscitur, & quanta ejus ars ac pulchritudo fuerit. Ordinum enim unum quemq; parietis exterioris LXXII. portas, vel arcus, totidemque columnas habuisse, docet ipsa circularis proportio, & architectica dimensio. Tertium autem operis Corinthiaci CXLIV. statuis collosseis inter arcus & columnas redimitum fuisse, loculi & vestigia demonstrant. Stupet Princeps Carulus tanti ædificii molem ac formam videns. Atque introductus in porticus triplices interiores concameratas totam machinam circumambientes, vehementer admiratur viarum ac gradum labyrinthos se invicem occurrentium undequaque; quibus populus scandere in porticus superiores, & in ipsa caveę interioris sedilia, vel descendere & exire sine turba obviantis impedimento quàm commodissimè poterat. Ingressus arenam mediam, gaudebat videre planiciem ovata specie extensam in longum decempedas XXXVIIII. in latum veró decempedas XXII. cum dimidia; circumseptam undique sedilium ordinibus quadraginta duobus, gradatim, declivis tecti in modum supra porticus interiores adscendentibus in altum: Quæ tantæ sunt capacitatis, ut supra viginti tria hominum milia per circuitum in iis commodè sedere potuerint. Spoliata quidem jam olim fuit à barbaris interior hæc amphitheatri cavea marmoreis suis subsellиis, sed nunc equiester ordo nobilitasq; Veronensis eandem suis impensis restaurare, marmoribusque vestire cœperat, Quæ festivis quibusdam diebus populo venationes, ludos equestres; ac pedestria certamine publicè in eadem arena, majorum more, solet edere. Quis autem hujus tam egregiæ & immensæ machinæ fuerit auctor, apud veteres auctores mentionem nullam invenimus. Obscuras dumtaxat quorundam reperio conjecturas esse. Leander Albertus in Italiæ descriptione colligit ex marmoris cujusdam Lucensis antiqua inscriptione apud D. Fidrianum reperti, L. Flaminium, Romanum consulem, ac universæ Græciæ domitorem, amphitheatrum Veronæ propriis sumptibus erexisse, anno ab urbe condita DIII. Ceterum hæc inscriptio mihi planè suspecta, immo fictitia ac falsa videtur; quandoquidem ab

Veronensis amphitheatri obscurus auctor.

dem ab

dem ab historica veritate multis parasangis aberrat. Non enim L. Flaminium ullum consulem Romanum fuisse, aut Græciam domuisse invenio, sed unum duntaxat C. Flaminium bis consulem, qui in primo consulatu Gallos ac Ligures vicit, non Græcos: & in secundo ab Annibale ad Trasimenum lacum ipse victus & occisus est. At verò L. Quinctium Flamininum consulem fuisse reperimus, ceterùm cum Græcis ille nihil rei gessit: frater quidem ejus T. *Quinctius, Flamininus item consul Græcos non tam domuit, quàm Philippo Macedonum rege devicto Græciam universam ab ejus dominatione vindicavit, & libertate donavit, anno post urbem conditam DLVIII. Itaque nec dicta marmoris inscriptio tempore congruit cum vera historia Romana. Palam etenim est, Flaminiorum aut Flamininorum neminem fuisse consulem ante urbis annum DXXX. Quomodo igitur Flaminius quispiam consul Romanus anno ab urbe condita DIII. sicut in marmore legitur, amphitheatrum Veronæ erigere potuit? Nec verò videtur esse verisimile, eo sæculo Romanos consules ibi suis sumptibus tam immensa exstruisse ædificia; quo Transpadanis nondum societatis jus aliquod cum Romanis erat, quo nec dum Verona Romanorum colonia facta; sed bello victi Insubres, & Cænomanni legibus parere, ut subacti cogebantur. Testatur autem Asconius Pædianus in commentario Pisonianæ Ciceronis, Cn. Pompeium Strabonem, Pompeji Magni parem Transpadanas colonias primùm deduxisse, atque jure Latii donasse. Inter quas Veronam fuisse constat, quam Tacitus libro XIX. Coloniam Rom. appellat, & quam in panegyrico quodam Constantini Aug. legimus Pompeium deduxisse, & Pompeianum evertisse. Deducta igitur primùm Verona post bellum sociale, post Rom ā conditā anno DCLXIV. quo Cn. Pompeius Strabo consul fuit, quo etiam anno Cispadanæ Galliæ civitas data est. Non itaq; videtur (inquam) verisimile, Romanos centum sexaginta annis antequam colonia fieret, aut quid Romani juris participaret, Veronæ amphitheatra condidisse. Citius in sententiam Torelli Sarainæ Veronensis, doctissimi viri, pedibus item, qui Augusti Cæsaris auspiciis tam amphitheatrum, quàm theatrum Veronæ conditum esse, variis conjecturis & argumentis probare conatur. Constat enim, teste Suetonio, Augu-

L. Quinctius Flamininus cos.

**T. Quinctius Flamininus cos ejus frater.*

Verona quādo primum Romanorū colonia.

Verisimilior opinio de amphitheatri Veronensis cōditore.

Augustum plurimas per Italiam colonias vel deduxisse, vel operibus ac vectigalibus publicis plurifariam instruxisse. Suffragantur insuper, ut Torellus affirmat, quædam chronica; in quibus legitur, Amphitheatrum, quam Arenam vulgo vocant, anno quadragesimo secundo Augusti extructum fuisse. Adstipulatur item Cyriacus Anconitanus, qui in Itinerario Illyrici plures urbium antiquitates collegit, scribens, existimari Veronæ constructum Labyrinthum (sic enim appellat amphitheatrum) quod Arena nunc dicitur, anno Imperii Octaviani Augusti trigesimo nono. Ceterùm de tanti operis auctore cuilibet suum sit judicium. Moles, ac magnificentia insignis ejus ædificii, nec non artificum & architecturæ perfectio nobis facilè persuadent, non rudi & impolito, sed ad Romani nominis æternitatē florentissimo sæculo Imperii, cujus potentiam repræsentat, tantam machinā excitatam fuisse. Ducunt inde Carulū principem, rerum visendarum voluptate delinitum, circum alias etiam urbis antiquitates visu dignas. Monstrant theatri veteris ruinas pontes lapideos, in Athesi, qui fluxu tortuoso mediam secat urbem; item porticus partim combustas, partim dejectas nec non Janos quadrifontes, & arcus marmoreos sculpturis pulcherrimis elaboratos, atque titulis eorum, quorum, ob merita publicè fuerunt erecti, inscriptos. Quos hic latius describere supersedeo, studiosum ejus cognitionis lectorem remittens ad dictum Taurellum Sarainam; qui eos non minus accuratè quàm ingeniosè inter ceteras suæ patriæ antiquitates expressit in dialogis quos de origine & antiquitate civitatis Veronæ in lucem libris quatuor edidit. Interea Gimnicus aulæ præfectus declinante jam sole profectionem maturandam esse videns; ne redeundo in mediam urbem ad hospitium Principi tempus perderetur, mittit, qui curarent quadrigas ac currus ad iter parari, juberentque illas cum reliqua familia infra horam extra muros Mantuana via in procinctu principem expectare. Perlustratis autem antiquitatibus, demum pergunt ad videndum novas munitionum urbis structuras, quibus Veneti maximis operibus, & sumptibus, continuoq́, studio, pro hujus sęculi ambitione contendunt urbem illam inexpugnabilem reddere. Ostendunt Carulo principi immanes aggeres, spississimos muros, turres, ac propugnacula tormentis bellicis

Theatrum, & alia antiquitates.

Verona munitiones.

bellicis armata, fossas profundas atq; latas, quas Athesis intromissus redimplet; item portas urbis novas, non tantùm artificio & operibus admodum munitas, sed etiam sculpturis, statuis & marmoreis columnis adornatas. Sub vesperum veró tempus, abiturientem Carulum prosequuntur Rectores urbis, reliquusque nobilium comitatus extra mœnia. Ubi cùm his gratias egisset, singulisque valedixisset; relictis equis, quadrigas cum suis adscendens, tubicine & ductoribus Venetorum præviis, Villam Francam properavit, ad hospitium lautum, paratissimamque cœnam, ac pro loci conditione splendidam. Pridie Kal. Novembris, qui dies dominicus erat, manè Carulum principem à sacro redeuntem accessit legatus Mantuani Ducis Guilhelmi, & ei congratulatur adventum felicem Principis sui nomine: Adversa, dicens, valetudine ipsum jam diu conflictari, ideoque Marmiroli in secessu ex medicorum arbitratu vitam ducere. Idipsum obstaculo fuisse, quòd charissimo affini non prius viso, sua sponte vel Venetias usque occurrere in complexum non potuerit. Valde tamen lætum ac gratum hujus adventus nuncium illi fuisse. Flagitare igitur ùt venire properet, quo sua præsentia nonnihil valetudinem afflictam recreare possit. Si non adeò quàm vellet, hospitem jucundum ac hilarem, assiduumve comitem; benevolum tamen & benignum semper habiturum. Carulus nuncio inopinato valetudinis affectæ sui affinis non parum perculsus, ejus visitandi desiderio magis flagrabat. Jubet igitur suos quamprimùm iter apparare, & omnia in procinctu habere. Cùmque Veronensium curatores, qui reipublicæ nomine per provinciam eum deduxerant, & tractarant, ibidem dimittere cuperet; prorsus officii supplendi caussa principem comitari ad fines ditionis Venetæ voluerunt. Tum ibi gratias his egit, ac senatui populoque Veneto, magistratibus, ac legatis eorum, suo, parentum, suorumque omnium nomine imposterum omnia amicitiæ officia, & quascunque gratitudinis vices præsentavit. Posthæc Marmirolanum agrum ingresso consobrinus ejus N. Mantuani ducis Guilhelmi filius unicus duodecim circiter annorum adolescentulus cum comitatu nobilium & carpentis aliquot, ad secundum usque lapidem properat obviam, congratulatusque felicem adventum tam suo, quàm parentum nomine, cum Carulo revehi-

Villa franca.

Mantuani Ducis Guilhelmi ad Carulum legatio.

Carulus dimittit Venetorū curatores.

Mantuani Ducis filius N. Carulo occurrit.

revehitur Marmirolum. Dux pater valetudine licet imbecillis admodum, excepit advenientem affinem ad portas Palatii stans in talari trabea: culpatque vehementer importunum morbum, cujus obstaculo non posset pro affectus ac desiderii sui magnitudine, jucundum ac promptum hospitem se exhibere, carissimumq; affinem pro sua dignitate tractare. Adfuturum tamen ad omnia obsequia cum aulico comitatu suum filium, vicesq; patris suppleturum quàm possit diligentissimè. Ducitur interea Carulus ad cubiculum, ubi pater filio mandat, ut se præbeat ac præstet consobrino benevolum & amicum ubique comitem. Ipse jam fatigatus, accepta licentia ad solitam valetudinis curam secessit. Principes juvenes pransi sunt simul admodum comiter atq; hilariter: & omnis Caruli comitatus magnifico convivio, dapsiliq; sumptu excipitur. A prandio perlustrarunt Palatii ædificia, picturas, & ornamenta pulcherrima, totumque villç Marmirolanæ situm amœnissimum. Quæ quidem nobilis atque præclara est à Friderico primo Marchione magnis impensis ædificata, eximioque architectorum artificio. Nam prætorium villæ, quod Palatium nunc appellant, tantam habet copiam, atque oportunitatem conclavium; ut vel rege quovis excipiendo sufficiat. Exornant mirificè villam circumcincti peramœni & nitentes horti fructiferarum arborum omnis generis, cum vitium pergulis pulcherrimis, item silvæ & luci elegantes. Ostenduntur hospitibus piscinæ, vivaria, & fontium scaturigines artificiosissimi: ubi per multiplices syringas & secretas fistulas undiq; prorumpentium aquarum copia subitò perfundere, & astantes spectatores irrigare possunt. His visis, accinguntur ad iter omnes. Constitutum enim erat ad quartum inde lapidem eodem die Mantuam pergere, atque ibi biduo, triduove quiescere; cùm propter instantes dies festos, tum quo Carulus materteræ charissimæ aliquandiu frueretur consortio, urbemq; præclarissimam & pulcherrimam videret. Ne quid igitur honestæ recreationis in via deesset juvenibus principibus, dux senior suis curam imposuit, uti venationem obiter instruerent, & in silvis viæ propinquis plagas expanderent. Carulus princeps, comitante consobrino, cum suis ascēdens in cubiculum affinis ęgroti, immensā illi egit pro summa sua humanitate gratias: & accepta discedendi licentia,

Dux Guilhelmus Carulum excepit.

Villa Marmirolana.

cum consobrino principe, nobiliumq; magna cohorte, quadrigis ad venationem proficiscitur. Occisus est eodem die in principum conspectu vastę magnitudinis aper, qui jucundo tempus terētes exercitio, præcipitante in occasum sole Mantuam perveniunt. Excipitur Carulus hospitio cum suo comitatu in pulcherrimo Ducis Palatio, in quo non diu antea Galliarum ac Poloniæ rex Henricus fuerat exceptus; cum è Polonia per Pannonias, Illyricum, & Italiam, fratre Carulo rege mortuo, proficisceretur in Gallias. Visitavit eodem vespere Carulus princeps materteram suam, Mantuani ducis uxorem, N. Imp. Cæsaris Ferdinandi filiam; quæ illum humanitate, & benevolentia singulari complexa est. Multa de parentum, Imperatoris Maximiliani, totiusque domus Austriacæ valetudine, ac bono statu rogavit. Atque tandem se redu- missus, cum principe filio cæna sumpta, ad quietem se recepit. Totus ejus comitatus, quàm diu Mantuæ fuit, separata mensa regio sumptu in Palatio tractatur opiparè, & perhumaniter. Kalendis Novembribus, quo die solemni festivitate Pantheia Divis omnibus celebrātur, principes ambo Mantuanus sumptuosissimum erexit, summo sacro interfuerūt, cùm antè Carulus cum suis templi turrim ascendisset, atque urbis, circumjacentis que regionis situm perlustrasset. Sacro autem finito, jussu materteræ ostenduntur illi in eodem templo Divorum raræ reliquiæ, & preciosus ornamentorum ecclesiæ thesaurus. A prandio viderunt Palatii ornamenta pulcherrima, per atria, porticus, & cubicula, veluti picturas, aulæa, sculptilia, & statuas, & quicquid ubique visu dignum, erat, atque inter alia musæum Ducis, ac pernobilem illam cryptam, exquisitis antiquitatum monumentis, rerumque nobilium, ac precii inæstimabilis cimeliis refertam: quarum magnam copiam collegerat Isabella, summi ingenii ac raræ virtutis heroina, Francisci Marchionis postremi conjunx. Multa cernebantur summi artificii vetusta signa, & deorum imagines ex marmore, & ære. Inter cetera eximius ille Cupido æreus leonis exuvio indormiens seposita facula, sine arcu, ac pharetra à tergo rejecta, quod opus Praxitelis esse ferunt. Quo pulcherrimo quidem symbolo insignis artifex nobis summam atque secretam amoris vim & potentiam declarare videtur: qui facillimè, & quasi nihil agens per

Venatio.

Pantheia.

Cupido indormiens leonis exuvio quid signet.

per quietem ac somnū sibi subjicit ac domat animos etiam leoninos & ferocissimos. Magnus ibidem erat vasorum ex auro argētoq; preciosissimorum thesaurus, item cornu monocerotis ingens ac miræ proceritatis. Organa musica ex alabastrite ostendebantur singulari artificio fabrefacta, quibus cani aptissimè suavissimeq; poterat. Quid referā nummorum & annulorum antiquorum vim ingentem, gemmea pocula, sigilla, & variam ex corallo, crystallo, diversaq; nobili materia supellectilem? Longum esset percensere singula. His visis, principes ambo perlustrant hortos sublimes ac pensiles Palatio contiguos, qui sanè pulcherrimi topiariis, ac fontibus, exornatique picturis ac statuis, amœnitatem & elegantiam summam repræsentant; ut non ineptè testantur versiculi, literis aureis per hortorum parietes descripti. *Horti pensiles Palatini.*

Hic lenire æstus licet, & quandoq; licebit
Ducere sollicitæ iucunda oblivia vitæ,
Et canis æstivos radios vitare sub umbra.

Transeunt hinc ad visendas novi Palatii structuras, quod peramplum & valde sumptuosum tunc ædificabatur. Habitationum etenim omnium interiores parietes, testudines, atque fornices opere tectorio marmorato, denticulis atque figuris magna ex parte inauratis; nec non artificiosissimis picturis ad antiquorum imitationem & magnificentiam exornabantur. Dum hæc admirantur hospites, visum junioribus principibus, cùm esset aëris commoda temperies, & serena tranquillitas, vectari naviculis per Mincii fluminis stagna, quæ urbem penè totam circumfluunt, & quasi peninsulam reddunt inexpugnabilem. Huic itaque ludicro dum horam impendissent, telis aquatica volatilia, quorum semper in stagnis illis magna copia est, persequendo: demum è naviculis ad quadrigas, & carpenta redierunt, atq; omni nobilitate comitante, simul per urbem vecti sunt, ejus visendæ caussâ. Dum per insignes, & latas civitatis nitidissimæ plateas spaciantur, inlustrium fœminarum, ac nobilium matronarum pompa pulcherrima procedit obviam, quæ habitu ornatissimo, & precioso mundo vestitę, fulgentes auro, gēmisq; longo ordine semet ostentabant. Bigę *Mincii fluminis stagna piscosa.* *Pompa matronarum.*

O 2 plusquam

plusquam triginta versicolores & stragulis sericis auro argentoq; textili virgatis tectæ pompam ducebant. Sua sponte videbantur occurrere, quo Carolum advenam principem, ejusq; comitatum & velut è transenna viderent, & è via reverenter salutarent: aut quia lubenter more suo

Spectatum veniunt comptæ, spectentur ut ipsæ.

Atqui valde jucundum juventuti nobili, principibusq; spectaculum id fuit. Verùm Corona Pighius contra tantum luxum legis Oppiæ veteris de muliebri mundo frugalitatem olim laudatissimam flagitabat, & M. Catonis censoria illa fulmina, facundamque adversus ejusmodi luxus vehementiam revocabat in memoriam. Hanc verò transvectionis muliebris consuetudinem in florentissimis urbibus Italiæ nostro sæculo inolevisse, postea Placentiæ, Parmæ, Bononiæ, Ferrariæ, aliisq; in locis compertum fuit; in quibus similes peregrino principi vehiculorum pompæ occurrerunt. Ceterùm, ut à diverticulo redeamus, Mantuam cõstat àntiquitate cum quavis Italarum urbium certare posse. Ante Romam etenim non solùm, sed etiam ante Trojæ excidium (quod Romæ natalem, ut Eusebius, D. Hieronymus aliiq; testantur, annis plusquam CDXXX. præcessit) condi- tam fuisse probat Leander Albertus: & ante Christum natum annis ∞ CLXXXIII. Quemadmodum igitur antiquitate præcellit aliis, sic extra controversiam nobilissima est ejus origo: quam probatissimi quiq; auctores ab Ocno Bianoro, Etruscorum antiquissimo rege conditam fuisse consentiunt, conflatamq; civitatem ab initio fuisse ex tribus nobilissimis populis, nempe Tuscis Thebanis externis, & Venetis vicinis. Ocnus enim conditor, Tiberini Tusci regis, atque Mantus Thebanæ filius, eam à nomine matris suę Mantuam appellavit; ut inter alios poëtarum princeps Maro Mantuanus ipse Æneid. lib. x. testatur; qui nobilitatem suæ patriæ celebrans, Mantuam avis divitem, gentem illi triplicem, ac populos sub gente quaternos, ipsam caput, & populis Tusco de sanguine vires ab origine fuisse canit: magis eam [illegible]ans ingenio carminibusque suis, quàm vel longa Tu[illegible] regum series, vel ipsius urbis ædificiorum magni[illegible] nobilitare unquam potuit. Quemadmodum Julius [illegible]er ævi nostri poëta perdoctus & ingeniosus Maronem [illegible]ndo de eadem eleganter scribit:

Mantua summa vetustas.

Ocnus conditor.

Maxima

Maxima cùm veteri turgeret Etruria regno,
Sceptraq; terrarum iungeret aucta mari:
Mole nova tumuit, solisq; excrevit avitis,
Vt premeret fortis iura aliena pede.
Inde est in superas deducta colonia terras,
Non tamen his potuit Mantua tota dari.
Clara viris, felix Ducibus, divo inclyta cygno *Cygnus poeta Maro.*
Quem vitreis aluit Mincius Andis aquis.
Mantua dives avis, magno non cesserit orbi;
Tota tamen parte hac vincitur ipsa sui.

Urbs quidem ut situ est munitissima, sic & ædificiis publicis privatisq; perampla; rectis ac spaciosis plateis apparet admodum decora, & venusta. Habet enim magnificas ædes sacras, templa, porticus, & palatia sumptuosa, & abundat mercibus, omniumque rerum necessariarum copia propter aquarum commoditatem. Etenim populus ipse ut ad arma, literas, artes; ita ad mercaturam, aliasque negotiationes valde gnavus, & promptus est. Postridie cum dies ex parte nefastus esset, propter sacra, quæ pro animabus Christianorum defunctis tum obeuntur, Carulus princeps invitatus, in novo palatio, apud materteram ducem ac ejus liberos prandio splendido fuit exceptus. Post meridiem à nobilitate ductus ad ædes opulentas Cæsaris Gonzagæ, ubi ostensæ Deorum artificiosæ statuæ plures, & aliquæ Imperatorum marmoreæ ad vivum factæ imagines, Corinthia signa, ac ærea sigilla infinita. Hinc pergunt ad ornatissimam suburbanam villam, quam Tejam, ni fallor, vulgò vocant, à primo Duce Mantuanorum Friderico, quem Carulus V. Augustus inauguraverat, sumptuosè constructam. Viderunt amœnissimum illius loci tractum, vineas & hortos excultissimos; ac denique prætorium amplissimum: in quo præter picturas, incrustationes, ornamentaque cetera exquisita, fuit admirationi per amplum concameratum atrium, in cujus cœlo, Jovis & Deorum adversus Gygantes prœlia figuris fere colosseis summo cum artificio erant depicta. Ubi insuper Echo tacitè ac submissè loquentium verba in parietum angulis ita plenè, ut intelligi possint, reddit auscultantibus, & aurem adversæ parieti applicantibus, per passus plus minus viginti. Occidente jam sole, tandem revertuntur ad urbem.

Mantua descriptio. *Villa Teia.* *Gyganto-machia.* *Echo secreta.*

urbem. Et ne quid principi Carulo recreationis ante cœnam deesset, deducitur in theatrum, ut per histriones ac mimos exhibendæ ad faces comœdiæ spectator esset. Sequens dies ulteriori profectioni destinatus cùm esset, Carulus materteræ Duci gratias egit, & multis precibus impetrata discedendi licentia, valedixit. Ceterùm penituit mox illam facilitatis istius, misitque filium cum œconomo & munusculis, qui Carulum rogarent; ut quod precibus dare noluisset, hoc sanguini & propinquitati indulgeret, ac eo saltem die maneret, donec ultima mariti simul mandata acciperet. Adfuit paulò pòst etiam Marmirolo missa legatio nuncians valetudinario principi Duci affini valde molestum esse, præproperum illum discessum: & nescire se, cui nam rei potius, quàm absentiæ suæ hoc debeat imputare, sed sortis hoc esse suæ. Debere tamen esse materteram cum eo majore in gratia, quàm ut paululus suæ præsentiæ fructus illi negaretur. His igitur aculeis tactus Carulus, extrahi sibi jubet ocreas, & quamvis jam omnia in procinctu essent, se in summa temporis penuria diem illum caritati debere largiri respondit. Paratum igitur præcipuæ nobilitati sumptuosum convivium, ut eo splendidius hospes princeps, ejusque comitatus tractaretur. Eoque summa cum voluptate finito, bigis per urbem vecti, palatia quædam perlustrant. Visunt item prætorium, famosi artificis Andreæ Mantengæ picturis decoratum: in quo cernuntur septem ejus tabulæ peramplæ, in quibus Cæsaris dictatoris triumphus Gallicus arte tam excellenti depictus est, ut inter celeberrima Italiæ pictorum, tabulæ illæ referantur. Reliquus dies venatione leporum teritur, & ante cœnam in palatio ad faces exhibita est rursum ridicula per histriones comœdia. Postridie tempus item variis modis extrahitur, dum Carulus festinationem excusans apud materteram exquisitis verbis denuo gratias agit, & extremum valedicit. Reversum inde morantur nobilium equorum saltus & apparata in eum finem in area Palatii exercitia: ubi jussu Ducis affinis illi dono præsentatur pulcherrimus equus tanto principe dignus, & insigniter phaleratus. Sumpto deinde prandio, cùm detineri diutius non posset, eum Ducis filius princeps N. consobrinus cum magno nobilium comitatu eduxit. Ne verò lōgius prosequeretur, Carulus obstitit. Qui extra urbē cùm pervenissent,

nissent, consobrino, comitatuique gratias agens, valedixit. Mox cum suis quadrigas scandens Mediolanum versus iter arripit, eodemque vespere ad fines Venetorum perveniens, in oppido Clarimontio pernoctavit. Sequenti mane perlustravit ante jentaculum & profectionem vastas castri veteris ruinas, impendentes oppido, quod olim Fridericus secundus Imperator machinis & arietibus demoliri jusserat: tum quasi inexpugnabile, nunc capris & feris pervium. Brixiam deinde Carulus improvisus appulit, non cupiens detineri in itinere diutius Venetorum splendore & magnificentia, qui eum ubique in suis provinciis honorificè excipere & tractare cupiebant: Non tamen diu latere potuit. Confestim enim magistratibus innotuit ejus adventus, & urbis Rectores mittunt ad ejus hospitium, qui excusarent ignorantiam, invitarentque ad Palatium: Famam publicam, omniumque opinionem fuisse, Mantua ipsum rectà profecturum Ferrariam: nihilque minus ibi cogitatum fuisse, quàm quod itinere reflexo versus Alpes repedaret. Nisi hoc serenissimum Ducem, Senatum, populumque Venetum latuisset: jam antea haud dubiè in mandatis datū fuisset, ut per omnem provinciam illi pro dignitate ac statu suo, pararentur publica hospitia. Ad hæc Carulus respondit: Serenissimum Ducem Senatum populumque Venetum abundè jam ubique suum amorem, promptum studium, & humanitatem demonstrasse: Nihil opus esse igitur quod amplius tanto sumptu ac splendore suam benevolentiam testentur. Se quidem profectionis consilium mutasse, atque iter idcirco reflexisse, ne Mediolanum ac præclaras urbes aliquot in meditullio Transpadanæ provinciæ positas, non visas præteriret, cum maximè Etruriæ Liguriæque per maritima redeundum ad Alpes sibi esse videret. Temporis angustiam postulare, ut citis quadrigis urbes visendas percurrat, ideoque se deprecari omnem honorum ac cæremoniarum moram, sed gratum imprimis fore, si quod reliquum esset diei, in urbis arce munitissima visenda, & præcipuis aliis ædificiis perlustrandis, impendere posset. Rectores ac magistratus ad ejus nutum omnia fore aperta responderunt, additisque principi ductoribus idoneis, qui monstrarent visu digna quæque: præmiserunt etiam ad arcis præfectū, q nunciarent ejus adventum, quo sine difficul-

Brixia.

Arx Brixiana.

tate admitteretur. Non enim cuivis datur aditus in castrum: sed magno cum deductu peregrini spectatores intro omittuntur, ignoti penitus excluduntur. Quinimo præfectus cui cura & custodia istius loci commissa est, juramento astrictus prohibetur, pedem extra castri portas unquam efferre, vel inde exire priusquam successorem acceperit: graviore lege vinctus quàm qua Romulus Quirites suos obvinxerat, & qua frater ejus Remus periit: cùm vetasset non urbis suæ novæ portas exire, sed mœnia ac vallum transilire. Ascendentem in castrum principem Carulum excipiunt milites cum tympanis occurrentes, & ipse præfectus eum in ingressu perhumaniter amplexus est, ductoque per porpugnacula, turres ac muros cuncta visu digna monstravit, & exposuit operum rationes. Maximis enim expensis munitissimum reddidere castrum Veneti, monte plerisque in locis, ubi propter vicinitatem obesse propugnaculis poterat, complanato. Ex propugnaculis transeunt in armamentarium, ostenduntur tormenta bellica, tela & jacula omnis generis quibus hostes arceri possunt. Rebus omnibus singulatim perlustratis, perveniunt ad prætorium supellectile ac ornamentis variis conspicuum: ubi præfectus Carulo atque ejus comitibus vini optimi paratos cyathos & dulciaria præsentavit. Quibus comiter delibatis, Carulus præfecto gratias ingentes egit, acceptaque licentia cum suis ad urbem rediit: Quæ ad radices ejusdem montis est posita, ac antiquitate amplitudineque ædificiorum cum multis urbibus Italiæ certare potest. De hac autem epigramma non inelegans tale prodidit Julius Cæsar Scaliger, nostri sæculi poëta præclarus.

Brixia descriptio.

Qua pingues scatebras specula despectat ab alta
Postulat Imperii Brixia magna vices.
Cælum hilarum, frons læta urbi, gens nescia fraudis,
Atque modum ignorat divitiis uber agri.
Si regeret patrias animus concordibus oras,
Tunc poterat dominis ipsa iubere suis.

Propter dissensiones etenim urbs olim Gallorum ac Insubrum vicinorum jugo oppressa, varias passa est calamitates: nunc tandem sub Venetorum Imperio quieta floret opibus, ac

bus, ac mercatura frequenti, rebus omnibus affluens, solertis ingenii populo ac nobilitate magna frequens. Agro item olei, vini, frumentorum, fructuumque omnis generis excellentissimorum fertilissimo locuples: habetque metallorum venas fœcundas, imprimis ferri & æris: unde maximus civitati redit quæstus. T. Livius aliique magni auctores tradunt Brixiam regum Romanorum tempore à Gallis Cenomannis esse conditam, quam postea Romani Ttranspadana Gallia in potestatem redacta suæ ditionis item fecerunt. Constat ex Livio, fidem populo Romano constantissimè quondam præstitisse, atque præcipuè difficillimis Hannibalici belli temporibus. Coloniam Romanorum factam esse volunt bello sociali confecto, cùm Veronam & alias trans Padum urbes Cn. Pompejus Strabo Pompej Magni pater colonias deduceret. Nec diu postea C. Cæsaris auspiciis simul cum aliis Transpadanis jus Romanæ civitatis accepit, atque sub Imperatoribus Romanis deinde, quamdiu Imperium in Italia stetit, admodum floruisse constat. Testimonio sunt antiquitatis monumenta varia, quæ adhuc in eadem urbe, vicinoque territorio passim reperiuntur: nimirum pulcherrimæ marmorum inscriptiones, statuæ, statuarumque tituli, atque illustrium hominum epitaphia plurima: ex quibus urbis illius amplitudo prisca facilè colligi potest. Carulus, ut è castro descenderat in urbem, instante licet solis occasu, non ad hospitium rediit, quin antea summum ejus urbis templum visitasset: ac Episcopi palatium statuis ornamentisque variis opulentum, atque forum porticibus ac prætorio superbo conspicuum obiter perlustravisset. Unde fatigatior cum suis revertitur ad cœnam & quietem. Sumpto postridie jentaculo, maturare per Venetorum fines profectionem suam cœpit, ne honorum cæremoniis diutius detineretur, curatumque ut sera nocte sequente Bergomatum in suburbio magistratibus insciis hospitaretur, & ante solis exortum in proxima ædicula ad fâces re divina, quod dies dominicus esset, procurata, conscensis mox quadrigis perrexit ad Abduæ fluminis trajectum. Ubi dum prandium cum suis sumit Cassani in oppidulo superiorum bellorum injuriis funditus quasi destructo: nihilominus Acciolini famosi quondam crudelitate tyranni clade, *Cassanum ad Abduã.*

bellicis armata, fossas profundas atq; latas, quas Athesis intromissus redimplet; item portas urbis novas, non tantùm artificio & operibus admodum munitas, sed etiam sculpturis, statuis & marmoreis columnis adornatas. Sub vesperum veró tempus, abiturientem Carulum prosequuntur Rectores urbis, reliquusque nobilium comitatus extra mœnia. Ubi cùm his gratias egisset, singulisque valedixisset; relictis equis, quadrigas cum suis adscendens, tubicine & ductoribus Venetorum præviis, Villam Francam properavit, ad hospitium lautum, paratissimamque cænam, ac pro loci conditione splendidam. Pridie Kal. Novembris, qui dies dominicus erat, manè Carulum principem à sacro redeuntem accessit legatus Mantuani Ducis Guilhelmi, & ei congratulatur adventum felicem Principis sui nomine: Adversa, dicens, valetudine ipsum jam diu conflictari, ideoque Marmiroli in secessu ex medicorum arbitratu vitam ducere. Idipsum obstaculo fuisse, quòd charissimo affini non prius viso, sua sponte vel Venetias usque occurrere in complexum non potuerit. Valde tamen lætum ac gratum hujus adventus nuncium illi fuisse. Flagitare igitur ut venire properet, quo sua præsentia nonnihil valetudinem afflictam recreare possit. Si non adeò quàm vellet, hospitem jucundum ac hilarem, assiduumve comitem; benevolum tamen & benignum semper habiturum. Carulus nuncio inopinato valetudinis affectæ sui affinis non parum perculsus, ejus visitandi desiderio magis flagrabat. Jubet igitur suos quamprimùm iter apparare, & omnia in procinctu habere. Cùmque Veronensium curatores, qui reipublicæ nomine per provinciam eum deduxerant, & tractarant, ibidem dimitti e- re cuperet; prorsus officii supplendi caussa principem comitari ad fines ditionis Venetæ voluerunt. Tum ibi gratias his egit, ac senatui populoque Veneto, magistratibus, ac legatis eorum, suo, parentum, suorumque omnium nomine imposterum omnia amicitiæ officia, & quascunque gratitudinis vices præsentavit. Posthæc Marmirolanum agrum ingresso consobrinus ejus N. Mantuani ducis Guilhelmi filius unicus duodecim circiter annorum adolescentulus cum comitatu nobilium & carpentis aliquot, ad secundum usque lapidem properat obviam, congratulatusque felicem adventum tam suo, quàm parentum nomine, cum Carulo revehi-

Villa franca.

Mantuani Ducis Guilhelmi ad Carulum legatio.

Carulus dimittit Venetorū curatores.

Mantuani Ducis filius N. Carulo occurrit.

revehitur Marmirolum. Dux pater valetudine licet imbecillis admodum, excepit advenientem affinem ad portas Palarii stans in talari trabea: culpatque vehementer importunum morbum, cujus obstaculo non posset pro affectus ac desiderii sui magnitudine, jucundum ac promptum hospitem se exhibere, cariss̄imumq; affinem pro sua dignitate tractare. Adfuturum tamen ad omnia obsequia cum aulico comitatu suum filium, vicesq; patris suppleturum quam possit diligentissimè. Ducitur interea Carulus ad cubiculum, ubi pater filio mandat, ut se præbeat ac præstet consobrino benevolum & amicum ubique comitem. Ipse jam fatigatus, accepta licentia ad solitam valetudinis curam secessit. Principes juvenes pransi sunt simul admodum comiter atq; hilariter: & omnis Caruli comitatus magnifico convivio, dapsiliq; sumptu excipitur. A prandio perlustrarunt Palatii ædificia, picturas, & ornamenta pulcherrima, totumque villę Marmirolanæ situm amœnissimum. Quæ quidem nobilis atque præclara est à Friderico primo Marchione magnis impensis ædificata, eximioque architectorum artificio. Nam prætorium villæ, quod Palatium nunc appellant, tantam habet copiam, atque opportunitatem conclavium; ut vel rege quovis excipiendo sufficiat. Exornant mirificè villam circumcincti peramœni & nitentes horti fructiferarum arborum omnis generis, cum vitium pergulis pulcherrimis, item silvæ & luci elegantes. Ostenduntur hospitibus piscinæ, vivaria, & fontium scaturigines artificiosissimi: ubi per multiplices syringas & secretas fistulas undiq; prorumpentium aquarum copia subitò perfundere, & astantes spectatores irrigare possunt. His visis, accinguntur ad iter omnes. Constitutum enim erat ad quartum inde lapidem eodem die Mantuam pergere, atque ibi biduo, triduove quiescere; cùm propter instantes dies festos, tum quo Carulus materteræ charissimæ aliquandiu frueretur consortio, urbemq; præclarissimam & pulcherrimam videret. Ne quid igitur honestæ recreationis in via deesset juvenibus principibus, dux senior suis curam imposuit, uti venationem obiter instruerent, & in silvis viæ propinquis plagas expanderent. Carulus princeps, comitante consobrino, cum suis ascendens in cubiculum affinis ęgroti, immensa illi egit pro summa sua humanitate gratias: & accepta discedendi licentia,

Dux Guilhelmus Carulum excipit.

Villa Marmirolana.

O cum

cum consobrino principe, nobiliumq; magna cohorte, quadrigis ad venationem proficiscitur. Occisus est eodem die in principum conspectu vastę magnitudinis aper; qui jucundo tempus terētes exercitio, præcipitante in occasum sole Mantuam perveniunt. Excipitur Carulus hospitio cum suo comitatu in pulcherrimo Ducis Palatio, in quo non diu antea Galliarum ac Poloniæ rex Henricus fuerat exceptus; cum è Polonia per Pannonias, Illyricum, & Italiam, fratre Carulo rege mortuo, proficisceretur in Gallias. Visitavit eodem vespere Carulus princeps materteram suam, Mantuani ducis uxorem, N. Imp. Cæsaris Ferdinandi filiam; quæ illum humanitate, & benevolentia singulari complexa est. Multa de parentum, Imperatoris Maximiliani, totiusque domus Austriacæ valetudine, ac bono statu rogavit. Atque tandem dimissus, cum principe filio cæna sumpta, ad quietem se reduxit. Totus ejus comitatus, quàm diu Mantuæ fuit, separata mensa regio sumptu in Palatio tractatur opiparè, & perhumaniter. Kalendis Novembribus, quo die solemni festivitate Panthcia Divis omnibus celebrātur, principes ambo mane in templo novo Palatino, quod à fundamentis Dux Mantuanus sumptuosissimum erexit, summo sacro interfuerūt, cùm antè Carulus cum suis templi turrim ascendisset, atque urbis, circumjacentisque regionis situm perlustrasset. Sacro autem finito, jussu materteræ ostenduntur illi in eodem tēplo Divorum raræ reliquiæ, & preciosus ornamentorum ecclesiæ thesaurus. A prandio viderunt Palatii ornamenta pulcherrima, per atria, porticus, & cubicula, veluti picturas, aulæa, sculptilia, & statuas, & quicquid ubique visu dignum, erat, atque inter alia musæum Ducis, ac pernobilem illam cryptam, exquisitis antiquitatum monumentis, rerumque nobilium, ac precii inæstimabilis cimeliis refertam: quarum magnam copiam collegerat Isabella, summi ingenii ac raræ virtutis heroina, Francisci Marchionis postremi conjunx. Multa cernebantur summi artificii vetusta signa, & deorum imagines ex marmore, & ære. Inter cetera eximius ille Cupido æreus leonis exuvio indormiens seposita facula, sine arcu, ac pharetra à tergo rejecta, quod opus Praxitelis esse ferunt. Quo pulcherrimo quidem symbolo insignis artifex nobis summam atque secretam amoris vim & potentiam declarare videtur: qui facillimè, & quasi nihil agens per

Venatio.

Pantheia.

Cupido indormiens leonis exuvio quid signet.

per quietem ac somnũ sibi subjicit ac domat animos etiam leoninos & ferocissimos. Magnus ibidem erat vasorum ex auro argẽtoq; preciosissimorum thesaurus, item cornu monocerotis ingens ac miræ proceritatis. Organa musica ex alabastrite ostendebantur singulari artificio fabrefacta, quibus cani aptissimè suavissimeq; poterat. Quid referã nummorum & annulorum antiquorum vim ingentem, gemmea pocula, sigilla, & variam ex corallo, crystallo, diversaq; nobili materia supellectilem? Longum esset percensere singula. His visis, principes ambo perlustrant hortos sublimes ac pensiles Palatio contiguos, qui sanè pulcherrimi topiariis, ac fontibus, exornatique picturis ac statuis, amœnitatem & elegantiam summam repræsentant; ut non ineptè testantur versiculi, literis aureis per hortorum parietes descripti.

Horti pensiles Palatini.

Hic lenire æstus licet, & quandoq; licebit
Ducere sollicita iucunda oblivia vitæ,
Et canis æstivos radios vitare sub umbra.

Transeunt hinc ad visendas novi Palatii structuras, quod peramplum & valde sumptuosum tunc ædificabatur. Habitationum etenim omnium interiores parietes, testudines, atque fornices opere tectorio marmorato, denticulis atque figuris magna ex parte inauratis; nec non artificiosissimis picturis ad antiquorum imitationem & magnificentiam exornabantur. Dum hæc admirantur hospites, visum junioribus principibus, cùm esset aëris commoda temperies, & serena tranquillitas, vectari naviculis per Mincii fluminis stagna, quæ urbem penè totam circumfluunt, & quasi peninsulam reddunt inexpugnabilem. Huic itaque ludicro dum horam impendissent, telis aquatica volatilia, quorum semper in stagnis illis magna copia est, persequendo: demum è naviculis ad quadrigas, & carpenta redierunt, atq; omni nobilitate comitante, simul per urbem vecti sunt, ejus visundæ caussa. Dum per insignes, & latas civitatis nitidissimæ plateas spaciantur, inlustrium fœminarum, ac nobilium matronarum pompa pulcherrima procedit obviam, quæ habitu ornatissimo, & precioso mundo vestitę, fulgentes auro, gẽmisq; longo ordine semet ostentabant. Bigę

Mincii fluminis stagna piscosa.

Pompa matronarum.

O 2 plusquam

plusquam triginta versicolores & stragulis sericis auro argentoq; textili virgatis tectæ pompam ducebant. Sua sponte videbantur occurrere, quo Carulum advenam principem, ejusq; comitatum & velut è transenna viderent, & è via reverenter salutarent: aut quia lubenter more suo

Spectatum veniunt comptæ, spectentur ut ipsæ.

Atqui valde jucundum juventuti nobili, principibusq; spectaculum id fuit. Verùm Corona Pighius contra tantum luxum legis Oppiæ veteris de muliebri mundo frugalitatem olim laudatissimam flagitabat, & M. Catonis censoria illa fulmina, facundamque adversus ejusmodi luxus vehementiam revocabat in memoriam. Hanc verò transvectionis muliebris consuetudinem in florentissimis urbibus Italiæ nostro sæculo inolevisse, postea Placentiæ, Parmæ, Bononiæ, Ferrariæ, aliisq; in locis compertum fuit; in quibus similes peregrino principi vehiculorum pompæ occurrerunt. Ceterùm, ut à diverticulo redeamus, Mantuam cõstat àntiquitate cum quavis Italarum urbium certare posse. Ante Romam etenim non solùm, sed etiam ante Trojæ excidium (quod Romæ natalem, ut Eusebius, D. Hieronymus aliiq; testantur, annis plusquam CDXXX. præcessit) conditam fuisse probat Leander Albertus: & ante Christum natum annis ∞ CLXXXIII. Quemadmodum igitur antiquitate præcellit aliis, sic extra controversiam nobilissima est ejus origo: quam probatissimi quiq; auctores ab Ocno Bianoro, Etruscorum antiquissimo rege conditam fuisse consentiunt, conflatamq; civitatem ab initio fuisse ex tribus nobilissimis populis, nempe Tuscis Thebanis externis, & Venetis vicinis. Ocnus enim conditor, Tiberini Tusci regis, atque Mantus Thebanæ filius, eam à nomine matris suę Mantuam appellavit; ut inter alios poëtarum princeps Maro Mantuanus ipse Æneid. lib.x. testatur; qui nobilitatem suæ patriæ celebrans, Mantuam avis divitem, gentem illi triplicem, ac populos sub gente quaternos, ipsam caput, & populis Tusco de sanguine vires ab origine fuisse canit: magis eam illustrans ingenio carminibusque suis, quàm vel longa Tuscorum regum series, vel ipsius urbis ædificiorum magnitudo nobilitare unquam potuit. Quemadmodum Julius Scaliger ævi nostri poëta perdoctus & ingeniosus Maronem imitando de eadem eleganter scribit:

Mantua summa vetustas.

Ocnus conditor.

Iulii Cæsaris Scaligeri urbes.

Maxima

Maxima cùm veteri turgeret Etruria regno,
Sceptraq; terrarum iungeret aucta mari:
Mole nova tumuit, solisq; excrevit avitis,
Ut premeret fortis iura aliena pede.
Inde est in superas deducta colonia terras,
Non tamen his potuit Mantua tota dari.
Clara viris, felix Ducibus, divo inclyta cygno *Cygnus poeta Maro.*
Quem vitreis aluit Mincius Andis aquis.
Mantua dives avis, magno non cesserit orbi;
Tota tamen parte hac vincitur ipsa sui.

Urbs quidem ut situ est munitissima, sic & ædificiis publicis privatisq; perampla; rectis ac spaciosis plateis apparet admodum decora, & venusta. *Mantua descriptio.* Habet enim magnificas ædes sacras, templa, porticus, & palatia sumptuosa, & abundat mercibus, omniumque rerum necessariarum copia propter aquarum commoditatem. Etenim populus ipse ut ad arma, literas, artes; ita ad mercaturam, aliasque negotiationes valde gnavus, & promptus est. Postridie cum dies ex parte nefastus esset, propter sacra, quæ pro animabus Christianorum defunctis tum obeuntur, Carulus princeps invitatus, in novo palatio, apud materteram ducem ac ejus liberos prandio splendido fuit exceptus. Post meridiem à nobilitate ductus ad ædes opulentas Cæsaris Gonzagæ, ubi ostensæ Deorum artificiosæ statuæ plures, & aliquæ Imperatorum marmoreæ ad vivum factæ imagines, Corinthia signa, ac ærea sigilla infinita. Hinc pergunt ad ornatissimam suburbanam villam, quam Tejam, ni fallor, vulgò vocant, *Villa Teia.* à primo Duce Mantuanorum Friderico, quem Carulus V. Augustus inauguraverat, sumptuosè constructam. Viderunt amœnissimum illius loci tractum, vineas & hortos excultissimos; ac denique prætorium amplissimum: in quo præter picturas, incrustationes, ornamentaque cetera exquisita, fuit admirationi per amplum concameratum atrium, in cujus cœlo, Jovis & Deorum adversus Gygantes prœlia *Gygantomachia.* figuris fere colosseis summo cum artificio erant depicta. Ubi insuper Echo tacitè ac submissè loquentium verba in parietum angulis ita plenè, ut intelligi possint, reddit auscultantibus, & aurem adversæ parieti applicantibus, per passus plus minus viginti. *Echo secreta.* Occidente jam sole, tandem revertuntur ad

urbem. Et ne quid principi Carulo recreationis ante cœnam deesset, deducitur in theatrum, ut per histriones ac mimos exhibendæ ad faces comœdiæ spectator esset. Sequens dies ulteriori profectioni destinatus cùm esset, Carulus materteræ Duci gratias egit, & multis precibus impetrata discedendi licentia, valedixit. Ceterùm penituit mox illam facilitatis istius, misitque filium cum œconomo & munusculis, qui Carulum rogarent; ut quod precibus dare noluisset, hoc sanguini & propinquitati indulgeret, ac eo saltem die maneret, donec ultima mariti simul mandata acciperet. Adfuit paulò pòst etiam Marmirolo missa legatio nuncians valetudinario principi Duci affini valde molestum esse, præproperum illum discessum: & nescire se, cui nam rei potius, quàm absentiæ suæ hoc debeat imputare, sed fortis hoc esse suæ. Debere tamen esse materteram cum eo majore in gratia, quàm ut paululus suæ præsentiæ fructus illi negaretur. His igitur aculeis tactus Carulus, extrahi sibi jubet ocreas, & quamvis jam omnia in procinctu essent, se in summa temporis penuria diem illum caritati debere largiri respondit. Paratum igitur præcipuæ nobilitati sumptuosum convivium, ut eo splendidius hospes princeps, ejusque comitatus tractaretur. Eoque summa cum voluptate finito, bigis per urbem vecti, palatia quædam perlustrant. Visunt item prætorium, famosi artificis Andreæ Mantegnæ picturis decoratum: in quo cernuntur septem ejus tabulæ peramplæ, in quibus Cæsaris dictatoris triumphus Gallicus arte tam excellenti depictus est, ut inter celeberrima Italiæ pictorum, tabulæ illæ referantur. Reliquus dies venatione leporum teritur, & ante cœnam in palatio ad faces exhibita est rursum ridicula per histriones comœdia. Postridie tempus item variis modis extrahitur, dum Carulus festinationem excusans apud materteram exquisitis verbis denuo gratias agit, & extremum valedicit. Reversum inde morantur nobilium equorum saltus & apparata in eum finem in area Palatii exercitia: ubi jussu Ducis affinis illi dono præsentatur pulcherrimus equus tanto principe dignus, & insigniter phaleratus. Sumpto deinde prandio, cùm detineri diutius non posset, eum Ducis filius princeps N. consobrinus cum magno nobilium comitatu eduxit. Ne verò lõgius prosequeretur, Carulus obstitit. Qui extra urbẽ cùm pervenissent,

nissent, consobrino, comitatuique gratias agens, valedixit. Mox cum suis quadrigas scandens Mediolanum versus iter arripit, eodemque vespere ad fines Venetorum perveniens, in oppido Clarimontio pernoctavit. Sequenti mane perlustravit ante jentaculum & profectionem vastas castri veteris ruinas, impendentes oppido, quod olim Fridericus secundus Imperator machinis & arietibus demoliri jusserat: tum quasi inexpugnabile, nunc capris & feris pervium. *Brixia.* Brixiam deinde Carulus improvisus appulit, non cupiens detineri in itinere diutius Venetorum splendore & magnificentia, qui eum ubique in suis provinciis honorificè excipere & tractare cupiebant: Non tamen diu latere potuit. Confestim enim magistratibus innotuit ejus adventus, & urbis Rectores mittunt ad ejus hospitium, qui excusarent ignorantiam, invitarentque ad Palatium: Famam publicam, omniumque opinionem fuisse, Mantua ipsum rectà profecturum Ferrariam: nihilque minus ibi cogitatum fuisse, quàm quod itinere reflexo versus Alpes repedaret. Nisi hoc sereniſſimum Ducem, Senatum, populumque Venetum latuiſſet: jam antea haud dubiè in mandatis datũ fuiſſet, ut per omnem provinciam illi pro dignitate ac statu suo, pararentur publica hospitia. Ad hæc Carulus respondit: Sereniſſimum Ducem Senatum populumque Venetum abundè jam ubique suum amorem, promptum studium, & humanitatem demonstraſſe: Nihil opus eſſe igitur quod amplius tanto sumptu ac splendore suam benevolentiam testentur. Se quidem profectionis consilium mutaſſe, atque iter idcirco reflexiſſe, ne Mediolanum ac præclaras urbes aliquot in meditullio Transpadanæ provinciæ positas, non visas præteriret, cum maximè Etruriæ Liguriæque per maritima redeundum ad Alpes sibi eſſe videret. Temporis angustiam postulare, ut citis quadrigis urbes visendas percurrat, ideoque se deprecari omnem honorum ac cæremoniarum moram, sed gratum imprimis fore, si quod reliquum eſſet diei, in urbis arce munitiſſima visenda, & præcipuis aliis ædificiis perlustrandis, impendere poſſet. *Arx Brixiana.* Rectores ac magistratus ad ejus nutum omnia fore aperta responderunt, additisque principi ductoribus idoneis, qui monstrarent visu digna quæque: præmiserunt etiam ad arcis præfectũ, q nunciarent ejus adventum, quo sine difficul-

tate admitteretur. Non enim cuivis datur aditus in castrum: sed magno cum delectu peregrini spectatores intromittuntur, ignoti penitus excluduntur. Quinimo præfectus cui cura & custodia istius loci commissa est, juramento astrictus prohibetur, pedem extra castri portas unquam efferre, vel inde exire priusquam successorem acceperit: graviore lege vinctus quàm qua Romulus Quirites suos obvinxerat, & qua frater ejus Remus periit: cùm vetasset non urbis suæ novæ portas exire, sed mœnia ac vallum transilire. Ascendentem in castrum principem Carulum excipiunt milites cum tympanis occurrentes, & ipse præfectus eum in ingressu perhumaniter amplexus est, ductoque per propugnacula, turres ac muros cuncta visu digna monstravit, & exposuit operum rationes. Maximis enim expensis munitissimum reddidere castrum Veneti, monte plerisque in locis, ubi propter vicinitatem obesse propugnaculis poterat, complanato. Ex propugnaculis transeunt in armamentarium, ostenduntur tormenta bellica, tela & jacula omnis generis quibus hostes arceri possunt. Rebus omnibus singulatim perlustratis, perveniunt ad prætorium supellectile ac ornamentis variis conspicuum: ubi præfectus Carulo atque ejus comitibus vini optimi paratos cyathos & dulciaria præsentavit. Quibus comiter delibatis, Carulus præfecto gratias ingentes egit, acceptaque licentia cum suis ad urbem rediit: Quæ ad radices ejusdem montis est posita, ac antiquitate amplitudineque ædificiorum cum multis urbibus Italiæ certare potest. De hac autem epigramma non inelegans tale prodidit Julius Cæsar Scaliger, nostri sæculi poeta præclarus.

Brixia descriptio.

Quà pingues scatebras specula despectat ab alta
Postulat Imperii Brixia magna vices.
Calum hilarum, frons læta urbi, gens nescia fraudis,
Atque modum ignorat divitis uber agri.
Si regeret patrias animus concordibus oras,
Tunc poterat dominis ipsa jubere suis.

Propter dissensiones etenim urbs olim Gallorum ac Insubrum vicinorum jugo oppressa, varias passa est calamitates: nunc tandem sub Venetorum Imperio quieta floret opibus, ac

bus, ac mercatura frequenti, rebus omnibus affluens, solertis ingenii populo ac nobilitate magna frequens. Agro item olei, vini, frumentorum, fructuumque omnis generis excellentissimorum fertilissimo locuples: habetque metallorum venas fœcundas, imprimis ferri & æris: unde maximus civitati redit quæstus. T. Livius aliique magni auctores tradunt Brixiam regum Romanorum tempore à Gallis Cenomannis esse conditam, quam postea Romani Ttranspadana Gallia in potestatem redacta suæ ditionis item fecerunt. Constat ex Livio, fidem populo Romano constantissimè quondam præstitisse, atque præcipuè difficillimis Hannibalici belli temporibus. Coloniam Romanorum factam esse volunt bello sociali confecto, cùm Veronam & alias trans Padum urbes Cn. Pompejus Strabo Pompej Magni pater colonias deduceret. Nec diu postea C. Cæsaris auspiciis simul cum aliis Transpadanis jus Romanæ civitatis accepit, atque sub Imperatoribus Romanis deinde, quamdiu Imperium in Italia stetit, admodum floruisse constat. Testimonio sunt antiquitatis monumenta varia, quæ adhuc in eadem urbe, vicinoque territorio passim reperiuntur: nimirum pulcherrimæ marmorum inscriptiones, statuæ, statuarumque tituli, atque illustrium hominum epitaphia plurima: ex quibus urbis illius amplitudo prisca facilè colligi potest. Carulus, ut è castro descenderat in urbem, instante licet solis occasu, non ad hospitium rediit, quin antea summum ejus urbis templum visitasset: ac Episcopi palatium statuis ornamentisque variis opulentum, atque forum porticibus ac prætorio superbo conspicuum obiter perlustravisset. Unde fatigatior cum suis revertitur ad cænam & quietem. Sumpto postridie jentaculo, maturare per Venetorum fines profectionem suam cœpit, ne honorum cæremoniis diutius detineretur, curatumque ut sera nocte sequente Bergomatum in suburbio magistratibus insciis hospitaretur, & ante solis exortum in proxima ædicula ad faces re divina, quod dies dominicus esset, procurata, conscensis mox quadrigis perrexit ad Abduæ fluminis trajectum. Ubi dum prandium cum suis sumit Cassani in oppidulo superiorum bellorum injuriis funditus quasi destructo: nihilominus Acciolini famosi quondam crudelitate tyranni clade, *Cassanum ad Abduã.*

vulnere, & captivitate celebri, præmittitur cum dispensatore Mediolanum designator hospitiorū, ut ante vesperam ex amplissimis ejus urbis Carulo comitatuique commodum occuparent diversorium, victuique cuncta necessaria pararent. Ipse princeps occidente sole cùm urbem intraret, avarus publicanus ante portas in ejus sarcinas & impedimenta prævecta carris involavit, inhians vectigalium prædis. Et quamvis luce clarius esset tam ex insignibus, quàm Oeconomi & præsentium omnium assertione, non merces illas vectigales esse, sed principis comitatusque ipsius supellectilem, ipsumque advenientem videret: sarcinas tamen excutere, & capsis arroganter visitare non destitit, offam auream aliquam tali molestia, ut solebat, rictu oris patulo cupiens extorquere: spe tamen sua frustratus, cùm jure nihil exigere posset, impudentissimè cœpit à Principe donativum aliquod flagitare verbis adulantibus, tanquam illi egregiam navasset operam. Miraberis, lector, mansuetum adolescentis ingenium. Non repulsam meritam læsus dedit, sed ridens ad suos dixit: Avaritiam ubique sequitur impudentia, sed hic utramque strictè connectit. Et quamvis è concilio plerique censerent, restem potius, quam munus meruisse: jussit nihilominus illi duos aureos largiri. Latuit illo die improvisus Caruli appulsus Marchionem Agamontium D. Antonium Goesmannum, qui tum temporis Mediolanensis Ducatus in gubernatione Catholici Regis Philippi vices ac personam gerebat. Nec mirum hoc, in urbe magna ac populosa, ubi perpetuus peregrinorum undequaque confluxus, nec infrequens principum variorum est adventus. Non igitur eo vespere missi à gubernatore, qui vel congratularentur, vel invitarent. Verùm postridie mane, cùm Carulus officii ac salutationis caussa ad eum mitteret ex cohorte nobilium, Joannem Reckium suum, qui nunciaret adventum: atque in eum finem deflexisse se Mediolanum, ut urbem præclarissimam, castrum amplissimum ac munitissimum videret, rara & visu digna quæque perlustraret: simulque ut ipsum amplecteretur, amicitiam obsequiaque honesta quæque suo parentumque nomine præsentaret. Ideoque se petere ut horam indicare velit ipsi commodam conveniendi, qua invisere & eum salutare posset. Ut autem intellexit adesse Cliviensem principem, velut attonitus hæret, ac dolet se ita præven-

Mediolanū proficiscitur Carulus.

Antonius Goesmannus Agamontius Marchio, Mediolanensis provinciæ gubernator.

præventum fuisse: sublatamque occasionem ex parte sibi esse testandæ benevolentiæ regiæ erga principem illum, sicut illi mandatum fuerat. Jubet igitur nunciari Carulo, se rogare vehementer, ne præveniendo velit ulterius turbare debitum officiorum ordinem. Convenire, ut ipsum prius adeat, Regis Catholici nomine excipiat, accommodet & tractet. Jubet igitur quantocius apparari equitatum, convocari nobilitatem, & aulicum comitatum omnem: ut ad officium præsto sint, & principem advenam honoris caussa comitentur. Instruuntur mox equi in stabulo regio, generosus & insignis, apparatu splendido stragulisque holosericis peromatus pro principi Carulo, aliique pulcherrimi pro ejus comitibus, quibus per urbem veherentur. Rebus brevi sic expeditis, Marchio gubernator magno cum nobilium comitatu & satellitio venit ad diversorium trium Regum: adventuque ipsius ex equorum strepitu cognito, Carulus confestim cum suis ad inferiora domus descendens obviam, ante portas hospitii eum excipit, conqueriturque se ubique gravari nimiis honoribus præter expectationem suam. Debere se suosque Regi Catholico perpetuam clientelam obsequiaque universa: nec arctioribus honorum, aut favorum vinculis obligatiorem fieri posse, quàm se regi obligatum sentiat, ideoque frustra navari in hisce rebus operam. In eum maximè finem intrasse se Italiam, non ut honoribus fieret inflatior aut insolentior: sed ut urbium leges, hominum mores, igeniorum excellentium artes ac opera cognoscendo propius, fieret eruditior, & ad virtutes capessendas instructior; & ut præterea Principum virorum amicitiam familiaritatemq; sibi aliaqua consuetudine conciliaret. Hæc ut assequi posset sine magna cæremoniarum aut impensarum pompa: se rogare & cupere vehementer. Breviter ejus sermoni occurrit Agamontius: In mandatis se habuisse jamdudum à rege Philippo, ut affinem ipsius Cliviensem, non ut amicum aut clientem, sed ut sanguine proximum & charissimum, summaq; stirpe natum principem exciperet, & regiè tractaret ubique. Jam modestia ipsius præventum se nescire, quomodo errorem istum excusare poterit apud dominum suum: quod non ad fines obviam miserit, hospitia, ut decet, procurarit: Pudorem sibi incussum esse, Cæsaris ac maximi Regis consanguineum proximum, ut ad-

ut advenam privatum intrasse Mediolanum: atque in urbe media, se provinciæ præside ignaro, latitare in diversorio tãquam in meritoria taberna. Inuri hoc modo quidem posse Regiæ majestati notam, si officium studio omissum fuisset: sed rumorem in culpa partim fuisse, quo spargebatur ubiq; Cliviensem Venetiis pergere Mantuam ac Ferrariam. Partim etiam negligentia peccasse regium legatum apud Venetos, quòd non, ut mandatum illi fuerat, de principis Caruli itinere quid certi præmonuerit. Nil autem in præsentiarum restare, quàm ut obsequiorum diligentia compensetur: quod vel casu vel negligentia prætermissum fuit. His dictis, rogat & instat ut equo conscenso secum pergat ad Palatium. ne alienum ulterius se demonstrando, coronam capere, ut proverbio Pythagorico dicitur, aut laudatam principum consuetudinem à majoribus amicitiæ necessitudinisque conservandæ causa institutam improbare videatur. Carulus igitur mox equum conscensurus respondit, regem Philippum ut parentem se colore semper velle, & ejus mandatis esse ubique præsto, Agamontium propterea gubernatorem quævis de se disponere posse. Pergunt inde simul ad Palatium, exceptique sunt in ingressu tympanis tubisque præcinentibus, læto militum præsidiariorum applausu. Ubi cùm gubernator Carulo principi, atque suorum præcipuis peramplum assignasset hospitium: mittit confestim ad diversorium trium regum, qui stabulario interdicat, ne quid precii pecuniæve accipiat à quopiam è familia principis hospitis, sed omnes regiis impensis separata mensa largiter, humaniterque tractet. Dispensatorem unum è palatio jubet adesse semper, qui procuret provideatq;, ne quid familiæ desit, manderque subministrari quævis necessaria. Insuper adhiberi jubet satellites Germanos, qui observent atrium, cubicula, sarcinas, atque impedimenta principis: ne quid in diversorio pereat. Duxit deinde Carulum principem gubernator ad rem Divinam in sacello Palatino privatim apparatam: qua rite perpetrata, perlustrant Palatii structuras ingentes, ac ornamenta regia. Accessere Carulum salutationis & officii caussa Legati Ducum Ferrariæ atque Florentiæ, adventumque salvum ex more gratulati, principum suorum nomine percunctantur, quonam tempore, & quanam via ad eos venire, præsentiæq; suæ fructum

ctum desideratum amicissimis affinibus indulgere vellet. Ferrariensi respondit, propediem volentibus superis adfuturum se. Nam Æmiliæ præclaras urbes perlustrando, Ferrariam & charissimum affinem præterire, eidemque parentam ac suorum nomine necessitudinis officia debita non offerre, nefas sibi videri. Florentino dixit, peregrinationis suæ rationes non ferre, ut ante Februarium proximum in Etruriam veniat. Occasiorem fore sibi commodiorem in reditu ab urbe Roma. Tum, si ita supremo numini placuerit, se non prætermissurum, quin illustrissimos principes inviset, & optata materteræ amantissimæ, pignorumq; dulcissimorum prima consuetudine nonnihil fruatur. Prandent deinde simul Carulus Princeps & Marchio gubernator, Caruliqúe comitatus cum Palatina nobilitate. Atque tum indies area Palatii more regio tubæ tympanaque personare, cùm discumbitur, ac prima inferuntur fercula. Finito prandio, circumvehuntur equites aliquando per fora, spatiosasque urbis amplissimæ plateas: quo pulchra ejus ædificia, civium artes, studia, merces, exercitia varia, & divitias ingentes conspicerent hospites advenæ. Urbs enim est antiquissima, eximiæque dignitatis mercatura, & opibus abundè florens. Auctores sunt Strabo, Livius, atque Polybius Bellovesum Celtarum regem Tarquinio Prisco Romæ regnante cum magna Biturigum Arvernorum, Carnutum, Æduorum, aliorumque populorum multitudine ex Gallia ulteriore transcendisse Alpes, atque pulsis Etruscis ac Liguribus, Insubrium agros occupasse: & inter duos amnes Ticinum Abduamq; hanc urbem condidisse, Celticaque voce ab ipso situ, quod inter fluvios esset media, Mitellandum: vel ut quidam interpretantur, ab agro vernante Meylandum appellasse. Quo nomine in præsentiarum adhuc à Germanis nuncupatur; posteri vocem in Mediolanum mutarunt. Est autem ager Mediolanensis tam cæli temperie, quàm soli fertilitate, & affluenti rerum copia ditissimus. Unde civitas ipsa populosa ob Alpium vicinitatem, & propriis fulta viribus, Insubrium caput semper est habita. Et quamvis frequenter internecinis attrita bellis funditus urbs excisa, ad extremum etiam hostili aratro sulcata fuerit: floridior tamen usque resuscitata mox excrevit in altum, ut inter potentes urbes Italiæ nuquam postrema fu-

Mediolani descriptio & exordiū.

Nominis etymolgia Celtica.

ma fuisse videatur. Romani paulò ante bellum Punicum secundum M. Marcello & Cn. Scipione coss. Galliæ Transpadanæ partem, quam Boii ac Insubres tenebant, in potestatem redegerunt: Insubribus atque Transalpinis Germanis M. Marcelli cos. ductu prœlio ad Clastidium superatis, & occiso rege Virdumaro. Qua victoria Mediolanum, Comum, Acerræ, pluresque urbes Transpadanæ in ditionem populi Romani tum concessere, Galliaq; Cisalpina toti mox provinciæ formam accepit. Itaque Mediolanum deinceps sub Romanorum tutela florens haud mediocriter crevit, maximè Cæsarum Impp, quorundam auspiciis, qui urbis elegantia, & opportunitate capti, quód nimirum transalpinis provinciis esset vicina, in quibus belli materia vix unquam deerat: ibi sedem figere, delectus habere ac legiones inde traducere trans Alpes solent. Constat Trajanum Mediolani regiam ædificasse, qui locus adhuc nomen Palatii servat: moram sæpius traxisse Hadrianum, Antoninos pluresque alios Imperatores, qui urbem ædificiis publicis exornarunt: Quemadmodum epigrammate suo declarat Ausonius Poëta de eadem sic scribens:

Ejus urbis antiqua ædificia publica.

Et Mediolani mira omnia, copia rerum,
Innumera cultaq; domus, facunda virorum
Ingenia, antiqui mores: tum duplice muro
Amplificata loci species populiq; voluptas
Circus, & inclusi moles cuneata theatri:
Templa, Palatinaq; arces, opulensq; moneta,
Et regio Herculei celebris sub honore lavacri,
Cunctaq; marmoreis ornata peristyla signis,
Mœniaq; in valli formam circundata limbo.
Omnia quæ magnis operum velut æmula formis
Excellunt, nec juncta premit vicinia Roma.

Floruit igitur, ut dixi, mirificè quamdiu Romanum stetit Imperium; sed eo succumbente, Hunnorum, Gothorum, ac Longebardorum mox vastationibus patuit: atque intestinis sæpe bellis fatiscens, funditus aliquando destructa est. Jam verò dum Caroli V. Imperatoris ac deinde Philippi Hispaniarum regis Catholici ejusdem filii auspiciis pace felici fruitur: vix dici potest quantis divitiis rerumq; omnium copia

copia quanta nunc abundet: item quam plena sit omnium artium, opificiorumq; scholis & officinis; adeó ut jam vulgato proverbio dicatur Mediolanum destruendo, Italiam instrui posse: nimirum quorumvis artificum copia. Dum admirantur hæc Carulus ac novi hospites, veterem ac præsentem urbis magnificentiam pensitantes, ac inter se de his sermonem miscentes ab Agamontio gubernatore ducuntur ad regium portæ Joviæ castrum, quo in Europa nullum est fama celebrius, ob ejus magnitudinem, operum ac munimentorum amplitudinem. Justæ etenim urbis capacitate vicos, plateas, fora, palatia, fabrûm, omnisque generis mechanicorum artificum tabernas operarias in se complectitur, nullius opis indigens externæ: sed commeatu, annona, omniumque rerum copia bello paceque necessarium, abundans. Effundit oppidorum instar vndequaque vasta propugnacula; circum ambiunt fossæ latissimæ profundis amnibus perfluæ & utrimque parietibus lateritiis evectæ. Muri crassitudine stupendi fulciunt aggeres latissimos & meatibus concameratis pervios. Equorum pinnis & fenestellis per castri totius & propugnaculorum circuitum exerunt ampla capita tubi ænei ingentes tormentorum bellicorum prægravia pondera, rotis ferratis imposita: qui sulphureo pulvere inflammati, globos ferreos pondo DCCC. vel amplius evomere in hoste vel adversam mole possunt, atq; obstacula quæq; maximo cum fragore prosternere. Vix in conspectum castri perventum erat, cùm advenientium principum equitatus à longè per spaciosam pomerii planitiem videri cœperat, fit applausus Martius cum maximo tonitru tormentorum bellicorum è castri propugnaculis, muris ac portis omnibus, necnon ex interioribus castellis, & præalta Sfortiarum Ducum turri: Terræmotus in urbe cieri videbatur. Equi consternati frenis vix compesci potuerunt, & quadrigæ quædam asseclæ expavescentium equorum impetu non sine insidentium periculo dissolutæ sunt. Atqui non autumant Alalaxium ac * Briepium illum Gradivum à Diomede vulneratum vastiore proclamasse gutture, cùm novem aut decem millium pugnatorum clamores terrifico vocis suæ bombo, sicut Homerus fabulatur, exæquaret. Ingressuri salutantur tubarum atque tympanorum plurium sonitu læto, & mox Carulo principi occur-

Castrũ Mediolanense.

* *βριήπυος id est, vastè sonans. ἀλαλάξιος id est, latè strepens. Martis epitheta, ut Apollinis interpres & Phormitus declarant. Item Cyrillus in IIII. contra Iulianum Cæsarem.*

occurrit cum tribunis & centurionibus præfectus castri: descendentiq; ex equo, regis sui nomine gratulatur adventum, & omnia ad ejus arbitrium fore prompta & aperta pollicetur. Stabant ad primos aggeres in area amplissima peditum acies duæ ex adversum positæ, quæ salutatione sclopetis seriatim facta confestim occepere prœlii ingentis imaginariam velitationem, & peritissimè sunt exequuti. Ducunt deinde principem gubernator & præfectus ad prætorium, & ostendunt ejus structuram & ornamenta regia. Item armamentarium capacissimum amplitudine, & armorum telorumque omnis generis ornatissimorum infinita copia refertum. Præteribo fabrûm, ac mechanicarum artium varias officinas, quas circumeundo viderunt, & longum esset enumerare. Placuit magis considerare portas, muros, aggeres, fossas, castella & propugnacula maxima stupendi operis, sumptus ac arficii incomparabilis. Dùm hæc visuntur, percensent etiam ordine per propugnacula, muros & castella, dispositas tormentorum bellicorum moles, tubos aheneos, immanes τειχεσιπλήτας atq; πολιορκητὰς ut epitheta Bellonę propria his cacodæmonum instrumentis attribuam. Exponunt interea Carulo comitatuiq; ipsius, quænam ex his manubiæ bello variisque victoriis partæ, quæ à Gallis captæ ad Ticinum, quæ bello Germanico à Saxone, Langravio, factioneq; Smachaldica. Jam ex animi sententia cùm in castro visu digna quæq; perlustrassent, pro omni officio & humanitate præfecto gratias agens valedixit. Stabant adhuc acies inter portas, & vallum instructæ honorificoque bombardarum applausu dimisere principes & comitatum. Transeunt hinc ad templum divæ Virginis gratiarum, vicinum, ut viderent ædiculam maximi sumptus & artificii marmoream, quam ibidem olim Dux Ludovicus Sfortia magnificentissimè jusserat excitari cum sepulchro, & ad vivum ex sculptis imaginibus ipsius, ac Beatricis uxoris suæ: sed ut rerum humanarum exitus incerti sunt, fefellit consilium ejus fortuna. nec condi tam splendido in tumulo potuit: sed hostium dolo captus ac in ulteriorem Galliam deductus Avarici Biturigum fato concessit. Unde & imperfectum monumenti opus adhuc jacet. Reversuri in Palatium, jam instante vespere principes descendentes ad forum, intrarunt summum templum,

Armamētarium.

Summum templū Mediolani.

Domum

Domum nunc appellant vulgò. Ceterùm est basilica peraugusta, sumptus immensi, ac amplitudinis, artificiique tanti, ut pauca prorsus quæ in orbe Christiano nunc extant templa, huic conferri posse existiment, sive magnitudinem ac architecturam ædificii spectes, sive prætia materiarum æstimes. Resplendet etenim non solùm intus forisque crustis marmoreis intecta, verùmetiam artificiosarum ex marmore Pario statuarum incredibili multitudine circumquaque perornata est: ut integros dies spectatorum oculus artium ac historiarum varietate detinere possit. Ostenduntur Carulo Principi in sacrario rara donaria; Archiepiscoporum, Vicecomitum ac Ducum vasa, ac vestes ex auro & argento, gemmis ac margaritis preciosissimis expolitæ. Monstrantur reliquiæ Divorum in perornatis ac inæstimabilibus conditoriis positæ. Adscendunt denique in turris ornatissimæ molem altissimam, ut ex ejus ambitu inferiore contemplarentur urbis suburbiorumque situm planum, regionisque circumvicinæ spacium ac conditionem. Obstupescunt pulchritudine situs, atque amplitudine Princeps Carulus, & ejus comites; provinciam, non urbem, se putantes. Est enim Mediolanum oportuno admodum loco inter fluviorum rivos positum, ut præter uberrimas quas habet agri vicini fruges, è Gallia Cisalpina, & Alpibus etiam, rerum omnium copia tam ad usum, quàm ad delicias, eò cõportari facilè queat. Suburbia habet longa lataque, quorum nonnulla cum magnis civitatibus certare possunt: Quæ latis aquarum foveis undique, non secus atque urbs ipsa, cinguntur. Exponunt igitur Carulo ductuum commoditatem, per quos undique navigiis annonæ copia defertur quotidie: ut nihil non ibi precio vili venum detur. Serius inde Principes in Palatium redeunt, cænaque suavi in conversatione transacta, cùm Agamontius principem duxisset in cubiculum; splendida non minus quàm commoda quietis secessio singulis item hospitibus assignata fuit. Postridie cùm Marchio gubernator reip. negociis adesse deberet, in mandatis œconomo suo dedit, ut Carulum, cum præcipua nobilitate comitaretur, duceretque per urbem, & visu digna quæque, quibus eum delectari posse putaret, ostenderet. Igitur placuit imprimis ædem Divi Ambrosii in Nemore vetustam ac celebrem invisere, ubi olim reges Italię,

Turris.

Cæsarum coronatio. atque etiam Cæsares, corona investiebantur ferrea, tanquam ferro atque armis Imperium nancisci oporteret. Instituisse morem, volunt quidam, Ostrogothorum regem Theodericum Odovacre ad Veronam devicto: Alii à Carulo Magno inventum tradunt, post Langebardos subactos, & eorum regem Desiderium captum. Præmittitur qui nunciet sacrificis, ut rei divinæ Officium adventuro principi Carulo parent: ipsi cum magno comitatu paulò pòst sequuntur. Peracto sacrificio, monstratur in eodem templo gemmis decoratum ac laminis aureis vestitum altare, æstimationis XXVIII. milium aureorum, ab Angelberto Pusterlano Archiepiscopo tantis impensis olim decoratum, in quo Divus Ambrosius divina sæpius administrarat, & ejus ossa sub eodem in profundo puteo recondita feruntur. Item liber vetustissimus in papyro scriptus manu, ut fertur, ipsius D. Ambrosii. Ostenduntur insuper variæ in sacrario Divorum reliquiæ sanctæ. Rogabat Carulus, quidnam significet æneus serpens, in marmorea columna positus. Cui responsum est, munus hoc à Theodosio Aug. quondam allatum *Aeneus serpens.* fuisse Mediolanum, cum uno clavo, ex iis, quibus in cruce Servator noster fixus fuerat. Clavum in D. Teclæ templo servari: serpentis hujus imaginem haberi pro eadem quam Moyses in deserto Judæis suis fabricarat. Post hæc perlustrarunt Monasterium D. Victoris, & alia templa vicina: urbis insuper nova propugnacula plura, cum fossis & aggeribus prælatis, ac magno murorum ambitu permenso, pergunt ad suburbanum Xenodochium, vel Nosocomium, jugerum aliquod spatio amplissimum, quod via Bergomati quadrata forma à Sfortis ducibus inchoatum impensâ maxima fuit, sed neutiquam absolutum. In quo tradunt tot habitationes ægrorum conceptas ac designatas fuisse, quod dies annus vertens complectitur. Ad horam prandii reversus in palatium Carulus, audivit Allobrogum vel Sabaudiæ Ducis Emanuelis Philiberti legationem, flagitantis ne Alpes, Allobrogibus suis prætereuntibus, transcenderet; sed amici hospitii, quod ei jam diu cum parentibus ipsius esset, jus etiam acceptaret. Gratum igitur fore, si significet quonam tempore venire poterit. Respondit Carulus, desiderium quidem veniendi, ac votis consanguinei & amicissimi principis satisfaciendi nō sibi deesse: Nescire

Nescire se tamen an venire integrum erit, propter novos Narbonensis Galliæ tumultus, iter suum per Gallias haud dubiè impedituros. In reditu tamen ab urbe se deliberaturum de reliquo itinere, & si venire tum poterit, significaturum maturè satis. A prandio ductus est Carulus à Marchione ad armamentarium palatii, ut videret arma multiplicia, precio, artificio, & elegantia Principibus magnis quibusque digna: erant enim non solùm auro, argento, coloribusque per encausticen exornata, sed etiam cælatura artificiosissima per fabricam elaborata. Cupiens autem Agamontius Marchio principem adolescentem grato munere quopiam conciliare, petiit à Carulo, ut armaturam integram quam maximè placentem & convenientem sibi ipse seligeret, ac muneri in bonam partem comiter, ut principem juvenem decet, acciperet, jubet vocari confestim fabricæ magistrum, mandatque ut principi tradat & adaptet pulcherrimam, optimamque & corpori ipsius peraccommodatam armaturam: proferat ornatissimos thoraces, galeas, brachialia, clypeos, femoralia & ocreas, totaque panoplia politè Principem instruat. Si quid fortè desit, aut malè conveniens sit; hoc ipsum quàm extemplo, & quàm elegantissimè corrigat, vel novam, si malit, fabricari & perfici curet. Spontaneum hoc Agamontii munus haud illubenter Carulus acceptavit, ridensq; respondit; se nolle furibundo Gradiuo bilem concitare, ejus sacra dona rustico pudore respuendo. His itaque peractis, ut urbanæ nobilitatis mores ac civilitatem videret, Palatinus comitatus jussu gubernatoris Agamontii Principem ex officina Martis ad Veneris regiam ducit: Nimirum ad celebre nuptiarum festum; ubi reliquus is dies inter præcipuæ nobilitatis matronas atque virgines comptissimas choreis & tripudiis est consumptus. Interim Corona Pighius peragrat urbem visendarum rerum cupidine percitus, in pugillaribus annotans; quæ vel ostendere Carulo, vel quibus ejus deinde studia, per ociũ provehere, & politiæ veteris cognitione instituere posset. Deliniabat Romanorum ædificiorum visu dignas reliquias, statuas, ac marmorum sculpturas elegantes; diligenter etiam exscribens titulos saxis inscriptos, ac epigrammata vetusta, è quibus eruditionis quid elici poterat. Cùm autem annotationum suarum partẽ mihi communicarit, non

Armamentarium Palatii.

pigebit hisce commentariis doctas quasdam Epigrahas obiter inserere: quo studiosum lectorem varietate cognitionis antiquæ nonnihil recreem. Reperit ad Janum portæ interioris, qua Bergamo intratur, & rursus in porticu basilicæ S. Stephani plura epitaphia Romana, è quibus hæc:

C. FIRMIVS. C. L.
FLACCVS.
SAGARIVS.
SIBI, ET.
LYCHORIDI. L
PAVSTÆ, L. V.
FIDO. L V
NYMPHÆ. L. V.
ACTÆ. L. V.
H.M.H.N.S.

C. CASSIVS.
SOPATER LINARIVS
SIBI. ET. CASSIÆ. C. L.
DOMESTICÆ. LINAR.
PATRONÆ. ET
CASSIÆ. SVAL. L
ET. CASSIÆ PRIMIGENI. L.

Aliud.

VIVA FECIT
T. IVNIO. T. L.
AMPIONI
IVNIA. TL. DISETO
SIBI. ET. PATRONO
SVO. FECIT

Aliud.

P. VALERIO. P LIBERT. PALAT
TACITO
VI. VIRO SENIORI
ET. AVGVSTALI

Effigies Ampionis,& etiam Juniæ, Disetonis in frontispicio saxi ejusdem ad vivum exsculptæ sunt:

Aliud.
D. M.
KARDO. AVGG.
LIB. EX PROC
PANTERMINA
LVPVLA
CVM. FILIS
CONIVGI
INCOMPARABILI

In porticu templi, in Nemore S. Ambrosii, est tabula lapidea, in qua Epitaphium, & formula legati cujusdam sic extat:

PETRO-

PETRONIO. IVCVNDO.
VI. VIRO. SEN.
PETRONIA. MIRAND. PATRONO
QVÆ HS. CCCC. LEG. POSSESSORIB.
VICI. BARDOMICI. IN. STATVAM
TVEND. ET. ROSA. QVODANNIS
ORNANDAM.

Rurſus à porta Ludovica, non procul ante fores Palatii cujusdam ara marmorea quadrata, in cujus uno latere Diana Lucifera, ut eam nuncupat Tullius, exſculpta eſt, cum erecta face in manibus, quapropter & Facelinam eam appellavit Lucilius Satyrarum tertio cùm dixit: *Diana Lucifera vel Facelina.* *De natura Deorum, lib. 2.*

Et Rhegyna videbis
Mœnia, tum Liparas, Facelinæ templa Dianæ,

Nam & apud Liparitanos tali forma colebatur Dea, ad cujus pedes item canis venaticus exſculptus ſedens, ac Deam obſervans: in altero latere ſimulachrum eſt Apollinis Medici, incumbentis tripodi, rejecta à tergo pharetra, cum lauri ramo in dextra: unde Daphnites vel Daphnæus à Græcis appellatus eſt: Medicam enim vim plurimam laurus in ſe habet, quam boni Genii plantam appellabant veteres Romani; perſuaſumque habuere, locum, ubi laurus eſſet, neque à ſacro ullo morbo, neque à Dæmone infeſtari. Quare non ſolùm Apollini dedicata, ſed etiam ejus filio Æſculapio, nec non Hygeiæ nepti ſalutiferis diis; quorum in tutela medicina eſt. Quin & animantia bruta pleraque iſtius plantæ vires hominibus præmonſtrare videntur. Palumbes etenim, graculi, merulæ, ac perdices, quotiens ægrotare cœperint, Lauri bacca vel folio comeſto, ſibi ipſæ medentur, ut & animalia plura. Corvus à chamæleonte tactus, qui etiam occiſus victori nocet, lauri baccis infeſtum virus repellit & extinguit. Denique lauri folia rebus quibuscunque cùm immiſcentur, vel ſupernè ſternuntur, à corruptionib⁹ & vitio diu eas conſervare, ex Demageronte Cæſar de re ruſtica memoriæ prodidit. Sed ad aram ſalutis revertamur. Ad Apollinis pedes ſtat cythara in bicorni teſtudine concinnata, & adjacet involutus Python ſerpens, *Apollo Medicus vel Daphnæus.* *Laurus vis medica.* *Aeſculapio & Hygeia ſacra laurus.*

quæ Dei sunt insignia. Nam inde Pythius ac cytharœdus à poëtis nuncupatur. In aræ ejusdem frontispicio hoc votum exsculptum legitur:

ÆSCVLAPIO ET HYGIÆ
SACRVM
C. OPPIVS. C. L. LEONAS.
VI. VIR. ET. AVG.
HONORATVS. IN. TRIBV.
C L. PATRVM. ET. LIBERVM
CLIENTIVM. ET ADCENSVS
PATRONI. SANCTISSIMIS
COMMVNICIPIBVS. SVIS. D. D
QVORVM. DEDICATIONE
SINGVLIS DECVRIONIBVS
*. III. AVGVSTALIBVS. *. II. ET
COLONIS. CENAM. DEDIT
L. D. D. D.

Sequens dies, qui solennem D. Martini præcedit, ex more festus & lætus esse debebat: quem idcirco gubernator Agamontius, ac Palatina nobilitas totum ludis destinanant. Visum autem fuit Carulo principi, invisere primo diluculo sacras quasdam ædes nondum visas, religione & vetustate celebres: Atque imprimis D. Teclæ templum, sanctis Divorum reliquiis multis augustum: in quod etiam S. Ambrosius clavum Imperatoris Theodosii donarium reposuerat, quem per sacrosancta Christi membra, in Crucis ligno Judæorum carnifices panxerant. Omnia Carulo summa cum præsentium veneratione ostensa sunt: Narratumque vix quippiam Mediolani esse antiquius illo templo. Quod à Christianis primùm Servatori nostro, & D. Mariæ virgini, matri ejus consecratum fuerat, postea in D. Theclæ commutatum. At multis ante propagatum Evangelium seculis, Minervæ Parthenon amplissimum eodem in loco stetisse: Deamque ibidem, ut Polybius etiam suffragatur, præcipua antiquitus religione cultam fuisse. Hinc plures opinari, nomen olim regioni atque urbi hoc templum dedisse: Ut prisca Celtarum, ac nunc etiam Germanica lingua Megdelant/ hoc est, Virginis regio,

D. Tecla Templum.

Palladis templum

regio, vel terra Mediolanum diceretur. Qua quidem in sententia fuisse comperimus Andream Alciatum jurisconsultum, in omni disciplinarum genere præcellentem virum, sicut in emblematis ipse hoc epigrammate testatur. *vetustissimum urbi primum dedisse nomen.*

Quam Mediolanum sacram dixère puellæ
Terram, nam vetus hoc Gallica lingua sonat,
Culta Minerva fuit, nunc est ubi nomine Tecla
Mutato, matris Virginis ante domus.

Perlustrant hinc in transitu D. Laurentii fanum ingens, in ruinis templi Herculis excitatum, quod Maximianus Herculeus, Diocletiani in Imperio collega, ibidem, in patria (ut tradunt quidam) sua, sumptuosissimum extruxerat, cum Thermis, ejusdem nominis, Herculeis. Extant adhuc sedecim striatę columnę peraltæ, operis magnificentissimi vestigium: porticus olim sive propilęi Thermarum, aut templi dicti reliquiæ. Quæ quidem admirandæ Carulo, & advenis hospitibus videbantur. Pergunt inde ad ædem D. Celso sacram, ubi Missæ sacrificium Principi paratum erat. Quo peracto, locisque sacris visitatis, ducuntur hospites ad stabulum regium: & monstrantur his per equilia diversa Hispanorum, Campanorum, Sarmaticorum, Turcicorum, Thessalicorum atque Peloponesiacorum equorum speciosa corpora: dum per equisones adornantur, & ad exercitia certamenque instruuntur Asturconum & nobiliorum plerique, ut horum concertatione principem delectarent. Eduntur igitur artificiosi saltus tolutares, decursiones citatæ, & in orbem glomerationes diversæ: atq; tali spectaculo tempus antemeridianum consumitur. Post prandium in Palatio sumptum, fiunt concertationes equestres, & hastati in stadio decurrerunt in annulum, atq; in clypeum aut scopum versatilem. His ludis peractis, apparatum vesperi fuit armatorum pedestre prœlium in atrio Palatii majore, turmatimq; divisa juventute Martia, primipilis, ac tribunis militum ducibus, velut ante vallum hastis ac gladiis concutiendo pugnatum ad faces, donec ad cœnam vocarentur principes. eadem sumptuosè ac splendidè exhibita est, acroamatibusque musicis intermixtis, jucundè per duas ferme horas protrahitur. Post cœnam introductę duę puellę soro- *D. Laurentii fanum in ruinis templi Herculis.* *Ludi Palatini, equestres & pedestres.* *Ludi post cœnam.*

sorores, quarum major vix novem erat annorum, admodum formosæ atq; festivæ, sub stolis sericis tenuibus cinctæ campestribus byssinis, quarum coma flava reticulis auratis erat constricta. Hæ quidem ad cytharę testudinisq; concentum, & ad numeros musicos elegantes duxêre choreas atq; tripudia: nec non gestus lepidos, Gaditanarum Veterum instar, ad modulos instrumentorum rotatus rapidissimos, & levissimos, mirificosque saltus edidêre: ut principes & advenas hospites, qui nil tale prius viderant, stupore complerent admirationis, nec spectaculo satiari spectatores possent. Interea tamen Carulus maturare profectionem cupiens, multis institit Agamontio, sequenti ut die discedere, atque iter prosequi posset: brevissimos brumalis stationis dies, vias longissimas atq; difficillimas sibi adhuc restare conquerens. Vix tandem impetravit: & ut non ultra Ticinum postridie, ejus urbis, atque vicini monasterii celeberrimi visendi causa proficisceretur, constitutum. Quocirca gubernator imperat, omnem adhiberi diligentiam, ut summo cum honore princeps hospes abituriens, quemadmodum à rege mandatum erat, per suam ubiq; provinciam tractaretur. Postridie manè parari omnia, suosq; ad iter paratos esse Carulus jussit. Et quia festus D. Martino dies erat, sacro antemeridiano simul ac interfuisset, eum epulis splendidissimis gubernator Agamontius excepit, exceptumq; delectû ac consortio quàm maximè illustrium convivarum non solùm: sed etiam ludis honorariis post epulas, recreavit. Necdum enim erant sublatæ mensæ, cùm magno tympanorum sonitu, ingentiq; tubarum clangore significatur mox prœlium committi debere. Concurritur ad fenestras; apparent mox intra septa palatii cuneus Hispanorum peditum instructus, in una parte spaciosi campi: atq, in altera nobilium equitum levis armaturæ turma, nitidis in armis resplendens, & equorum apparatu superba. Mox eques peditem invadit, & per varios gyros semet circumvolvens, turma pulcherrimè velitatur, locoque depellere ac disturbare cuneum Hispanorum contendit. At illi sataria nonnunquam pugna decertare, nonnunquam coacti in globum semet defendere; manipulatimq; rursus explicantes aciem in alas, sclopetarum sonitu ac multiplicibus bombis equos consternare, repellere, & in fugam vertere. Cùm verò per horulam his ludis principes

Carulus profectionem parat.

Velitationis ac prœlij ludicrum.

atque

atque comitatum recreassent, receptui signum datur: indictaq; tubis profectione, Carulum gubernator Agamontius educit, cum equitatu armato, satellitio, & nobilium magna sequela: atque extra urbem prosecutus, amantissimè dimittit. Ille pluribus ex nobilitate comitatus, Ticinum proficiscitur. Interim ex itinere nonnihil deflectentes, descendunt omnes ad Carthusianorum cœnobium amplissimum. Cujus templum ex vario preciosoque marmore à fundamentis excitatum, historiarum sculpturis ac statuis artificiosis exornatum, à prima fronte ingredientibus religionem incutit, & introgressos majestate quadam augusta suspensos tenet: dum offeruntur oculis tot picturæ, altaria, & sacraria, auro argentoq; ditissima: ædiculæ marmoreæ, monumentis pulcherrimis decoratæ. Condidit templum ac cœnobium Joannes Galeatius Vicecomes primus Insubrium Dux, atque locupletissimè dotavit. Cujus in æde sacra sumptuosissimũ ex marmore sepulchrum, cum statua ac imagine ad vivum facta visitur. Adjunctum in tabula marmorea literis inauratis, rerum ab ipso gestarum elogium preclarum, ac lectu valde dignum. Primates cœnobii jam antea de adventu Caruli certiores facti, eum in templi ingressu cum honorifica congratulatione peramanter excipiunt, deducunt per chori cõsessum ad altare summum. Inde per sacraria & ędiculas mõstrant preciosa & rara principum donaria, Divum reliquias, atque pulcherrima quæque templi ornamenta. Quibus visis, ostendunt etiam sumptuosissima ipsius monasterii ædificia, porticus miliarias, sacerdotum habitacula cum hortis, pomaria, lucus, nosocomium apparatissimum, ceteraque omnia visu digna. Ducuntur demum hospites in peramplum cœnaculum, ad mensam bellariis omnis generis onustam: ubi, cùm invitati ad merendam, nonnihil delibassent, & optima vina degustassent, Carulus primatibus gratias egit, atque discessit. Apparent mox in itinere vivarii capacissimi septa, murus latericius, sed magna ex parte nunc dirutus & dejectus: qui milia passuum viginti in quadrum circumductus concludebat arua, sylvas, & prata feris enutriendis destinata. In quibus olim apri, cervi, damæ, capreoli, lepores, & id genus animalia ad venatum continebantur. Autor ejus operis idem Joannes Galeatius Dux fuit, qui cœnobium condidit. In iisdem septis castra sua metatus

Cœnobium Carthusianorum pulcherrimum inter Mediolanum & Ticinũ.

Ioannes Galeatius Vicecomes primus Insubrium Dux.

Septa vivarii ferarum.

erat Franciscus primus Galliarum rex, Ticinum obsidione premens, cùm à Caroli V. Imperatoris ducibus, Lanojo & Borbonio, victus prœlio, caperetur cum rege Navarræ, & præcipuis Galliarum principibus, anno post Christum natum 1525. Hæc dum narrantur Carulo, & prœlii loca monstrantur, ad vivarium obviam ei venit cum comitatu & nobilitate Ticini præfectus, gubernatoris vices gerens: qui regis Philippi nomine gratulatur adventum, deduxitque cum magna festivitate per urbem in Palatium, tractavitque sumptu regio permagnificè. Ticinum condidisse Levos, & Mariços ligures, ad amnem ejusdem nominis non procul à Pado, Plinius auctor est. Alii à Gallis Bojis ac Cœnomannis conditam volunt: quos Eutropius & Paulus Diaconus sequi videntur. Urbs illa, Romano succumbente Imperio, primùm ab Hunnis Atyla duce: mox ab Odovacre Herulorum rege vi expugnata, direpta, & muris complanatis incensa fuit. Postea Langebardi eam tenuêre, ac sedem regni fecêre, multisque præclaris ædificiis excoluêre, quorum Paulus Diaconus meminit. Fuit ex iis D. Claræ monasterium à Peterito conditum, à Theodolina regina D. Mariæ Perticalis ædes, à Luitprando rege, D. Petri, cæli aurei cœnobium: in quo D. Augustini corpus, ab eodem rege è Sardinia deportatum, servatur: ut alia prætercam nobilia ædificia, quæ breviter commemorari non possent. Nec singula videre Carulo contigit, non castrum Galeatii primi ducis, non sepulchrum marmoreum insigni inceptum arte, quo S. Augustini reliquiæ condi debebant: neque statuam illam celebrem ac pervetustam equestrem ex ære: quàm Antonini Pii quidam esse colligunt, ex vultus lineamentis ac barbæ forma. Nam sequenti die cùm instaret iter longius, atque Placentiam usque proficisci cuperet, manè paratos suos esse jussit, ut re divina audita, confestim discedere posset. Vesperi igitur urbis præfecto, magistratui, & in convivio præsentibus gratias egit, profectionisque maturandæ necessitatem his indicavit: qui licet de tam propero discessu ejus malè contenti viderentur, omnes tamen postridie ad officium præsto fuere. Duxit Præfectus urbis cum magno comitatu Carulum ad ædem D. Petri, ubi sacris interfuêre. Eò venit & Academiæ rector, doctorum ac studiosorum turba stipatus: ut ei salutem, & obsequia reip. suæ nomine, præ-

Eius urbis insignia ædificia.

Statua equestris ex ære.

præsentaret. Appulit & Comes quidam adolescens, Parma missus cum literis, quibus Maria, Lusitana princeps, mariti sui Alexandri, nec non patris Octavii diuturnam absentiam queri, testarique quantopere reditum ac præsentiam desideret: non minus tamen optare se scribens adventum charissimi sui affinis Caruli, atque ne alio versum deflectat iter, néve solitudinem suam declinet, majorem in modum se supplicare. Amore & obsequiis se suppleturam cuncta pro viribus, ut præter personas principum absentium quippiam illi defuisse videri non possit. Carulus Comitem legatum renunciare jussit, se jam in itinere esse, & propediem affuturum. Obtestari tamen se velle, principem affinem, ne propter suum adventum insuetæ molestiæ quid capessat. Hoc cum responso citis equis comes Parmam revertitur. Sacris peractis, jam equitatus & quadrigæ stabant ante templum: Carulusque princeps ab urbis præfecto & nobilibus honoris causa educitur extra urbem per aliquot stadia. Tum, valedictis omnibus, ipse cum suis Padum trajicit, & ad XVIII. lapidem in D. Joannis castello, Parmensium principum sumptu, prandium paratum repperit, ut transiens Comes legatus castellanis mandaverat. Ad quartum à prandio miliare in Æmilia, venit equis dispositis obviam comes alius è familia principis Lusitanæ, qui gratularetur adventum Carulo, simulque per iter tractaret atque deduceret acceptos hospites. Placentinus item gubernator ad unum miliare cum nobilibus occurrit obscura jam nocte, viginti pedites tædiferos adducens, qui prælucerent. Ipse Carulum exceptum perhumaniter deduxit ad urbem, & in ducis Palatium: ubi cum suis hospitio excipitur, & sumptuosè tractatur. Sequens dies precibus datur Præfecti & Oeconomi, obstinatè flagitantium ut maneret. Igitur cùm sacris simul manè vacassent, urbi rebusque dignis visundis animum applicant. Urbs quidem est situ amœnissima, pulcherrimaque ædificiis semper fuit, uti plures inde nominatam, à placendo, Placentiam autument. Posita est etenim juxta Padum loco perjucundo, campis & agris collibusq; cincta fertilissimis, vino, oleo, frumento, fructuumq; omnis generis optimorū copia abūdantibus. Plana pratis & pascuis fœcundissimis beantur, manufactis vicinorū fluminum ductibus irrigua: ex quibus pecuariæ rei summa opor-

Maria Lusitana Alexandri Farnesii Parmæ Ducis.

Castellum D. Ioannis in Via Aemilia.

Placentia.

Casei Placentini præstantia.

tunitas,& quæstus uberrimus urbi est. Cui idcireo famam non ignobilem ubique terrarum casei ibidem confecti præstãtia parit: qui tanta copia,& tam boni saporis hinc exportatur; ut qui summum commendationis gradum caseo quærunt,eum Placentium esse dicant. Habet idem ager salsos fontes,ex quorum liquore sal coquitur candidissimus. Habet ferri fodinas,nec desunt sylvæ, saltusq; venationibus apti, igitur ob tantam situs commoditatem,rerumq; omnium abundantiã,urbs assiduè nobilibus civiũ familiis multis excolitur,& mercatibus frequens est. Placentiã primùm à Romanis deducta Colonia est, ingruentibus in Italia cum Annibale Pœnis:anno post R. C. DXXXVI. in agro à Gallis capto, ut Livius autor est. Deduxêre III. viri simul cum Cremona, & Latinas ambas fecêre, quibus utraque Padi ripa adversus Gallos & Transalpinos muniretur. Frequens hujus Coloniæ mentio apud Livium est, & alios veteres historicos,ut stante Imperio Romano,plurimũ floruisse haud dubiè constet. Bellis civilibus tamen infœlicior,quam externis,ut bello Vitelliano contra Othonem, teste Tacito: cùm in oppugnatione acerrima pulcherrimum amphitheatri opus extra oppidum conflagraretur. Jam Carulus urbanæ nobilitatis selecta caterva stipatus, ante prandium urbem perlustrat: ostenduntur templa, & magnifica civium ædificia:Fons urbis vetustus & præclarus ab Augusto Cæsare nomen adhuc habens. Item monasterium novum sumptuosè extructum nuper à Philippo Hispaniarum Rege Catholico. Vidit muros novos, propugnacula amplissima & munitiones insignes: quibus nunc urbs hæc inter Italiæ tutissimas habetur:quæ prius variis bellis afflicta, vi sæpius expugnata,incensa ac direpta, plurimis annis fœdè vastata jacuerat. A prandio duxerunt Carulum & ejus comites ad arcem,ab Hispanis detentam auspiciis regis Philippi,ubi Princeps excipitur magno tormentorum æneorum applausu, & militari præsidiariorum festtivitate. Præfectus arcis circunducens Principem, ei perhumaniter omnia monstravit,aggeres,fossas,muros,turres,ac propugnacula ingentis sumptus, ac operis ingeniosi, pro hujus ævi solertia: munitiones, ac structuras, ad urbem coërcendam, hostilesque impetus propulsandos accommodatas. Excitare cœperat nostra memoria molem hujus arcis Petrus Aloisius Placẽtinorum

Quãdo Colonia Romanorum facta sit Placentia.

Amphitheatrum propè Placentiam.

Castrum Placentinum.

norum Parmensiumque Dux primus, verùm ea nondum perfecta inimicorum insidiis circumventus miserè trucidatur. Tum urbs cum arce in Caroli V. Imp. ac Mediolanensium Ducis fidem, potestatemque concessit. Verum postea Caroli successor Philippus Rex, urbem Aloisii filio, Octavio Farnesio, conditionibus restituit: arcem Hispanorum præsidiis custoditam ad tempus reservans. Sequenti die manè, sacris auditis, via Æmilia pergunt versus Parmam, reperiuntque in Burgo S. Donini (ut nunc appellant locum) ad XX. lapidem lautè paratum Carulo ejusque comitatui prandium, per œconomum principis Lusitanæ: qui eò processerat obviam, cum triclinarcha & nobilitate, ut hospitem exciperet, & tractaret. Pernobile castrum est, ditionis antè Palavicinorum, sed crebris bellis destructum. Ex itinerario Romano vetusto colligere est, Fidentiam non procul inde fuisse, & decem milia passuum altius in eadem Æmilia via Fidentiolam vicum, nunc Firenzolam arbitrantur quidam. Docuit tum ex Livio, & Appiano Pighius, L. Sullam dictatorem eo ferè loci C. Carbonio prœlio extremo victum, cæsis ejus copiis Italia deturbasse. A prandio dum prosequuntur iter, occurrit ad quartum à Parma miliare Fabius Farnesius, Ducis Octavii consanguineus, cum equitatu nobilium; & occidente jam sole, ejusdem frater Episcopus Parmensis in carpentis, adducens secum Alexandri principis majorem natu filium vix quinquennalem, qui magna cum gratulatione Carulum excipiunt, & facibus accensis per urbem ducunt in Palatium. Obviam illi procedit Lusitana princeps, cum ingenti sequela illustrium matronarum ac virginum: quæ officii causa ipsam convenerant, auro monilibusque resplendentes: quò majore cum honore susciperent hospitem Principem. Ipsa lætanter adventum affini congratulata, verbis tamen anxiis excusat solitudinem suam: quod propter absentiam suorum, non, quo cuperet, honore posset excipere, non apparatu tractare tanto, quo pater ejus nuper ipsam, maritumque pro magnificentia sua tractasset. Mox assignantur Carulo principi, & ejus comitatui, in Palatio apparatissima cubicula, & cœna hilariter & splendidè, non sine musico concentu, transacta est. Sequens dies urbi & rebus circumquaque perlustrandis datur. Deducunt Caru-

Fidentia.

Firenzolam.

Vt Parma exceptus Carulus.

Carulum Farnesii duo fratres, Episcopus & Fabius, magna comitante nobilium caterva. Manè sacris in templo majore, quod est ante Palatium, interfuère. Atque iis finitis, Divorum reliquiæ, atque ornamenta templi amplissima Carulo monstrata sunt: atq; deinde vicini monasterii structuram pulcherrimam, ac muneris omnibus absolutam, principes perlustrarunt. Quibus accuratè perspectis, urbem partim visere curæ hospitibus fuit, ædificiis splendidam cum primis, opulentiaq; florentem. Principum enim, ac illustrium familiarum palatia, ac mansiones habet multas, ac civium ditium multitudine plena est. Ager nimirum est circũquaq; fœcundissimus, ac amœnissimus; omnium frugum ac fructuum abundans: optimi vini, olei, lactis, & casei copia terrarum ubiq; celebris. Itaq; Parma non solùm cum vicina Placentia, verùmetiam cum cæteris Cisalpinæ Galliæ præclaris urbibus certare suis opibus potest: nec inter eas præteriri, in quibus Dia fortuna rerum omnium copiæ cornu suum benigniter effundere videtur. Posita quidem est in Æmiliæ viæ plano, quinis ab Appennino passuum millibus, flumineq; irrigatur ejusdem nominis, quod suburbia ad occasum Vergentia separat ab ipsa civitate. An verò flumini urbs nomen dederit, an ab eodem acceperit, obscurum est. Non enim memini antiquorum quempiam Parmam fluvium nominasse: Urbis quidem Parmæ apud Livium, Polybium, Tullium, aliosque classicos authores celebris ac crebra fit mentio. Quæ Romanorum facta Colonia est simul cum Mutina florente Rep. post urbem C. anno DLXX. Q. Fabio Labeone, M. Claudio Marcello coss. deductis eò binis civium milibus in agro, qui proximè Bojorum antè Tuscorum fuerat. Jam tum appellatam fuisse Parmam, ex Livio, Polybio, cæterisq; colligere est. An aliud nomen antea habuerit, nobis quidem non liquet. Qui Chrisopolim prius dictam volunt (Sicardus & Albertutius) neutiquam satisfaciunt: atq; multò minus Annius ille Viterbinus, qui ex Aramea, nescio qua lingua fictitia, etymo prorsus frivolo, Parmam quasi Paramam. i. hastam vel principatum coloniarum nominatam imaginatur. Itaque magis eorum opinioni accedo, qui à scuti rotundi forma coloniam in plano positã, antiquitus Parmam nominatam volunt. Cujus vocis significationem Varro ex vetusta Gallica

Parma descriptio.

Quãdo Romanorum Colonia facta Parma. Nominis ratio & antiquitas

Gallica lingua prodidisse videtur, cum Parmã dici vult scutum, quo pedites utebantur, quia è medio in omnes partes par esset. A scuto igitur vel parma nomen aptius urbi est: quæ colonos ac cives semper habuit nobiles, Martios, ac animosos, ingenioq; ad literarum studia, & ad reip. gubernationem non solum, sed etiam ad rem militarem aptissimo. Quorũ indolem ita depingit in Parma sua Julius Scaliger:

Inventum mediis præclarum nomen in armis
Prædita quo sit gens ignea Marte docet.
Ingenium rapidum facili flammatur ab ira,
Sed viget in patulo pectore purus amor.
Magnanimo, pretium est non displicuisse pudori,
Hoc satis, officiis cedere turpe putat.

A prandio bigis & equis vecti, pergunt ultra flumen, ad suburbanum Ducis Octavii, Castellũ portis, muris, propugnaculis, atq; fossis profundis sumptuosè munitũ, ubi excipiuntur advenientes principes, magno cum applausu & sonitu æneorum tormentorum. Plurima visu digna monstrã, tur ibi Carulo, atque imprimis prætorium æstivum, magnificentissimè ex quadrato ad regulam aptissimè juncto lapide cum portis, peristyliis, & columnis marmoreis in formam regiæ nuper exstructum, Resplendent omnia intus picturis artificiosissimis, & opere tectorio inaurato statuisque antiquis summi precii. Nec minus in adjuncto Nymphæo, quod hortos respicit, sacellis & ædiculis marmoreis exornato. Ejus pavimentum varietate marmorum versicolorum miræ est pulchritudinis, opere musejario tessellatũ. Scalæ lapideæ duplices, quibus in hortos descenditur, ab utroque latere fontium venis gradatim scaturiunt. Rupes in medio Nymphæo peralta è pumicibus asperis, tophoq; eroso, atq; saxis ex aquarum profluxu concretis, constructa, corallis ac unionum conchis exornata, spumantes fontium latices è specubus undequaque profundit. Insuper mirificeque delectant, atque intuentium oculos remorantur Tritones, qui è buccinis suis aquas evomũt, Cupidines in cygnis, & delphinis per aquas vecti. Quid dicam multiformes conchas & cochleas marinas? quasdam crispas & rugatas, quasdam denticulatas, aut pectinatim undatas: cancellatim

Suburbanum Ducis Octavii.

Prætorium æstivum.

Nymphæũ.

latim reticulatas alias, leves alias, & colorum punctis, virgulis ac guttis distinctas. Totum diem detinere spectatorem hæc possunt. His visis cùm deinde principes perlustrassent deambulando spatiosos & excultos hortos, pomaria, labyrinthos, sylvas, & laureta, per urbem rursus vecti, ducunt Carulum Farnesii fratres ad ædes consanguinei cujusdam sui, picturis artificiosis, & antiquis statuis ornatas: ubi per horulam quiescunt, harmonia musica, & rebus visendis detenti. Postea cum visitassent vicinam ædem sacram D. Virginis deiparæ miraculis claræ, extructam elegantissimè, & donariis preciosissimis adornatam, ambo Principes pergunt ad Palatium viduæ Farnesianæ, ad choreas ibidem præparatas nobilium virginum ac matronarum. In eoque conventu tempus terunt ad cænam usque. Eodem vespere post cænam in palatio cum Lusitana principe sumptam, Carulus, postridie proficisci cupiens, hospitibus suis gratias egit, atque discedendi licentiam impetravit. Decimo sexto Kal. Dec. manè sacris interfuit in majore templo, quibus peractis, prosequuntur honoris caussa discessurum, cum magna pompa nobilium, Episcopus & Fabius extra urbem. Ubi cùm his Carulus pro humanitate, atque omnibus officiis exquisitè gratias egisset, & valedixisset, cum suis Æmilia via Regium Lepidi profectus est ad prandium: vesperi Mutinam cogitans. Gubernabat eam provinciam, Alphonsi Ducis Ferrariæ nomine. Cornelius Bentivolius. Jussus is erat observare Caruli Principis adventum, & omnia quæ ad eum excipiendum, tractandum, atque cum honore per provinciam deducendum requirebantur, in promptu habere. Diligenter ac magnificè fungitur imposito munere, Carulumque in finibus honorificè exceptum, magna comitante nobilitate Regium deduxit. Intrantibus fit applausus, & salutatio publica, cum sono magno & fragore tormentorum bellicorum, in portis, maris, & propugnaculis: atque inventus in castro prandii sumptuosus apparatus. Visum fuit tamen, dum mensæ sternuntur, & instruuntur triclinia, nonnihil ejus civitatis nobilis ac perlautæ statum & ædificia perlustrare. Nam populo frequens est, omnibusque rebus affluens: agro ubere fœcundissimoque cincta. Et antiquitate certat cum aliis vicinis urbibus. Æmiliæ viæ item imposita Romanorum est Colonia, cujus cele-

Regiũ Lepidi.

Quando Romanorũ Colonia.

jus celebrem M. Tullius, Cor. Strabo & Tacitus aliique veteres mentionem fecēre. Sed quando primum; vel quorum auspiciis deducta sit, non plane liquet. Quia tamen Regium Lepidi ab initio semper nuncuparunt, plures opinantur à M. Lepido, qui Æmiliam viam anno ab V.C. DLXVII. straverat, vel conditam, vel deductam paulò pòst fuisse. Prandio dein expedito, citis quadrigis Mutinam pergunt, mediaq; via cùm Ruberiam munitissimum castrum prætervehuntur, Martio cum sonitu tuborum æneorum, ex propugnaculis sit magna transeuntibus gratulatio, effusis ad spectaculum per muros & aggeres, licet in pluvia, castellanis. Nec minore pompa à Mutinensibus excipitur Princeps, populo per omnes vias confluente, ductusque est per urbem summo cum honore, & hospitio cum suis excipitur in castro; non sine bellicorum instrumentorum læto concentu. Tractantur hospites ea nocte permagnificè, regiò prorsus sumptu, atque recreant inter epulas lassorum animos musicorum artificum chori varii. Ne quid denique decoris abesset, nobilitatis urbanæ selecti juvenes plurimi præsto fuēre per triclinia, qui ordine continuo mensis inserviunt. Est autem Mutina civitas vetusta celebritate pernobilis, Romanorum quippe Colonia crescente Imperio deducta simul cum Parma anno V. C. DLXX. ut Livius lib. XXXIX. testatur. Nec dubium quin succedentibus sæculis, Romano stante Imperio, floruerit admodum: cùm frequens ejus apud historiæ scriptores fiat mentio, doceantq; hoc insuper antiquæ marmorum inscriptiones, quæ plurimæ ibidem & pulcherrimę adhuc extant. Sed imprimis eam nobilitavit prœlium civile cruentum, quo ante ejus muros cum duobus coss. Hirtio & Pansa senatus authoritas, & populi libertas funditus concidit: cùm M. Antonius, extincta C. Cæsaris tyrannide, discordiarum faces, D. Brutum obsidendo, resuscitaret. Clades deinde plures easq; exitiales, labascente Imperii potentia, barbararum nationum inundatione, Mutinam esse passam constat: quam D. Ambrosius in epistola quadam ad Faustinum, inter desertas ac ruinosas sui temporis Cisalpinæ Galliæ ad Æmiliam viam urbes numerat. Opinari igitur eam à Gothis & Langebardis sæpè excisam fuisse, haud est absurdum: cùm diu Langebardorum temporibus deserta jacuerit. Quibus Caruli magni ejectis victoria, atque Pipino

Ruberia.

Mutina.

Mutina quando Colonia Romanorum.

Prœlium Mutinense.

pino ejus filio Italorum rege constituto, tum primùm hanc urbem volunt (quæ nunc Æmiliam occupat, & nonnihil à veteris Mutinæ in altiore loco positæ ruinis distat) à fundamentis suscitatam fuisse à nobilium civium reliquiis. Qui sublato barbarico metu, novi oppidi mœnia ac portas, suis, amicorum, atq; clientum sumptibus ac labore construxere: quemadmodum Leander Albertus in Italię descriptione, & Mutinensium annalibus narrat diffusius. Sequenti die cùm manè sacris interfuissent, visum Carulo principi, hanc urbem ædificiorum splendore decoram satis, populo, multisque familiis nobilium frequentem, & ab Hercule secundo Atestino Ferrariæ duce validè munitam, nonnihil perlustrare, quantum temporis angustia pateretur. Sed dierum brevitas parum ocii dedit, cùm maximè Bononiam ante noctem, difficillima via, cæloq; pluvioso, esset proficiscendum. Declarat itaque Bentivolio præfecto festinationis suæ causas Carulus. Quibus intellectis, suadet ille vehicula & carpenta relinquere, atq; equis conductitiis per Æmiliæ viæ plana Bononiam, atque inde Ferrariam proficisci citius expeditiusque. Quod consilium cùm placeret, equos celeres conquiri, ac præparari mox jubet: prandiumque licet apparatissimum sumptum quasi in procinctu, dein equis conscensis, cœnosam atque aquis profundam per Æmiliam festinant Bononiam. Nec fefellit ejus civitatis primitates Caruli principis adventus. Patria etenim est Hugonis Agathetæi, eruditione, pietate, prudentia rerumq; publicarum peritia præcipui viri: quem summæ virtutes, ingenii animiq; dotes eximiæ, per honorum gradus ad summi Pontificatus apicem evexêre: uti jam pluribus annis religionis Christianæ navem prudenter ac fœliciter regat, licet magnis tempestatum procellis sæpè laborantem. Ab hujus igitur fratre, principe tum senatus, ac civitatis, atque urbis præfecto protonotario quodam (qui legati Cardinalis Cæsii absentis nomine gubernabat urbem) cum equitatu præsidiario, & urbanæ nobilitatis magno comitatu, Carulus extra urbem excipitur. Hi cùm summi Pontificis nomine, verbis solemnibus, ei adventum essent gratulati, tubis præcinentibus; & stipante latera utrimq; satellitio Germano, per urbẽ cum illo pergunt ad Pontificium Palatium, ubi splendidè magnoque cum honore cum suis tractatur ab urbis præfe-

Bononia quemadmodum Carulus exceptus. Gregorius XIII summus Pontifex.

cto.

cto. Nam singula convivia musico concentu excellenti variorum instrumentorum recreare non cessavit. Sequentem diem urbi magnificentissimæ perlustrandæ totum impenderunt, ipso præfecto atque fratris summi Pontificis filio cum magna nobilitate, principem bigis per loca visu digna deducente. Manè priusquam egrederentur Palatio, ut rebus divinis interessent apud Dominicanos, juventutis Germanicæ (quæ crebra tum Bononiæ studiorum causa degebat) legati adfuêre, & Carulo principi facunda oratione Latina, præsente urbis præfecto, gratulantur adventum, atq; testantur lætari vehementer juventutem nobilem, quòd summi ordinis gentilem principem videant, optimo exemplo, morum, linguarum, atq; virtutum cognoscendarum causa, difficillima licet anni statione, tam longinquè peregrinari: prægrediq; sponte viam arduam laboriosamq; (ut heroëm suæ ætatis decet) cæteris sui ordinis juventutis principibus omniq; nobilitati; qua ad solidum immortalis gloriæ culmẽ perveniri solet. sic Herculem labores non fugitando, viam sibi in cælum aperuisse. Excurrunt deinde in laudes ipsius, domus ac familiæ ab utroq; parente; & tandem declarant, principem Carulum à gente Germanica studiosorum illius academiæ patronum adoptatum esse. Quapropter majorem in modum supplicant, uti Romam veniens, gratiam ac favorem suum interponere apud summum Pontificem velit, atque intercedere, ut antiqua Germanicæ gentis privilegia à tot pontificibus confirmata, sed ante paucos annos ob juvenilem quorundam studiosorũ errorem ab infenso quodam urbis præfecto suppressa & abrogata gratiosè restituat. Paucis respondit Carulus Latinè, gratias agens pro honoribus sibi decretis & habitis. Laudes quidem attenuans, ac minimè agnoscens, patrocinium suum Germanis Germanum se denegare non posse, dixit. Ideoq; pro privilegiis eorum impetrandis intercessionem suam Romæ se lubenter apud summum Pontificem impensurum; modò præsto sit ibi quispiã, qui nationis nomine negotii expeditionem sollicitet. At illi, legationẽ ejus rei ergò, quæ principẽ Romam sequeretur, esse decretam responderunt. His actis, ducitur à præfecto Carulus princeps ad Dominicanorũ fratrum templũ, uti sacro interesset matutino, ubi à monasterii rectorib⁹ humanissimè excipitur, qui eum cum omni comitatu, sacris

Natio Germanica Bononiæ studentium.

Cœnobium Dominicanorum.

 peractis,

peractis, per domus ædificia deduxerunt, & visu quæque digna monstrarunt. Imprimis in æde sacra marmoreum eximii operis sepulchrum D. Dominici, ejusdem caput sacrum tholo pretioso inclusum. In sacrario sanctiore, unam ex spinis aculeatæ coronæ, qua Christi Servatoris nostri caput cinctum fuit. Item biblia vetustissima ab Esdra propheta in albo corio descripta. Per templum ostenderunt diversis in locis insignium jurisconsultorum & oratorum plurima monumenta, aliorumque, qui ingenii virtute scriptisque suis famam immortalem nacti esse videntur, Insignes picturæ præterea, & artificiosæ Divorum statuæ, aliaq; excellentium artificum opera, ut in templo, sic & in ipso monasterio principis ac peregrinorum comitum animos atque oculos ubique detinebant: sed imprimis bibliotheca Pighium Coronam, copia & varietate librorum omnis generis plena, paucis Europæ Bibliothecis postponenda. Hinc per urbem pergunt, ejus perlustrandæ causa, ad horam usque prandii. Quæ quidem amplissima est ædificiis publicis atque privatis sumptuosa, & permagnifica. Nam antiquitus in hanc urbem Colonia Latina à Romanis deducta fuit M. Fulvio Nobiliore Cn. Manlio Vulsone consulibus, anno post Romam conditã DLXIV. Nobilitata deinde bellis civilibus, cùm non procul inde apud confluentes Rheni atque Labinii amnium in insula quadam exigua & secreta, tres Romanorum exercituum duces M. Antonius, M. Lepidus, & C. Octavius, convenientes junctis manibus conjurationem injecrint, institutaque crudeli proscriptione, Imperium populi Romani inter se diviserint. Crevit admodum structuris ac mœniorum ambitu posterioribus sæculis; quamvis hostium barbarorum incursibus atque vi bellica sæpius destructa fuerit. Ducitur Carulus per fora, & insignes ædes sacras, ad Episcopi sedem, D. Petri templum, in quo Cardinales & Antistites, multique eruditione celebres viri sua monumenta habent. Ostenduntur vetusta Langebardorum ac vasta ædificia, turres quadratæ & spissæ, in summam altitudinem obeliscorum quasi forma evectæ; inter quas celsissima, quæ Asinellorum vulgò vocatur, & vicina Garisenda inclinata nonnihil; arténe, an casu dubium est. Quidam architectum ingenii ostentandi caussa studiosè sic eam excitasse obliquè volunt. Alii terræmotu levi concussam fundamentis salvis nō-

Spina coronæ Christi.

Biblia Esdra.

Bononiæ descriptio & antiquitas.

Insula ad confluentes Rheni & Labinii, in qua conjuratio triumvirum inita est.

M. Lepidus, M. Antonius, C Octavius, III Viri.

Langebarduæ turres.

nihil

nihil subsidisse judicant. Visuntur ædes sacræ, D. Stephani plurimis sanctorum reliquiis clara; D. Francisci artificio constructa nobili: Item in reditu magnificum ac sumptuosum D. Petronii ex vario marmore tanum juxta forum ac Palatium: quod animo majore inchoatum esse videmus, quàm ut ævo nostro absolvi pro temporum angustia possit. Vicina est huic academiæ schola publica, ædificium peramplum ante paucos annos magnis impensis exstructum ex saxo quadrato, quod architectonica symmetria pulcherrimum est. Scalæ quibus ab ingressu primo scandunt ad interiora peristylia, quæ ambitu quadrato professionem vel artium diversarum auditoria circumvestiunt, spaciosæ & commodæ, mira quadam elegantia detinent & afficiunt advenas: nec minus peristylia, cum auditoriis concinnè pavimentata, portæ marmorum diversorum pulchritudine conspicuę; & cętera omnia, quę palatia quęvis structurę magnificentia & laxitatę superare possunt. A prandio rursus, ne quid visu dignum prætermitteretur, alteram urbis partem magno cum comitatu perlustrant. Et quia serenus erat dies, ducitur à gubernatore Carulus princeps etiam extra urbem ad Apennini colles fructiferos, hortis, vineis, olivetis, atque pomariis circumquaque vestitos: Ascenduntque in montem, ubi sancti Michaelis in silva nuncupatum monasterium locupletissimum visitur, novis, & vetustis ædificiis sumptuosissimum. cujus templum atque sacraria cuncta, marmorum nobilium omnis generis columnis, trabibus atque cælatura præclara renitent. Altaria reliquiis Divûm raris atque donariis preciosis augusta resplendent statuis, signis, tabulisque pictis artificio ad miraculum excellentibus. Sedilia & subsellia sacrificum in lateribus templi disposita, ex secamentis & scandulis variorum lignorum studio è commissa, picturam quandam elegantissimã repræsentant: uti castella, turres, arbores, animalia, campi, montes, ac regionum plagæ, nec non herbarũ, ac florum minutiæ suis coloribus vix penicillo possent à perito pictore diligentius exprimi. Hæc Caruli atq; hospitum advenarum oculos animosque mirificè delectarunt: ut & monasterii ipsius sumptuosa & magnifica ædificia: Imprimis bibliotheca librorũ & tabularũ omnis generis plena: nosomychus, qđ infirmariũ; & cænaculũ commune, qđ refectorium nunc appellant.

Cœnobium S. Michaelis in silva.

Sedilium elegantia.

erat Franciscus primus Galliarum rex, Ticinum obsidione premens, cùm à Caruli V. Imperatoris ducibus, Lanojo & Borbonio, victus prœlio, caperetur cum rege Navarræ, & præcipuis Galliarum principibus, anno post Christum natum 1525. Hæc dum narrantur Carulo, & prœlii loca monstrantur, ad vivarium obviam ei venit cum comitatu & nobilitate Ticini præfectus, gubernatoris vices gerens: qui regis Philippi nomine gratulatur adventum, deduxitque cum magna festivitate per urbem in Palatium, tractavitque sumptu regio permagnificè. Ticinum condidisse Levos, & Maricos ligures, ad amnem ejusdem nominis non procul à Pado, Plinius auctor est. Alii à Gallis Bojis ac Cœnomannis conditam volunt: quos Eutropius & Paulus Diaconus sequi videntur. Urbs illa, Romano succumbente Imperio, primùm ab Hunnis Atyla duce: mox ab Odovacre Herulorum rege vi expugnata, direpta, & muris complanatis incensa fuit. Postea Langebardi eam tenuêre, ac sedem regni fecêre, multisque præclaris ædificiis excoluêre, quorum Paulus Diaconus meminit. Fuit ex iis D. Claræ monasterium à Peterito conditum, à Theodolina regina D. Mariæ Perticalis ædes, à Luitprando rege, D. Petri, cæli aurei cœnobium: in quo D. Augustini corpus, ab eodem rege è Sardinia deportatum, servatur: ut alia præteream nobilia ædificia, quæ breviter commemorari non possent. Nec singula videre Carulo contigit, non castrum Galeatii primi ducis, non sepulchrum marmoreum insigni inceptum arte, quo S. Augustini reliquiæ condi debebant: neque statuam illam celebrem ac pervetustam equestrem ex ære: quàm Antonini Pii quidam esse colligunt, ex vultus lineamentis ac barbæ forma. Nam sequenti die cùm instaret iter longius, atque Placentiam usque proficisci cuperet, manè paratos suos esse jussit, ut re divina audita, confestim discedere posset. Vesperi igitur urbis præfecto, magistratui, & in convivio præsentibus gratias egit, profectionisque maturandæ necessitatem his indicavit: qui licet de tam propero discessu ejus malè contenti viderentur, omnes tamen postridie ad officium præsto fuere. Duxit Præfectus urbis cum magno comitatu Carulum ad ædem D. Petri, ubi sacris interfuere. Eò venit & Academiæ rector, doctorum ac studiosorum turba stipatus: ut ei salutem, & obsequia reip. suæ nomine, præ-

Ejus urbis insignia ædificia.

Statua equestris ex ære.

præsentaret. Appulit & Comes quidam adolescens, Parma missus cum literis, quibus Maria, Lusitana princeps, mariti sui Alexandri, nec non patris Octavii diuturnam absentiam queri, testarique quantopere reditum ac præsentiam desideret; non minus tamen optare se scribens adventum charissimi sui affinis Caruli, atque ne alio versum deflectat iter, néve solitudinem suam declinet, majorem in modum se supplicare. Amore & obsequiis se suppleturam cuncta pro viribus, ut præter personas principum absentium quippiam illi defuisse videri non possit. Carulus Comitem legatum renunciare jussit, se jam in itinere esse, & propediem affuturum. Obtestari tamen se velle, principem affinem, ne propter suum adventum insuetæ molestiæ quid capessat. Hoc cum responso citis equis comes Parmam revertitur. Sacris peractis, jam equitatus & quadrigæ stabant ante templum: Carulusque princeps ab urbis præfecto & nobilibus honoris causa educitur extra urbem per aliquot stadia. Tum, valedictis omnibus, ipse cum suis Padum trajicit, & ad XVIII. lapidem in D. Joannis castello, Parmensium principum sumptu, prandium paratum repperit, ut transiens Comes legatus castellanis mandaverat. Ad quartum à prandio miliare in Æmilia, venit equis dispositis obviam comes alius è familia principis Lusitanæ, qui gratularetur adventum Carulo, simulque per iter tractaret atque deduceret acceptos hospites. Placentinus item gubernator ad unum miliare cum nobilibus occurrit obscura jam nocte, viginti pedites tædiferos adducens, qui prælucerent. Ipse Carulum exceptum perhumaniter deduxit ad urbem, & in ducis Palatium: ubi cum suis hospitio excipitur, & sumptuosè tractatur. Sequens dies precibus datur Præfecti & Oeconomi, obstinatè flagitantium ut maneret. Igitur cùm sacris simul manè vacassent, urbi rebusque dignis visundis animum applicant. Urbs quidem est situ amœnissima, pulcherrimaque ædificiis semper fuit, uti plures inde nominatam, à placendo, Placentiam autument. Posita est etenim juxta Padum loco perjucundo, campis & agris collibusq; cincta fertilissimis, vino, oleo, frumento, fructuumq; omnis generis optimorũ copia abũdantibus. Plana pratis & pascuis fœcundissimis beantur, manufactis vicinorũ fluminum ductibus irrigua: ex quibus pecuariæ rei summa opor-

Maria Lusitana Alexandri Farnesii Parmæ Ducis.

Castellum D. Ioannis in Via Aemilia.

Placentia.

Casei Placentini præstantia. tunitas,& quæstus uberrimus urbi est. Cui idcirco famam non ignobilem ubique terrarum casei ibidem confecti præstãtia parit: qui tanta copia,& tam boni saporis hinc exportatur ; ut qui summum commendationis gradum caseo quærunt,eum Placentium esse dicant. Habet idem ager salsos fontes,ex quorum liquore sal coquitur candidissimus. Habet ferri fodinas,nec desunt sylvæ, saltusq; venationibus apti, igitur ob tantam situs commoditatem,rerumq; omnium abundantiã,urbs assiduè nobilibus civiũ familiis multis excolitur,& mercatibus frequens est. Placentiã primùm à Romanis deducta Colonia est, ingruentibus in Italia cum Annibale Pœnis:anno post R. C. DXXXVI. in agro à Gallis capto, ut Livius autor est. Deduxêre III. viri simul cum Cremona, & Latinas ambas fecêre, quibus utraque Padi ripa adversus Gallos & Transalpinos muniretur. Frequens hujus Coloniæ mentio apud Livium est, & alios veteres historicos,ut stante Imperio Romano,plurimũ floruisse haud dubiè constet. Bellis civilibus tamen infœlicior,quam externis,ut bello Vitelliano contra Othonem, teste Tacito: cùm in oppugnatione acerrima pulcherrimum amphitheatri opus extra oppidum conflagraretur. Jam Carulus urbanæ nobilitatis selecta caterva stipatus, ante prandium urbem perlustrat: ostenduntur templa, & magnifica civium ædificia:Fons urbis vetustus & præclarus ab Augusto Cæsare nomen adhuc habens. Item monasterium novum sumptuosè extructum nuper à Philippo Hispaniarum Rege Catholico. Vidit muros novos, propugnacula amplissima & munitiones insignes: quibus nunc urbs hæc inter Italiæ tutissimas habetur:quæ prius variis bellis afflicta, vi sæpius expugnata,incensa ac direpta, plurimis annis fœdè vastata jacuerat. A prandio duxerunt Carulum & ejus comites ad arcem,ab Hispanis detentam auspiciis regis Philippi,ubi Princeps excipitur magno tormentorum æneorum applausu, & militari præsidiariorum festrivitate. Præfectus arcis circunducens Principem, ei perhumaniter omnia monstravit,aggeres,fossas,muros,turres,ac propugnacula ingentis sumptus, ac operis ingeniosi, pro hujus ævi solertia: munitiones, ac structuras, ad urbem coërcendam, hostilesque impetus propulsandos accommodatas. Excitare cœperat nostra memoria molem hujus arcis Petrus Aloisius Placẽtinorum

Quãdo Colonia Romanorum facta sit Placentia.

Amphitheatrum propè Placentiam.

Castrum Placentinum.

norum Parmensiumque Dux primus, verùm ea nondum perfecta inimicorum insidiis circumventus misere trucidatur. Tum urbs cum arce in Caroli V. Imp. ac Mediolanensium Ducis fidem, potestatemque concessit. Verum postea Caroli successor Philippus Rex, urbem Aloisii filio, Octavio Farnesio, conditionibus restituit: arcem Hispanorum præsidiis custoditam ad tempus reservans. Sequenti die manè, sacris auditis, via Æmilia pergunt versus Parmam, reperiuntque in Burgo S. Donini (ut nunc appellant locum) ad XX. lapidem lautè paratum Carulo ejusque comitatui prandium, per œconomum principis Lusitanæ: qui eò processerat obviam, cum triclinarcha & nobilitate, ut hospitem exciperet, & tractaret. Pernobile castrum est, ditionis antè Palavicinorum, sed crebris bellis destructum. Ex itinerario Romano vetusto colligere est, Fidentiam non procul inde fuisse, & decem milia passuum altius in eadem Æmilia via Fidentiolam vicum, nunc Firenzolam arbitrantur quidam. Docuit tum ex Livio, & Appiano Pighius, L. Sullam dictatorem eo ferè loci C. Carbonio prœlio extremo victum, cæsis ejus copiis Italia deturbasse. A prandio dum prosequuntur iter, occurrit ad quartum à Parma miliare Fabius Farnesius, Ducis Octavii consanguineus, cum equitatu nobilium; & occidente jam sole, ejusdem frater Episcopus Parmensis in carpentis, adducens secum Alexandri principis majorem natu filium vix quinquennalem, qui magna cum gratulatione Carulum excipiunt, & facibus accensis per urbem ducunt in Palatium. Obviam illi procedit Lusitana princeps, cum ingenti sequela illustrium matronarum ac virginum: quæ officii causâ ipsam convenerant, auro monilibusque resplendentes: quò majore cum honore susciperent hospitem Principem. Ipsa lætanter adventum affini congratulata, verbis tamen anxiis excusat solitudinem suam: quòd propter absentiam suorum, non, quo cuperet, honore posset excipere, non apparatu tractare tanto, quo pater ejus nuper ipsam, maritumque pro magnificentia sua tractasset. Mox assignantur Carulo principi, & ejus comitatui, in Palatio apparatissima cubicula, & cœna hilariter & splendidè, non sine musico concentu, transacta est. Sequens dies urbi & rebus circumquaque perlustrandis datur. Deducunt

Fidentia.

Firenzolam.

Ut Parma exceptus Carulus.

Caru-

Carulum Farnesii duo fratres, Episcopus & Fabius, magna comitante nobilium caterva. Manè sacris in templo majore, quod est ante Palatium, interfuère. Atque iis finitis, Divorum reliquiæ, atque ornamenta templi amplissima Carulo monstrata sunt: atq; deinde vicini monasterii structuram pulcherrimam, ac muneris omnibus absolutam, principes perlustrarunt. Quibus accuratè perspectis, urbem partim visere curæ hospitibus fuit, ædificiis splendidam cum primis, opulentiaq; florentem. Principum enim, ac illustrium familiarum palatia, ac mansiones habet multas, ac civium ditium multitudine plena est. Ager nimirum est circũquaq; fœcundissimus, ac amœnissimus; omnium frugum ac fructuum abundans: optimi vini, olei, lactis, & casei copia terrarum ubiq; celebris. Itaq; Parma non solùm cum vicina Placentia, verùmetiam cum cæteris Cisalpinæ Galliæ præclaris urbibus certare suis opibus potest: nec inter eas præteriri, in quibus Dia fortuna rerum omnium copiæ cornu suum benigniter effundere videtur. Posita quidem est in Æmiliæ viæ plano, quinis ab Appennino passuum millibus, flumineq; irrigatur ejusdem nominis, quod suburbia ad occasum Vergentia separat ab ipsa civitate. An verò flumini urbs nomen dederit, an ab eodem acceperit, obscurum est. Non enim memini antiquorum quempiam Parmam fluvium nominasse: Urbis quidem Parmæ apud Livium, Polybium, Tullium, aliosque classicos authores celebris ac crebra fit mentio. Quæ Romanorum facta Colonia est simul cum Mutina florente Rep. post urbem C. anno D L X X. Q. Fabio Labeone, M. Claudio Marcello coss. deductis eò binis civium milibus in agro, qui proximè Bojorum antè Tuscorum fuerat. Jam tum appellatam fuisse Parmam, ex Livio, Polybio, cæterisq; colligere est. An aliud nomen antea habuerit, nobis quidem non liquet. Qui Chrisopolim prius dictam volunt (Sicardus & Albertutius) neutiquam satisfaciunt: atq; multò minus Annius ille Viterbinus, qui ex Aramea, nescio qua lingua fictitia, etymo prorsus frivolo, Parmam quasi Paramam i. hastam vel principatum coloniarum nominatam imaginatur. Itaque magis eorum opinioni accedo, qui à scuti rotundi forma coloniam in plano positã, antiquitus Parmam nominatam volunt. Cujus vocis significationem Varro ex vetusta

Parma descriptio.

Quãdo Romanorum Colonia facta Parma. Nominis ratio & antiquitas

Gallica

Gallica lingua prodidisse videtur, cum Parmã dici vult scutum, quo pedites utebantur, quia è medio in omnes partes par esset. A scuto igitur vel parma nomen aptius urbi est: quæ colonos ac cives semper habuit nobiles, Martios, ac animosos, ingenioq; ad literarum studia, & ad reip. gubernationem non solum, sed etiam ad rem militarem aptissimo. Quorũ indolem ita depingit in Parma sua Julius Scaliger:

Inventum mediis præclarum nomen in armis
Prædita quo sit gens ignea Marte docet.
Ingenium rapidum facili flammatur ab ira,
Sed viget in patulo pectore purus amor.
Magnanimo, pretium est non displicuisse pudori,
Hoc satis, officiis cedere turpe putat.

A prandio bigis & equis vecti, pergunt ultra flumen, ad suburbanum Ducis Octavii, Castellũ portis, muris, propugnaculis, atq; fossis profundis sumptuosè munitũ, ubi excipiuntur advenientes principes, magno cum applausu & sonitu æneorum tormentorum. Plurima visu digna monstrã, tur ibi Carulo, atque imprimis prætorium æstivum, magnificentissimè ex quadrato ad regulam aptissimè juncto lapide cum portis, peristyliis, & columnis marmoreis in formam regiæ nuper exstructum, Resplendent omnia intus picturis artificiosissimis, & opere tectorio inaurato statuisque antiquis summi precii. Nec minus in adjuncto Nymphæo, quod hortos respicit, sacellis & ædiculis marmoreis exornato. Ejus pavimentum varietate marmorum versicolorum miræ est pulchritudinis, opere musejario tessellatũ. Scalæ lapideæ duplices, quibus in hortos descenditur, ab utroque latere fontium venis gradatim scaturiunt. Rupes in medio Nymphæo peralta è pumicibus asperis, tophoq; eroso, atq; saxis ex aquarum profluxu concretis, constructa, corallis ac unionum conchis exornata, spumantes fontium latices è specubus undequaque profundit. Insuper mirificeque delectant, atque intuentium oculos remorantur Tritones, qui è buccinis suis aquas evomũt, Cupidines in cygnis, & delphinis per aquas vecti. Quid dicam multiformes conchas & cochleas marinas? quasdam crispas & rugatas, quasdam denticulatas, aut pectinatim undatas: cancellatim

Suburbanum Ducis Octavii.

Prætorium æstivum.

Nymphæũ.

latim reticulatas alias, leves alias, & colorum punctis, virgulis ac guttis distinctas. Totum diem detinere spectatorem hæc possunt. His visis cùm deinde principes perlustrassent deambulando spatiosos & excultos hortos, pomaria, labyrinthos, sylvas, & laureta, per urbem rursus vecti, ducunt Carulum Farnesii fratres ad ædes consanguinei cujusdam sui, picturis artificiosis, & antiquis statuis ornatas: ubi per horulam quiescunt, harmonia musica, & rebus visendis detenti. Postea cum visitassent vicinam ædem sacram D. Virginis deiparæ miraculis claræ, extructam elegantissimè, & donariis preciosissimis adornatam, ambo Principes pergunt ad Palatium viduæ Farnesianæ, ad choreas ibidem præparatas nobilium virginum ac matronarum. In eoque conventu tempus terunt ad cænam usque. Eodem vespere post cænam in palatio cum Lusitana principe sumptam, Carulus, postridie proficisci cupiens, hospitibus suis gratias egit, atque discedendi licentiam impetravit. Decimo sexto Kal. Dec. manè sacris interfuit in majore templo, quibus peractis, prosequuntur honoris caussa discessurum, cum magna pompa nobilium, Episcopus & Fabius extra urbem. Ubi cùm his Carulus pro humanitate, atque omnibus officiis exquisitè gratias egisset, & valedixisset, cum suis Æmilia via Regium Lepidi profectus est ad prandium: vesperi Mutinam cogitans. Gubernabat eam provinciam, Alphonsi Ducis Ferrariæ nomine. Cornelius Bentivolius. Jussus is erat observare Caruli Principis adventum, & omnia quæ ad eum excipiendum, tractandum, atque cum honore per provinciam deducendum requirebantur, in promptu habere. Diligenter ac magnificè fungitur imposito munere, Carulumque in finibus honorificè exceptum, magna comitante nobilitate Regium deduxit. Intrantibus fit applausus, & salutatio publica, cum sono magno & fragore tormentorum bellicorum, in portis, maris, & propugnaculis: atque inventus in castro prandii sumptuosus apparatus. Visum fuit tamen, dum mensæ sternuntur, & instruuntur triclinia, nonnihil ejus civitatis nobilis ac perlautæ statum & ædificia perlustrare. Nam populo frequens est, omnibusque rebus affluens: agro ubere fœcundissimoque cincta. Et antiquitate certat cum aliis vicinis urbibus. Æmiliæ viæ item imposita Romanorum est Colonia, cujus cele-

Regiũ Lepidi.

Quando Romanorũ Colonia.

jus celebrem M. Tullius, Cor. Strabo & Tacitus aliique veteres mentionem fecêre. Sed quando primum; vel quorum auspiciis deducta sit, non planè liquet. Quia tamen Regium Lepidi ab initio semper nuncuparunt, plures opinantur à M. Lepido, qui Æmiliam viam anno ab V. C. DLXVII. straverat, vel conditam, vel deductam paulò pòst fuisse. Prandio dein expedito, citis quadrigis Mutinam pergunt, mediaq; via cùm Ruberiam munitissimum castrum prætervehuntur, Martio cum sonitu tuborum æneorum, ex propugnaculis fit magna transeuntibus gratulatio, effusis ad spectaculum per muros & aggeres, licet in pluvia, castellanis. Nec minore pompa à Mutinensibus excipitur Princeps, populo per omnes vias confluente, ductusque est per urbem summo cum honore, & hospitio cum suis excipitur in castro; non sine bellicorum instrumentorum læto concentu. Tractantur hospites ea nocte permagnificè, regiò prorsus sumptu, atque recreant inter epulas lassorum animos musicorum artificum chori varii. Ne quid denique decoris abesset, nobilitatis urbanæ selecti juvenes plurimi præsto fuêre per triclinia, qui ordine continuo mensis inserviunt. Est autem Mutina civitas vetusta celebritate pernobilis, Romanorum quippe Colonia crescente Imperio deducta simul cum Parma anno V. C. DLXX. ut Livius lib. XXXIX. testatur. Nec dubium quin succedentibus sæculis, Romano stante Imperio, floruerit admodum: cùm frequens ejus apud historiæ scriptores fiat mentio, doceantq; hoc insuper antiquæ marmorum inscriptiones, quæ plurimæ ibidem & pulcherrimę adhuc extant. Sed imprimis eam nobilitavit prœlium civile cruentum, quo ante ejus muros cum duobus coss. Hirtio & Pansa senatus authoritas, & populi libertas funditus concidit: cùm M. Antonius, extincta C. Cæsaris tyrannide, discordiarum faces, D. Brutum obsidendo, resuscitaret. Clades deinde plures easq; exitiales, labascente Imperii potentia, barbararum nationum inundatione, Mutinam esse passam constat: quam D. Ambrosius in epistola quadam ad Faustinum, inter desertas ac ruinosas sui temporis Cisalpinæ Galliæ ad Æmiliam viam urbes numerat. Opinari igitur eam à Gothis & Langebardis sæpè excisam fuisse, haud est absurdum: cùm diu Langebardorum temporibus deserta jacuerit. Quibus Caruli magni ejectis victoria, atque Pi-

Ruberia.

Mutina.

Mutina quando Colonia Romanorum.

Prœlium Mutinen-se.

pino ejus filio Italorum rege constituto, tum primùm hanc urbem volunt (quæ nunc Æmiliam occupat, & nonnihil à veteris Mutinæ in altiore loco positæ ruinis distat) à fundamentis suscitatam fuisse à nobilium civium reliquiis. Qui sublato barbarico metu, novi oppidi mœnia ac portas, suis, amicorum, atq; clientum sumptibus ac labore construxere: quemadmodum Leander Albertus in Italię descriptione, & Mutinensium annalibus narrat diffusius. Sequenti die cùm manè sacris interfuissent, visum Carulo principi, hanc urbem ædificiorum splendore decoram satis, populo, multisque familiis nobilium frequentem, & ab Hercule secundo Atestino Ferrariæ duce validè munitam, nonnihil perlustrare, quantum temporis angustia pateretur. Sed dierum brevitas parum ocii dedit, cùm maximè Bononiam ante noctem, difficillima via, cæloq; pluvioso, esset proficiscendum. Declarat itaque Bentivolio præfecto festinationis suæ causas Carulus. Quibus intellectis, suadet ille vehicula & carpenta relinquere, atq; equis conductitiis per Æmiliæ viæ plana Bononiam, atque inde Ferrariam proficisci citius expeditiusque. Quod consilium cùm placeret, equos celeres conquiri, ac præparari mox jubet: prandiumque licet apparatissimum sumptum quasi in procinctu, dein equis conscensis, cœnosam atque aquis profundam per Æmiliam festinant Bononiam. Nec fefellit ejus civitatis primitates Caruli principis adventus. Patria etenim est Hugonis Agathetæi, eruditione, pietate, prudentia rerumq; publicarum peritia præcipui viri: quem summæ virtutes, ingenii animiq; dotes eximiæ, per honorum gradus ad summi Pontificatus apicem evexêre: uti jam pluribus annis religionis Christianæ navem prudenter ac fœliciter regat, licet magnis tempestatum procellis sæpè laborantem. Ab hujus igitur fratre, principe tum senatus, ac civitatis, atque urbis præfecto protonotario quodam (qui legati Cardinalis Cæsii absentis nomine gubernabat urbem) cum equitatu præsidiario, & urbanæ nobilitatis magno comitatu, Carulus extra urbem excipitur. Hi cùm summi Pontificis nomine, verbis solemnibus, ei adventum essent gratulati, tubis præcinentibus; & stipante latera utrimq; satellitio Germano, per urbẽ cum illo pergunt ad Pontificium Palatium, ubi splendidè magnoque cum honore cum suis tractatur ab urbis præfecto.

Bononia quemadmodum Carulus exceptus. Gregorius XIII summus Pontifex.

cto. Nam singula convivia musico concentu excellenti variorum instrumentorum recreare non cessavit. Sequentem diem urbi magnificentissimæ perlustrandæ totum impenderunt, ipso præfecto atque fratris summi Pontificis filio cum magna nobilitate, principem bigis per loca visu digna deducente. Manè priusquam egrederentur Palatio, ut rebus divinis interessent apud Dominicanos, juventutis Germanicæ (quæ crebra tum Bononiæ studiorum causa degebat) legati adfuêre, & Carulo principi facunda oratione Latina, præsente urbis præfecto, gratulantur adventum, atq; testantur lætari vehementer juventutem nobilem, quòd summi ordinis gentilem principem videant, optimo exemplo, morum, linguarum, atq; virtutum cognoscendarum causa, difficillima licet anni statione, tam longinquè peregrinari: prægrediq; sponte viam arduam laboriosamq; (ut heroëm suæ ætatis decet) cæteris sui ordinis juventutis principibus omniq; nobilitati; qua ad solidum immortalis gloriæ culmẽ perveniri solet. sic Herculem labores non fugitando, viam sibi in cælum aperuisse. Excurrunt deinde in laudes ipsius, domus ac familiæ ab utroq; parente; & tandem declarant, principem Carulum à gente Germanica studiosorum illius academiæ patronum adoptatum esse. Quapropter majorem in modum supplicant, uti Romam veniens, gratiam ac favorem suum interponere apud summum Pontificem velit, atque intercedere, ut antiqua Germanicæ gentis privilegia à tot pontificibus confirmata, sed ante paucos annos ob juvenilem quorundam studiosorũ errorem ab infenso quodam urbis præfecto suppressa & abrogata gratiosè restituat. Paucis respondit Carulus Latinè, gratias agens pro honoribus sibi decretis & habitis. Laudes quidem attenuans, ac minimè agnoscens, patrocinium suum Germanis Germanum se denegare non posse, dixit. Ideoq; pro privilegiis eorum impetrandis intercessionem suam Romæ se lubenter apud summum Pontificem impensurum; modò præsto sit ibi quispiã, qui nationis nomine negotii expeditionem sollicitet. At illi, legationẽ ejus rei ergò, quæ principẽ Romam sequeretur, esse decretam responderunt. His actis, ducitur à præfecto Carulus princeps ad Dominicanorũ fratrum templũ, uti sacro interesset matutino, ubi à monasterii rectorib⁹ humanissimè excipitur, qui eum cum omni comitatu, sacris peractis,

Natio Germanica Bononiæ studentium.

Cœnobium Dominicanorum.

nihil subsidisse judicant. Visuntur ædes sacræ, D. Stephani plurimis sanctorum reliquiis clara; D. Francisci artificio constructa nobili: Item in reditu magnificum ac sumptuosum D. Petronii ex vario marmore fanum juxta forum ac Palatium: quod animo majore inchoatum esse videmus, quàm ut ævo nostro absolvi pro temporum angustia possit. Vicina est huic academiæ schola publica, ædificium peramplum ante paucos annos magnis impensis exstructum ex saxo quadrato, quod architectonica symmetria pulcherrimum est. Scalæ quibus ab ingressu primo scandunt ad interiora peristylia, quæ ambitu quadrato professionem vel artium diversarum auditoria circumvestiunt, spaciosæ & commodæ, mira quadam elegantia detinent & afficiunt advenas: nec minus peristylia, cum auditoriis concinnè pavimentata, portæ marmorum diversorum pulchritudine conspicuę; & cętera omnia, quę palatia quęvis structurę magnificentia & laxitatę superare possunt. A prandio rursus, ne quid visu dignum prætermitteretur, alteram urbis partem magno cum comitatu perlustrant. Et quia serenus erat dies, ducitur à gubernatore Carulus princeps etiam extra urbem ad Apennini colles fructiferos, hortis, vineis, olivetis, atque pomariis circumquaque vestitos: Ascenduntque in montem, ubi sancti Michaelis in silva nuncupatum monasterium locupletissimum visitur, novis, & vetustis ædificiis sumptuosissimum. cujus templum atque sacraria cuncta, marmorum nobilium omnis generis columnis, trabibus atque cælatura præclara renitent. Altaria reliquiis Divûm raris atque donariis preciosis augusta resplendent statuis, signis, tabulisque pictis artificio ad miraculum excellentibus. Sedilia & subsellia sacrificûm in lateribus templi disposita, ex segmentis & scandulis variorum lignorum studio è commissa, picturam quandam elegantissimã repræsentant: uti castella, turres, arbores, animalia, campi, montes, ac regionum plagæ, nec non herbarũ, ac florum minutiæ suis coloribus vix penicillo possent à perito pictore diligentius exprimi. Hæc Caruli atq; hospitum advenarum oculos animosque mirificè delectarunt: ut & monasterii ipsius sumptuosa & magnifica ædificia: Imprimis bibliotheca librorũ & tabularũ omnis generis plena: nosomychus, ꝙ infirmariũ; & cænaculũ commune, ꝙ refectorium nunc appellant.

Cænobium S. Michaelis in silva.

Sedilium elegantia.

Q 3 Item

Item conclavia & cætera omnia ad unguem facta, suisque supellectilibus apparata: ut præteream hypetras, hortos, & pomaria excultissima: nec non fontes & piscinas Apennini rivulis lympidissimis exundantes, & piscium saxatilium copia scatentes. Hæc omnia visu pulcherrima. Sed imprimis juvabat ex eo monasterio veluti è specula contemplari non solùm urbis situm, fora, templa, vias, turres, ac ædificia cætera magna; verùm etiam Galliæ Cisalpinæ subjacentem amœnissimam planiciem summè laudatam à Polybio historiarum libro secundo, extentam Δ literæ Græcæ forma, quemadmodum eam Polybius triangularem depingit. Ostendebat etenim sese à sinistris Apenninus, occidentẽ ac Sardoum mare versus excurrens. Hinc Alpiũ juga nivosa nubium specie à cælo depẽdentia prospectabantur, à fronte in septentrionẽ ac orientem: à dextris autem ad meridiem, nebulis obductum Adriaticum pelagus à longè videbatur Alpes & Apenninum attingere, ubi Italiæ latitudinem à tergo hic obliquè transcurrit Senogalliam & Anconam usq;. Hisce tribus limitibus decem milium (ut Polybius asserit) stadiorum conclusi Galliæ Cisalpinæ campi regis fluviorũ Eridani amniumq; plurium ramis, atq; mæandris intersecti & irrigati, mirificum ex alto præbuêre spectaculum Carulo principi & ejus comitibus, præsertim urbis præfecto monstrante Ferrariam, Mantuam, Imolam, Mirandulam, aliasque circumjacentes urbes celebres multas; quibus subjecti campi, tanquam rosis aut floribus pulchris sparsim distinguuntur, & ornantur. Vix saturari aspectu, atque divelli ex eo loco ante noctem poterant. Eo vespere postremam in Palatio cænam præfectus urbis honorificentissimè instruxerat, adhibitisque præcipuæ nobilitatis urbanæ convivis musico variorum instrumentorum acroamate, nec non omni humanitatis genere suos hospites exhilaravit, comiterque tractavit. A cæna introductus in triclinium elegãs puerulus, vix octennalis, & comptè vestitus, qui peritissimè testudinem pulsans, suavissimo chordarum concentu Principem attonitum, atque omnem cœtum hora integra ferè detinuit. Mane sequenti cùm ab urbis præfecto Carulus discedendi licentiam accepisset, post Missæ sacrificium in Palatio peractum, ab eodem ad secundum lapidem, honoris caussa, satellitio & equitatu prȩsidiario comitante, fuit eductus. Inde ce-

Prospectus in Galliam Cisalpinam ex eo loco pulcherrimus, atq; ejus descriptio.

de celeribus equis Ferrariam festinãs, prandiolum media via velut in procinctu sumpsit, conscensisq; rursum equis dum expeditè prosequitur iter; magna cum congratulatione ad quartum à Ferraria miliare fuit illi occursum à legatis sui affinis Alphonsi Ducis Ferrariæ: qui advenienti principi, comitatuiq; ipsius recentes & habitiores equos adduxere: quo strigosis relictis, citius commodiusq; veherentur. Ipse Dux Alphonsus non admodum diu postea ad secundum quasi ab urbe lapidem cum magno equitatu & nobilium turma venit obviam; acceptum à dextris Carulum principem deduxit. Sub noctem intrantibus urbem, è muris, portis, & castello fit honoris caussa more bellico magnus applausus tubarum, & tonitrua ingentia cum ingenti fragore tuborum sive tormentorum æneorum; uti Ferraria novo terræmotu conquassari rursum videretur. Dux Alphonsus, me hercle, nil prætermisit quod ad ornandum tractandumque charissimum affinem excogitari potuit. Excepit ipsum omnemq; comitatum in Palatio suo, regiisque prorsus epulis & impensis triduo toto peramplissimè habuit. Famulitium & equos ejus qui biduo ante ipsum advenerant, apud præcipuos urbis stabularios diversari lautè, & omnia abundè his subministrari jussit. Carulum principem ejusq; cohortem omni humanitate complexus, sua suorumque suavissima conversatione, exercitiisque jucundis quibuscunque continuè recreare & oblectare studuit. Mane autem perornato & admodum splendido nobilium equitatu stipatum Carulum eduxit per urbem, & imprimis rei divinæ vacandæ caussa, ad aliquod celebre, nec non operibus ac ornamentis conspicuum templum. Et primo quidem die ad Carthusianorum cœnobium in septis, quod quidem sumptuosissimum ædificium ante annos centum struxerat & dotaverat Borsus Nicolai F. Atestinus Marchio, & Ferrariæ regulus, ubi & sepulturam sibi instituit. Sequenti die, qui Dominicus erat, solemni interfuêre sacro, in majore ad forum templo; quod musico concentu peragebatur, in magna populi frequentia, cùm Caruli principis videndi caussa eò tota ferè civitas confluxisset. Post sacrum ostendebantur ædium sacrarum ornamenta, atque equis circumvecti per urbis præcipuas plateas, egregia quæque ædificia, principum civiumq; nobilium pulcherrima quæ-

Alphonsus Ferrariæ Dux.

Eius hospitalis erga Carulum humanitas.

que palatia perlustrabant. Atque eadem opera visitarunt officii caussa Leonoram Alphonsi Ducis sororem, & Alphonsum ejus fratrem, qui ob imbecillam veletudinem domi se tum continebat ab aulico consortio secretus. Resplendet Ferraria Padi ad ripam ab Oriente & meridie posita, pulchris & egregiis ædificiis, peramplis & apertis plateis: quarum præcipuas Leonellus Marchio primùm coctis lateribus stravit. Magna pollet nunc temporis nobilium familiarum opulentia, atque civium locupletum frequentia; nec non celebris est gymnasio litterario publico disciplinarum omnium, à Friderico II. Imperatore Bononiensium in contumeliam instituto. Quamvis igitur non fumosis aut cariosis Trojanorum, Græcorum, aut Romanorum imaginibus superbiat (nondum enim mille sunt anni, quòd primum cingi muro cœperit, Imperatoris Maurici auspiciis ab ejus exarcho Smaragdo, uti Blondus & Volaterranus asserunt) tanta tamen in hunc usque diem incrementa, principum suorum cura sumpsit, tantisque ornamentis expolita est, ut inter principes Italiæ civitatis meritò non postremum locum obtineat. Crevit enim mirificè sub inclyta gente Marchionum Atestinorum, maximè Nicolao tertio, & Hercule primo, tam opibus, quàm publicis ædificiis; adeò ut de hujus urbis laudibus non fictè, non ineptè poeta egregius Julius Cæsar cecinerit:

Ferraria descriptio.

Inclyta qua patulo fruitur Ferraria cælo,
Reginas rerum lumine dissecat aquas:
Aurea nobilitas studiorum nobilis otii
Ingenia, audaci pectore prompta manus.
Magnanimiq; duces, genus alto à sanguine Divum.

Sed hæc de Ferraria satis, quando de hac alii multò plura facundè & curiosè scripserint. Itaque huic pulcherrimæ urbi visundæ singulis diebus antemeridianas horas aliquot principes impenderunt. Pomeridianum verò tempus uti variis oblectamentis transigeretur, Dux Alphonsus satagit. Monstrata Carulo & hospitibus Palatii insignia atque regalia ornamenta: item novi castelli structuræ magnificæ & sumptuosæ: bibliothecæ novæ præparamenta eximia: magna videlicet veterum manuscriptorum librorum copia,

Palatium & bibliotheca Palatina.

copia,atque rariſſimæ antiquitatum reliquiæ, nimirum ſtatuæ marmoreæ artificii ſingularis,ſigna,tabulæ,ſigilla ærea, ac marmorea; item nummorum antiquiſſimorum & elegantiſſimorum ex auro, argento,& ære omnis generis:item gemmarum cælatarum capſulæ plurimæ, quæ toto quatriduo exactè perluſtrari non poſſent. Multa ex his collegerat ad ornatum bibliothecæ Pyrrhus Ligorius, architectus ingenioſiſſimus,& antiquitatum ſtudioſiſſimus,peritiſſimusque vir. Multa bibliothecæ præfectus Auguſtinus Moſtus, quem cognoſcere propter ſingularem doſtrinam humanitatemque ſummam, Coronæ Pighio imprimis gratum fuit. Gaviſus etiam vehementer eſt, quòd repperiſſet ibidem bona fortuna valentem ac ſanum Pyrrhum Ligorium, quem ante multos annos Romæ familiariter noverat. Ab his permiſſum quidvis enotare & exſcribere,quod principi, atque ipſius ſtudiis congruum videretur. Oſtendebatur illi inſtrumentum Langebardicis literis peregrinis exaratum, ex antiquiſſimo volumine papyraceo deſcriptum, venditionis fundi cujuſdam cum deſignatis manſoribus (ut inſtrumenti ipſius verbis utar) eorumque peculio; finibus, terminis, limitibusque ſuis omnibus; & cum omni generaliter jure, inſtructu, inſtrumentoque ſuo Maciniis emptoribus per æs & libram factæ cum ſubſcriptionibus teſtium. Ex quo juris antiqui formulæ, & vetuſtæ Latinitatis phraſes haud contemnendæ animadverti poterant. Temporis & ocii anguſtia Pighio haud permiſit tam multa quàm deſiderabat, exſcribere. E gemmarum atque nummorum argumentis quædam ſingularia enotare, & epigrammata pauca è marmoreis æneiſque tabellis excerpere illi contigit. Quorum nonnulla ab eodem mihi communicata, ſtudioſorum antiquitatis in gratiam, hic adjicere non pigebit.In ænea tabella ab ara,&ſigno Jovis detracta votum.

Inſtrumentum vetuſtiſſimum venditionis Latinum, ſed characteribus Langebardicis deſcriptum.

Votum pro ſalute Alexandri Severi Aug.

PRO. SALVTE
IMP. CÆSARIS
M. AVRELI. SEVE
RI. ALEXANGRI
PII. FELICIS. AVG.
IOVI. OPTIMO. MAXIMO.

Hic Alexander post Caracallam & Halagabalum pestiferos tyrannos auctoritate senatus Imperator Cæsar adolescens appellatus est, ad remedium (ut Lampridius ait) humani generis. Qui cunctis hominibus ob virtutes amabilis fuit, ab aliis pius, ab omnibus certè sanctus, & utilis reipublicæ judicatus. Cujus Imperium tredecim annorum senatui bonisque civibus ἀναίμακτον fuit. Itaque non mirum quòd vota pro ejus salute plurima suscepta atque soluta sint.

Cur Severus appellatus.

Severus tamen à militibus est nuncupatus, ob austeritatem disciplinæ insuetam ejus sæculi moribus: quòd priorum principum socordia & luxu vigor & virtus militiæ veteris prorsus concidissent. quod in caussa, uti tandem pravorum conjuratione fuerit occisus. In alia tabula marmorea grandi, togatus senex sacrificat, ad aram tripedem cum patera, stans ante simulachrum Spei; quam ut deam Romani coluere sacrificiis & templis, tam publicè quam privatim quisque domi: credentes eam cum Genio bono singulis in lucem editis hominibus adesse præsto, nec ab iisdem ante extremum vitæ diem discedere.

Spes dea Viventium comes fida.

Spes Genialis cur dicta

Non malè igitur Genialem Spem vocarunt, cum Genii individuam comitem opinentur. Quapropter non sine caussa deam hanc senes etiam imprimis colebant: quia caducam & fragilem vitam spes sedulò sustentat & fulcit. Hanc idcirco pulcherrimè Pindarus poëta γηροτρόφον, id est, senectutis nutricem optimam appellavit, ut Plato de republica, & Justinus martyr ac philosophus testantur.

Spei simulachrum.

Simulachrum deæ, ut in numismatibus Imperatorum antiquis reperitur; sic in eodem marmore sculptum est virginis stolatæ forma; quæ sinistræ manus suspensæ digitorum duorum extremis articulis stolæ suæ laciniam progrediendo librat, & nonnihil attollit, dextra elata floris calyculum, tanquam fructus nasciturì spē quandam ostendit. Quo gestu declarare videtur, ex parvis quibusque initiis spem nasci: sed meticulosè, & dubiè semper promoveri. Additur in tabula hæc obscura Epigraphe.

GEN. GENIALIS. SPEI. HELPIDIS.

Quam alibi ex instituto commodius explicabimus, ut & sequentis inscriptionis argumenta, quam ex basi simulachri Bacchici Pighius exscripserat.

LIBERO.

LIBERO. AVG. SIGNVM
SILENI. ET. SATYRI
M. VLPIVS. ONESIPHORVS. ET
APPVLEIA. D.D. MARCELLA.

Erat & juvenis laurea coronati signum æneum pulcherrimum & vetustissimum: in cujus collo torques, in sinistro superiore brachio armillæ bullis dependentibus plenæ, rotundis alternatim, & humani cordis specie factis: diceres Apollinis bullati signum esse, qui & à βουληφόρος, vel βουλαῖος appellatus est propter oracula: & à βουλὴ bullam dictam Festus auctor est; quæ à collo in pectore prætextatorum dependebat nobilium, aurea & humani cordis figura, teste Macrobio, ut ita demum se homines cogitarent, si corde præstarent, & consilio uterentur. In fœmore quidem signi sinistro antiquissimis characteribus insculpta est inscriptio Etrusca; quæ à paucis legi, à nemine ferè intelligi potest. Erant epitaphia plurima, & quædam cum testamentis, ac donationibus sepultorum, sed alterius (ut diximus) sunt instituti, hæc omnia latius recognoscere. Quare ad historiam, & ad principes nostros revertamur. In sphæristerio nonnunquam temporis aliquid pomeridiani indultum exercitiis corporis, vel pilæ lusu, vel equorum agitatione in hippodromo. Ante noctem redeuntes in Palatium, invenêre semper paratum in aula secretiore, illustrium ac nobilium matronarum & virginum chorum, aurea & holoserica veste, monilibus, gemmis, preciosoque muliebri mundo resplendentem, non minus quàm pulchritudine formarum. Quem eò convenire statis illis horis Caruli principis, ac hospitum suorum caussa jusserat Dux Alphonsus. In hoc cœtu juventus illa nobilis tum conversari perhumaniter, & decorè choreas & tripudia pedibus ad choro cytharistarum modulos plaudere, donec cænæ tempus appeteret. Tum illæ, accepta à principibus discedendi licentia, carpentis domum revertebantur; hi verò deinde ad mensam properant. Cæna non minus læta & hilaris semp fuit, quàm magnificentia & sumptu regali splendida: interpositis nonnũquam festivis & jucundis sermonibus, nonnunquam excellentibus musicis omnium instrumentorũ concentibus & acroamatibus. In hunc ferè modum deliciis & oblectamẽtis Carulum

Apollo bullatus sive βουληφόρος.

Choreæ & tripudia.

Carulum Ferrariæ pluribus diebus detinere conatur humanissimus ille princeps. Verùm non passa est temporis angustia diuturniores moras. Caussas igitur festinationis à Carulo intelligens justas & urgentes esse: morandum eum ultra non ratus, uti in sequentem diem naves & commeatus appararentur, imperavit; quo faciliore itinere pado secundo deveheretur Ravennam usque. Delegit ex aulica familia œconomum, dispensatorem ac ministros, qui principem & comitatum deducerent, & quam lautissimè possent, tractarent. Equos consultius visum fuit, terrestri itinere Ravennam præmittere; adjecitque numero, velut mnemosynon sui, pulchritudine ac generositate perquam insignem, & maximi precii è stabulo suo; phaleris ac ornamentis omnibus opulentissimè instructum, quem ut gratum haberet, à Carulo petiit. Is egit exquisitis verbis affini, quàm maximas potuit, gratias, pro illa sua singulari liberalitate & humanitate, qua eum excipere & tractare voluit: beneficiique illius quacunque gratitudine compensandi memoriam apud se, parentesque suos semper mansuram esse respondit.

Ravennam proficiscitur Carulus. Nono Kalendas Decembris cùm in Palatio mane sacris interfuissent principes, quadrigis simul vehuntur extra portas ad Padi ripam; ubi amantissimè Carulo ejusque comitatui Dux Alphonsus prospera omnia precatus, porrecta manu valedixit. Illi thalamego Ducis inaurata fluviatili, pictisque phaselis auro holosericoque panno tectis suscepti, proficiscuntur die eodem amne secundo per XXV. miliaria. Prandent autem in navibus hilariter atque opiparè: hospitibusque peregrinis summa cum delectatione gratum fuit cernere per transennam, ab utraque Padi ripa, villarum opulentissimarum frequentia & splendida ædificia, item Ferrariensium regulorum sumptuosissima quædam prætoria sive palatia, ut pote Cosandalum ac Boccaleonem. Nocturnum hospitium, epulasque sumptuosè jussu Ducis præparatas Argenta castellum dedit, & mane sequenti antè lucem, cùm, rei divinæ vacassent, navibus rursum conscensis, pergunt ejusdem amnis ductu per viginti milia passuum ad fossam Ravennatem: quæ olim Messanitia, Plinio teste, dicta fuit, angusto nunc alveo scaphis duntaxat navigabilis. Prandio in navibus jucundè sumpto, cùm eò pervenissent à meridie; actuarias invenere plures è Cymaclino lacu Ferrariensis

Argenta castellum.

Fossa Messanitia.

Cymaclinus lacus.

rariensis Ducis mandato subductas. Tum gratiis ingentibus actis, Carulus œconomum & comites qui deduxerant & tractarant, dimisit, utiq; affini charissimo salutem atque cuncta prospera suo nomine præcarentur, rogavit. Ipse cùm cohorte & impedimentis omnibus susceptus naviculis, labore remigum pervenit eo vespere Ravennam. Cùm jam intrassent hospitium, gubernator ejus urbis generosa vina, & bellaria ad eum misit, sollicitisque verbis excusavit imbecillitatem corporis, malamque valetudinem suam; quòd his obstaculis impeditus, & lectulo affixus, debitis officiis principis adventui occurrere, ipsumque legitimis honoribus prosequi non potuerit. Mandet nihilominus quidvis in urbe, pro arbitrio, significetque quibúsnam ministeriis ejus desiderio satisfieri possit: se curaturum ut omnia abundè præstentur. Ad hæc Carulus, nil quippiam peccatum esse, voluntatem ac animum gubernatoris quibusvis muneribus, aut officiis æquiparari à se debere: ideòque precari ne semet incommodet ejus propter adventum. Urbis solummodo perlustrandæ causa eò se venisse, atque sequenti die ulterius proficisci velle. Eodem vespere perlustrarunt urbis mediam partem, circa forum D. Mariæ in porticu peramplum cœnobium, & Dantis Aldigerii Etrusci poetæ nobilis sepulchrum marmoreum, excitatum magnificentissime à Bernardo Bembo Veneto Ravennatium quõdam prætore. Est quidem antiquitate magis quàm ædificiorum pulchritudine modò celebris Ravenna, à Thessalis, uti Strabo memoriæ prodidit, primùm condita; sed postea ab Umbris atque Sabinis possessa, cùm Tuscorum injuriis vexati Græci, ultrò his coloniam inhabitandam cessissent in Græciam redeuntes. Umbros postea Galli Boji, Bojos demum Romani expulerunt. In quorum ditione ac fœdere ad finem usque, Imperio stante, permansit, donec ab Odovacre, & Herculis illæ provinciæ subigerentur. Quem debellatum Theodericus Ostrogothorum rex cepit, atque Ravennam sibi sedem regni constituit. Tenueruntque deinceps illam Ostrogothi ultrà annos LXX. donec à Narsete Justiniani Imperatoris præfecto Italia pellerentur. Post Narsetem tenuerunt urbem Exarchi Imperatorum Byzantinorum per annos amplius CLXX. Quibus assidua cum Langobardis à Narsete in Italiam adversus Romanum Imp.

Ravenna descriptio.

Imp. accitis bella fuerunt. Quorum potentia tandem intercidit exarchatus, cum Aistulphus rex Ravennam bello cepisset. Verùm is postea Francorum viribus ac Pupini regis ductu victus, urbe eadem, atque toto exarchatu Romano Pontifici, Ecclesiæque Apostolicæ cedere coactus fuit. Cujus successor Desiderius, post discessum Pupini ex Italia, pactorum fide spreta, cum exarchatum rursus occupasset; Caruli Magni atque Francorum armis is etiam victus & captus, Italiæ regnum simul cum Ravenna & exarchatu, Langobardis ubique pulsis, amisit. Sic itaque hæc urbs fortunæ temporumque varietates, atque plures bellorum clades ab initio perpessa fuit. Nec non patrum memoria à Gallis crudelissimè, sacris ædibus expilatis, direpta non solùm; verumetiam intestinis factionum calamitatibus adflicta jacuit. Eam verò Cornelius Strabo tradit ætate sua in mediis paludibus positam, ædificiisque ligneis constructam totam fuisse; aquis ubique subtus intercurrentibus, ideoque pontibus ac lembis peragrari solere. Maris etiam auctibus cum inundaretur, hinc fluctuum, inde amnium concursu; nonnunquam cives ac inquilinos in ædium altiora tabulata compelli, inferiora verò cœni, lutique sordibus elui aquarum aspergine. Atque ideò fieri perhibet, ut huic urbi, non secus ac Alexandriæ in Ægypto, summa in palustribus locis cæli fuerit salubritas. Nunc paludibus exiccatis, circumquaque patentes atque fructiferos habet campos, segetibus imprimis felices, hortis cultos, atque pascuis abundantes optimis, Divum Agustum cum amplissimo portu, & altissima pharo Ravennam nobilitasse, Suetonius, Dio, Appianus Alexandrius & alii historici memoriæ prodiderunt; ubi & classem ad tutelam superi vel Adriatici maris constituit: adjecitque in superiore portus ac faucium cornu è regione Ravennæ castra hiberna classiariorum: quæ in oppidi formam ædificata, mœnibusq; munita, Classis Ravennas posteriore fæculo nuncupari cœpit. In medio portus vertice, versus mediterranea Cæsaream aliud oppidulum fuisse volunt, à Longino Exarcho deinde fossa valloq; septum, uti Blondus auctor est. Itaq; continuis ferè trium oppidorum ædificiis semicirculari forma portus Ravennas olim locupletissimè coronabatur. Nunc verò vix ulla visuntur portus aut ædificiorum veterum vestigia, præter quas-

Ravenna qualis olim sub Romanis.

Portus & pharus Ravennas Divi Augusti.

Classis Ravennas.

Cæsarea.

quasdam ædes sacras, religiosorumq; cœnobia: sed omnis illa plaga maris atque stagnorum inundationibus cœno & arenis oppleta est. Ravennam portis ac muris novis munisse Claudium Imperatorem, testatur titulus portæ marmoreæ, quam Speciosam, vel Auream, nunc vulgus ob architecturæ vel artificii pulchritudinem appellat, ab antiquo insculptus, qui talis est:

TI. CLAVDIVS. DRVSI. F. CÆSAR. AVG. GERMAICVS PONT. MAX. TR. POT. COS. II. DES. III. IMP. III. P. P. DEDIT.

Placidia Galla. Eandem denique adampliatam, murisque restauratam à Placidia Galla, Arcadii & Honorii. Impp. sorore, ejusdemque filiis Valentiniano & Tiberio, Blondus asserit. Mox eam sibi in regiam occupans Theodericus Ostrogothorum rex, exornatam variis ædificiis, spoliisque provinciarum ditatam, successoribus suis reliquit. Horum templa, palatia, & ædificia varia adhuc ibidem cernuntur. Carulus manè cum suis posteaquam rei divinæ vacasset, circumivit urbem, & ductoris periti usus opera perlustravit ædes sacras, & visu digna quæque. Imprimis Archiepiscoporum sedem, templum urbis maximum ac sumptuosissimum, quatuor columnarum preciosissimi marmoris ordinibus suffultum: supra cujus altare summum visebatur ante annos sexaginta septem quatuor innixum pulcherrimis colũnis marmoreis cælum argenteum triginta sex milium aureorum cum limbis fastigiorumque sigillis, atque parergis inauratis, & elegantissimis: quod sacrilegæ Ludovici XII. Gallorum regis cohortes simul cum urbe, sacris, profanisque rebus omnibus nefandissimè, ut dixi, diripuerunt: cujus noxæ non diu pòst pœnas atroces justa numinis vindicta dederê, prœlio vel ad internecionem cæsi, vel in Padi Ticinique gurgites detrusi ac suffocati. Ostenduntur Carulo sacræ Divorum reliquiæ, vestes & donaria preciosa. Item in sacelli majoris hemisphærica testudine, opere musejario Græcanico effigiati primi illi duodecim sancti Antistites, qui columbæ candidæ supra caput apparentis indicio, Ravennates Archiepiscopi sunt electi. Ducuntur hinc ad aureum cælum Thdoderici regis Ostrogothorum, ab eo quõdam splendidissimè ædificatum; quod D. Martino prius, nunc

Cælum argenteum.

Calũ aureum Theoderici regis.

nunc D. Apollinari sacratum est fanum, & grandium columnarum solidarum rari & exotici marmoris, quas Byzantio rex adferri curaverat, binis ordinibus, variisq; aliis mármoreis nobilissimis ditissime exornatur, quæ Roma, & ex aliis Italiæ locis transtulerat. Perlustrant & alias ædes sacras: Divi Vitalis rotundam, cujus summa testudo & tholus aræ majoris columnis item marmoreis nobilissimè sustinetur. Quin tota fuit olim cum pavimento, ac parietibus tabulis marmoreis, operaque tessellato cum emblematis circumquaque vestita, atque incrustata, veluti ex reliquis operum quæ adhuc superiunt, colligitur. Transeunt inde in vicinum Divorum Gervasii atque Prothasii fanum, opulentissimè à Placidia Galla constructum, & marmoribus nobilissimis excultum, In quo etiam Gallæ, duorumque ejus filiorum sepulchra marmorea pulcherrimè exsculpta visuntur. Item D. Joannis Evangelistæ templum perlustrant ejusdem Placidiæ Honorii Arcadiique Imperatorum sororis structura: In cujus testudine Imperatorum imagines opere musciario tessellato effigiatæ sunt, qui de prosapia conditricis fuere. Legitur elogium vetustum, memoriam continens, quo tempore conditum sit templum; & quomodo ab ipso Divo Evangelista Joanne mirabiliter apparente consecratum fuerit. Hæc atque similia plura templa, cùm obiter pro temporis angustia, perlustrarent; ingentis Palatii ruinas non prætereere, quod Theoderici Ostrogothorum regis fuisse volunt. Reversi tandem meridie in hospitium, prandium apparatum invenientes, cibo, quieteq; nonnihil corpora reficere, ac deinde ad iter omnia expedire. Interea Corona Pighius antiquitatum monumenta per urbem scrutari, Herculis Horarii vel (si mavis) Astrologi statuam marmoream non prius visam, in cratere fontis non procul ab hospitio positam descripsit, & deliniavit; selectamque epigrammatum, epitaphiorum ac inscriptionum antiquarum, quæ passim inveniuntur, silvam collegit; sui principis postmodum, atque propriis etiam studiis profuturam; laboremque & tædium multiplici ac varia philologiæ veteris doctrina subinde levaturam. Laudavit mihi imprimis statuam illam Herculis, ut pulcherrimam; qui posita clava velut Atlas innixus genu sinistro, è terra semet erigens, ambobus lacertis, atque

Herculis Astrologi sive Horarii statua.

cervice

cervice gestat horologium solare semirotundum, & convexum: in cujus concavitate per gnomonis, seu umbilici solis umbram horæ diurnæ lineis distinctis demonstrabantur. Nec dissimilem vidisse me memini Herculis statuam Romæ in vinea Stephani Bubalii repertam; qui non horographium sciotericon, sive vas horoscopum cervice, sed cæli sphærā ingentem Zodiaci, atque fixarum stellarum imaginibus pulcherrimè sculptis exornatam gestabat. Atqui Diodorus Siculus auctor est, Hyperiona Solis & Lunæ, Astrorumque motus observasse primùm, atque diem in horas ex umbræ solis dimensione divisisse: ideoque Solis ac Lunę parentem ipsum apud Atlantides creditum fuisse. Ægyptiorum quidem, Samothracum, aliorumque populorum vetusta religio fuit, uti crederetur Hercules Solis vis, potestas & varia virtus in inferiora mundi corpora: Hyperion, cæli aut ætheris. Quid enim aliud Hyperion, quàm superior mundi plenitudo, perpetuusque motus? Quid Hercules, quàm aeris ac terræ gloria? si Græcorum nominum etymologiam, velut Macrobius & alii veteres, interpretemur. Magna porrò inferioris mundi gloria & pulchritudo, Solis illuminatio: qui annuo circuitu per Zodiaci signa XII. totidem, ut de Hercule fingitur, obire certamina videtur, atque caloris sui radiis vitalibus generationem ac vitam corporibus infundere, corruptiones ac pestes dispellere putabatur. Hæc quidem meteora miris veterum philosophorum ac poëtarum fabulis involuta penitius perscrutari, alterius est loci & nostri instituti hic non est. In præsentiarum declarasse satis erit, quàm non ineptè (cùm Hercules Solis in inferiora vis & effectus intelligatur esse) poëtarum, pictorum, sculptorumque ingenia & artes eum nobis repræsentent stelliferum, & horarium, id est, cælum gestantem, astra temperantem, atque diei stationes æquas partientem, splendoreque solis indice docentem temporis articulos. Unde & Astrologum Herculem appellarunt veteres, variisque fabulis datus est locus: Quod Solis obscurationem præviderit & prædixerit; cum se flammis esset injecturus, ut Sex. Pompejus Festus auctor est: Quod poculo ingenti aureo à Sole donatus fuerit, quo tanquam navigio Oceanum transmisit, Geryonis boves abacturus; uti Pherecydes, & Panyasis Græci scriptores egregii, posteris tradidere:

Hercules cælifer.

Quid Hercules.

Quid Hyperion.

Hercules aureo poculo ingenti donatus.

dêre: Quod cælum humeris sustentandum aliquandiu susceperit ab Atlante Libyco, vel, ut alii volunt, Ægyptio, ut ejus auxilio aureis potiretur malis. Prætereo Hesperidum hortos, draconem pervigilem, Atlantides nymphas, & Argonavem ejusdem fere cum solis poculo argumenti, aliaque plura, quæ ad cælestium terrestriumque rerum observationem, agriculturę, maritumæque navigationis inventionem, & experimenta prima respiciunt; ingenioseque demonstrant, Herculeum, & heroicum, id est, recti cupidum, fortem, atque constantem animum cælestia terrestriaque omnia, superis faventibus, felici indagine pertentasse; nec non artes, & cuncta vitæ humanæ necessaria commoda reperisse, atque in usum produxisse. Nam eximia quæque inventa, publicaque beneficia magna heroicæ virtutis, atque divini prorsus sunt spiritus opera: cùm horum sint ubique comites & assaclæ perennis honos, atque fama immortalis. Sed hæc latius differere, alterius, ut diximus, loci atque instituti est. Nos obiter hæc tantùm statuæ Herculeæ istius occasione voluimus attingere, uti cunctis manifestum fiat; quàm pulchrè & jucundè principum adolescentum studia promoveri historiæ veteris atque rerum antiquarum explicatione possunt; eorumque animi ad virtutis amorem, ad sublimes animos, generosaque studia inflammari. Ceterùm ad historiæ contextum nunc revertamur oportet. Carulus princeps à prandio per superi maris littora proficiscitur suis equis ad portem Cesenaticum. Visa tamen prius ædes rotunda D. Virginis Mariæ, quæ ante Ravennam est antiquissima & pulcherrima. Ædificium est forma rotundum ac eximium, opere reticulato, è spisso quadrati saxi muro, cujus interior circulus amplitudine per diametrum XXV. pedum est. Pavimentum ex varii coloris lapillis ingeniosè tessellatum bellis renitet emblematis. Tectum totum ex uno solido saxo granoso, sed prædurо forma hemisphericа concavo; in cujus umbilico medio foramen rotundum diem ac solis radios immittit. Miraculum apparet & hæsitant cuncti spectatores, divinare nequeuntes, quanam industria, quibúsve instrumentis tanta saxi moles in ædificii illius culmen evehi potuerit. Cujus amplitudo rotunda per diametrum XXXV. plus minus pedum esse conjicitur; considerato nimirum exteriore ædis circulo, atque

Herculeus animus invictus.

que murorum, quos tegit illa moles: & craſſitudine menſâ cum cymatio, coronicibus, zophoris, atque epiſtyliis columnarum, quæ forinſecus ædem exornant. In faſtigio tecti ſupra foramen in columellis ſteterat olim Theoderici Oſtrogothorũ regis ſomatotheca nobilis, ex lapide Numidico porphyreo leucoſticto ſolida; longa pedes octonos, alta quaternos, cum operculo ex ære Corinthio inaurato, ſignis, parergis, & emblematibus elaborato quàm opulentiſſimè. Quod monumentum, uti plures ſcribunt, Amalaſiunta Oſtrogothorum regina patri poſuerat: ſed bello Gallico Ludovici XII. barbari milites prædæ ſpe ſarcophagum illum tormentorum ictibus dejecêre, cujus adhuc reliquiæ quædam viſuntur ibidem. Carulus relicta à dextris Ceſena, montibusq; Apennini ſulphuratis, veſperi ad portum pervenit, ubi legatum Ducis Urbinatiũ repperit cum literis ad ipſum amantiſſimè ſcriptis, atque cum mandatis, ut principem cum omni comitatu ſuo exciperet, tractaret, atque deduceret; ſatageretque, liqueret uti cunctis, ejus adventum ſibi pergratum eſſe. Poſtridie prandio ſumpto, pergunt ad Rubiconem, perduellione C. Julii Cæſaris famoſum. Narratur Carulo, ut ille fluviolus florente Imperio præcipuam urbis Romæ provinciam Italiam eo loci inter Apenninum & Hadriaticum mare diſterminarit à Gallia Ciſalpina provincia: utique C. Cæſar, ſpretis majorum legibus, quibus vetabatur omnis Imperator extra provinciæ ſuæ limites injuſſu Senatus populique Romani legiones ducere; per nefas bello petiturus patriam, exercitum eò traduxerit, & vanis oſtenti Panici ſuperſtitionibus militem ad civile bellum impulerit, moxque urbem Romam, atque Italiam infeſtis armis occuparit. Tandem Ariminum veſperi pervenêre, commodoque hoſpitio recepti, cura legati quàm perlautè tractantur. Sequentis diei major pars ubi viſundæ, antiquitatibusque perluſtrandis impenſa eſt, quarum haud contemnenda eſt ibidem copia; cùm antiquiſſima ſit civitas, quam Auguſtus Cæſar & Imperatores Romani plures publicis ædificiis ſumptuoſis ac ſplendidis exornarunt, quemadmodum reliquiæ adhuc demonſtrant. Coloniam quidem Romanorum factam tradunt Livius, Strabo, Vellejus, & Eutropius ſimul cum Benevento ante bellum Punicum primum, P. Sempronio Sopho, & Ap. Clau-

Theoderici regis Oſtrogothorum ſomatotheca.

Rubico fluvius.

Ariminũ.

dio cæci F. coss. anno post R. C. CDXXCV. Habitaque deinceps est ea Colonia velut propugnaculum adversus Gallos in eo limite; quo etiam plerumque Romani duces, qui Galliam, aut ulteriorem aliquam provinciam sortiti fuerant, diem conveniendi ad signa militibus post delectum dicere, legionesque inde in provinciam ducere solent, ut ex Liviana historia manifestum fit. Nominis etymon à leone, vel Hercule, aut Marte qui deducere volunt, Anniana somnia sequuntur: mihi potior visa sententia, qua plures opinantur à flumine quo alluitur Arimino nomen traxisse, cujus Strabo & Plinius mentionem faciunt. Ab initio Picentium fuit, postea his devictis, & ab Ap. Claudio triumphatis cum ab Æsi ad Rubiconem protulissent Imperii fines, urbs Umbris attribui cœpit. Quæ in planitie sita fœcundissima, ab ortu & occasu frumentarios habet campos; à meridie hortorum, olivetorum, vinearumque plenos Apennini colles, à septemtrione Hadriaticum mare. Quare rerum omnium ad usum hominum abundans est. Ædificiis novis est pulchra, & commoda. Inter quæ palatia sunt quædam sumptuosa majori ex parte à Malatestis olim urbis principibus condita. Item fons in foro marmoreo cratere, ac parergis omnibus ornatissimus, atque siphunculis pluribus dulces ac limpidas evomens aquas. Hæc placuêre Carulo, & ejus comitibus, quibus item monstrarunt castrum, curiam, theatri lateritii antiqui reliquias ingentes versus mare, pontem marmoreum ex quadratis saxis grandibus in Arimino flumine constructum ab Augusto, qui Flaminiam viam Æmiliæ, urbemque suburbio jungit. In longum ducentos pedes arcubus quinis innititur, in latum pedes quindecim habet. Ab utroque latere spondis marmoreis opere Dorico pulcherrimè laboratis munitus est, in quarum una magnis literis insculpti leguntur tituli Imp. Cæs. Augusti, in altera è regione Tiberii Cæsaris; ex quibus colligimus anno post urbem conditam DCCLXXVIII. C. Calvisio Cn. Lentulo coss. opus hoc absolutum fuisse, quod Augusti auctoritate Flaminiam sumptuosissimè munientis inchoatum ante fuerat. Monstrantur & antiqui portus vestigia, modicis quidem nunc navigiis aptus, & arenis oppletus: sed quàm splendidus & amplus olim fuerit, ostendunt Carulo Principi per structuram magnificentissimi tem-

Annius Viterbinus.

Arimini descriptio.

Pons Augusti.

Portus Ariminensis marmoreo.

mi templi D. Francisci, quod ex marmoribus antiqui portus Atiminensis Sigismondus Malatesta ejus urbis princeps quondam exstruxerat. A meridie quidem cùm prandio sumpto proficiscerentur Pisaurum versus, in transitu viderunt vetustissimum ac imprimis elegantem arcum marmoreum Augusto Cæsari in via positum, in ejus septimo consulatu, cùm jam octavum designatus esset, quinque celeberrimis Italiæ viis, consilio senatus, populique Romani ex voluntate munitis; quemadmodum Corona Pighius ex elogii fragmentis in arcu adhuc extantibus colligere videbatur. Atqui constat ex his postremam non fuisse Flaminiam, quam Augustus, teste Suetonio, sibi desumpsit ab urbe muniendam Arimino tenus: cùm reliquas triumphalibus viris ex manubiali pecunia sternendas distribuisset. Ad hujus beneficii publici memoriam propagandam, plures etiam nummos antiquos cusos reperimus, cum Augusti effigie & titulo ab una parte; & ab altera cum arcu dithyræo, vel bifori, id est, duarum portarum in via super pilas fornicata posito, in cujus supremo fastigio Victoria quadrigam triumphalem agitans expressa videtur: & caussa tanti honoris adscripta his paucis verbis: QUOD. VIÆ. MUNITÆ. SINT. Cujus quidem arcus marmoribus prorsus omnibus spoliati reliquias magnas in eadem Flaminia via adhuc extantes Romam pergenti Carulo principi post aliquot dies ostendit Pighius. Hinc relictâ à dextris Flaminia littus sequuti ad XV. lapidem in Catolica vico pernoctarunt. Nec datum fuit videre ruinas, atque muros, turriumque ac aliorum ædificiorum fastigia submersæ urbis, quam Concam ab amne vicino quondam appellatam fuisse perhibent. Etenim ventis ac procellis inquietum mare littoratum inundabat, atque ruinas obtegebat. Postridie manè cùm properarent Pisaurum, Dux urbinatium N. licet atratus & lugens ob patris sui N. prudentissimi atque optimi Principis mortem, cum magno tamen nobilium comitatu Carulo extra urbem obviam venit, & exceptum humanissimè die illo detinuit omni genere comitatis. Ubi descenderant equis in palatio, confestim officii caussa perrexêre simul ad gynæceum, ut Carulus non prius visas affines Principes, Victoriam Farnesiam, Parmensium Ducis Octavii sororem viduam matrem hospitis sui, & ejus conjugem Ducis Ferra-

Arcus Augusti marmoreus in via Flaminia.

Conca.

riæ ſororem N. ſalutaret. Sacris deinde peractis, ad horam usque prandii converſatione ſuavi in perluſtrando ſumptuoſo ac perornato palatio, atque hortis cultiſſimis operam impenderunt. Atque refecti poſtea ſplendidis epulis, à meridie circumvecti equis urbem ejusque arcem ad littus à Joanne Sfortia principe conditam; munitiones ac propugnacula à Franciſco Maria, & Guidebaldo conſtructa; nec non villam extra muros ſumptuoſiſſimam, item ædes ſacras, ac monaſteria, aliaque viſu digna Carulo principi oſtendunt. Eſt etenim Piſaurum ædificiis atque plateis perelegans, mercimoniis dives, emporiumque Italiæ celebre, ad cujus nundinas frequens mercatorum fit concurſus ex variis provinciis ſtatis anni temporibus. Portus tamen urbis illius, propter vada, & arenas, onuſta & majora navigia non admittit: ut ab agaſonibus ac mulionibus, qui merces invehunt, magis quàm à nautis urbs frequentetur. Colonia Romanorum ſimul cum Pollentia facta eſt anno poſt urbem conditam DLXIX. P. Claudio Pulchro, L. Porcio Licino coſſ. quadriennio poſt Bononiam deductam, uti Livius & Vellejus Paterculus auctores ſunt. Eandem paulò ante bellum Actiacum, cùm eò M. Antonius III. vir colonos rurſus deduxiſſet, terræ hiatu abſorptam periiſſe, Plutarchus in Antonii vita memoriæ prodidit. Viſa civitate, principes in palatium reverſi cùm eſſent, oſtendit Dux Carulo patris ſui armamentarium, bellicorum inſtrumentorum, armorumque elegantiſſimorum copia & varietate inſtructiſſimum, quarum rerum contemplatione mirificè hic delectabatur. Eodem veſpere Carulus poſt cænam jucundè tranſactam hoſpiti principi pro omni humanitate quàm maximas agere gratias, & excuſare feſtinationis ſuæ neceſſitatem, flagitareque licentiam, qua prima luce ſequenti ulterius proficiſci poſſet. Cælum atque breviſſimos anni dies non ferre longas moras, grave & moleſtum iter reſtare; nec non Apennini juga, difficilesq; vias propediem occurſuras. Apud perhumanum principem cauſſæ & excuſationes legitimæ locum habuêre: non tamen jejunos mane dimittere hoſpites judicavit convenire. Cùm ſacris igitur ſequenti diluculo interfuiſſent, prandium ac epulas in palatio reppererunt apparatiſſimas: quibus refecti, priusquam equos conſcenderent, ad gynæceũ pergunt: cupiebat etenim

Piſauri deſcriptio.

Quando colonia Romanorũ facta.

Armamentarium Palatinum.

etenim Carulus ex officio matri atque conjugi Ducis, affinibus suis principibus, valedicere, suoque & parentum nomine quævis consanguinitatis & amicitiæ obsequia peramanter præsentare. Quod cùm civiliter admodum fecisset, comitante Duce cum magna nobilium hominum sequela, ad primum usque lapidem est eductus. Ubi valedictis omnibus, ipse cum suis rectà per Fanum Fortunæ, atque inde per littus Senogalliam eo vespere proficiscitur. Fanum quidem à celebri quondam Fortunæ templo nominatum oppidum non ignobile est in via Flaminia positum; in agro bono fertilique, oleo persuavi, frumento vinoq; præstantissimo abundanti. Coloniam eò deductam ab Augusto colligunt plures, cùm is, ut Suetonius scribit, duodetriginta Colonias deduxerit; & ab ipsius nomine hanc coloniam Juliam Fanestrem appellatã antiquitus fuisse, Pomponius Mela & plures antiquæ inscriptiones testentur, quæ ibidem opertæ sunt. Eandem ab Augusto cinctam muro, & à Constantini Magni filiis Constantio & Constante restauratam fuisse, demonstrant muri vetusti reliquiæ, & arcus marmoreus portæ, qua per Flaminiam Roma venientes intrant, pulcherrimè & magnificentissimè cum suis titulis elaboratus: qui integer ferè ad Pii secundi Pontificis Maximi tempora permanserat. Tum bello contra Fanensis tormentis ferè dirutus, cujus tamen effigies in proximo sacello Divi Michaelis ad rei memoriam insculpta parieti est, impensa publica Fanensium. Apparent item in oppido marmora cum titulis vetusta ædis Fortunæ, aliorumque publicorum ædificiorum vestigia multa: quamvis Gothicis variisque cladibus aliis sæpius destructum fuerit. Hinc profecti per continuas pluvias, Flaminia relicta. Cùm Metaurum transissent, ostensa à dextris Carulo non multis parasangis inde sita in eo tractu loca, cruentis prœliis insignia, & magnorum Ducum victoriis celebria: ubi M. Livius Salinator, & C. Claudius Nero Consules Asdrubalem Pœnum Annibalis fratrem acie victum occiderunt, ad Metauri ripas. Quæ clades Annibalem, viso fratris capite, de fortuna Carthaginis desperare coëgit. Item ulterius, quibus in campis Totyla Gothorum rex cruento prœlio sit superatus à Narsete eunucho, Justiniani Imperatoris legato: cujus ista præclara victoria jugum Gothi-

Fanum Fortunæ.

Iulia Fanestris.

Metaurus fluvius, Pœnorum clade notus.

Totyla Gothorum rex à Narsete victus.

cum ab Italiæ cervicibus sublatum fuit, cùm Totyla graviter saucius è prœlio in Apennini juga fugiens, non procul à Tiberinis fontibus ad capras, velut à Procopio lib. III. historiæ Gothorum narratur, vita decessisset. Senogallia principem Carulum invitum die toto sequenti detinuit tempestatibus impeditum: eo quòd continuis imbribus aucta flumina transitum equis curribusque negabant, atq; vias pontibus sublatis, invias reddebant. A legato, ministrisque, quibus ab Urbinatium Duce cura mandata erat deducendi ad provinciæ fines principem hospitem, nihil prætermissum ubique est, quod ad eum cum suo comitatu honoratè splendideque excipiendum atque tractandum pertinere videri poterat. Et quamdiu Senogalliæ moram trahere cogebantur, exquirere cuncta, quibus in sequentem diem ejus iter expediri posset. Interea laboratum, ut quovis avocamentorum genere dies hilariter & jucundè transigeretur, ne longioris moræ tædio atque molestia Carulus afficeretur. Non defuêre latrunculi, orbiculi, chartæ, vel lusoriæ tabulæ. Monstrata hospitibus arx, portus, & quantum per aëris intemperiem licuit, quicquid in oppido vel circumquaque visu dignum erat, perlustrabatur. Est quidem oppidum celebre & pervetustum, Sena prius à conditoribus Gallis Senonibus; dein ad differentiam alterius ejusdem nominis, quæ in Etruria est, Sena Galliæ nuncupata, cùm adhuc Æsis fluvius Italiam à Gallia Cisalpina discerneret. Hinc P. Dolabella consule Senonibus ad internecionem extinctis, eorumque agris occupatis, Romanorum est Colonia facta simul cum Castro & Hadria: quo ferè tempore, inclusis Umbris, Italiæ limes ab Æsi ad Rubiconem usque productus est. Marcum Livium Salinatorem consulem cum exercitu adversus Asdrubalem Italiæ ingruentem Senæ consedisse, & quingẽtos inde fermè passus hostem absuisse constat, cum C. Nero collega maximis itineribus profectus è Lucanis cum expedito sex milium peditum, & mille equitum exercitu nocte veniret illi auxilio: Tunc junctis viribus altero mox die fugam ultra Metaurum molientem Asdrubalem cum toto exercitu trucidarunt, ut antè diximus, & Titus Livius pulcherrimè libri XXVII. fine narrat. Kalendis Decembribus cùm sacris interfuissent, prandio refecti à legato Ducis ad fines provinciæ ducuntur. Cui cùm amantissimè, gratiis

Senogallia descriptio.

Quando colonia Romanorum facta.

gratiis actis, valedixissent omnes, Carulus cum suo comitatu Anconem versus ingenti equorum cum fatigatione & labore per pluviam contendit. Et impeditum diu tenuit Æsis aquarum immensa copia exundans, & admodum rapidus, cujus vadum cùm quidam ex ministris tentare vellet, penè submersus est. Altius igitur relicto littore ripam ejus circumvagari atq; trajicere tardius occidente jam sole coactus est: ut hora tertia noctis per densas tenebras, iniquissimasq; vias, tandem ad faces Anconem intrans in hospitium pervenerit. Præfectus ejus urbis N. consanguineus summi Pontificis ut primùm mane sequenti intellexit adventum principis; pensitare ac operam navare cœpit, ut eum ex diversorio publico traduceret in Palatium. Carulus autem commodum sic satis hospitium nactus, cùm malè affectum fatigatione pridiana corpus, atque non sine febricula se valetudine languidum sentiret; ex suorum consilio decrevit, uno vel altero die in secessu & quiete vires colligere, atque familiari diæta sanitati consulere. Qua in sententia perstitit, invitamentis omnibus rejectis: quamvis ipse præfectus postridie veniret ad ejus hospitium cum comitatu magistratuum, atque senatus; hortaretur, rogaretque majorem in modum, ut migraret in Palatium: amplecteretur commodius atque salubrius domicilium; cuncta ibidem fore ipsius arbitrio ac voluntati obsequentia. Cùm tamen ægrè persuaderi, animoque ipsius adversari mutationem intelligeret: obsecundandum ratus, instare desiit; declaratq; se nihilominus officiis omnibus summi Pontificis benevolentiã, suamq; simul observantiam testari usque velle. Egit Carulus quàm maximas potuit gratias, atque animo quàm corpore robustior, amicitiæ & familiaris cõversationis caussa cum præfecto pergere ad sacrum, eoque finito, partem urbis ante prandium perlustrare voluit ejus visundæ cupidissimus. Est quidem Ancon ut antiquitate, sic & opibus, pulchritudine, atq; emporio, propter portus commoditatem, celeberrimo, famosa & insignis, ideoque Græcorum, Illyricorum, ac Pannonum, immo totius Europę gentium mercatura continua frequentatur. De ejus origine consentiunt auctores vetusti ac fide digni Cor. Strabo, C. Plinius, atq; Solinus, Græcam urbem esse, eamq; Syracusios ob Dionysii Siculi tyrannidem profugos condidisse. Falluntur, qui Dores ejus conditores arbitrantur

Anconem proficiscitur Carulus.

Anconis descriptio.

Iuvenalis poëtæ locus declaratur.

bitrantur fuiſſe, Juvenalis Poëtæ verſiculo decepti, quòd Doricam appellet Ancona, ludens in rhombum ingentem Domitiani Cæſaris, ſatyra quarta:

Incidit Hadriaci ſpatium admirabile rhombi
Ante domum Veneris, quam Dorica ſuſtinet Ancon.

Non animadvertentes venuſtè poëtam una illa voce primam urbis originem, atq; ſimul vetuſtam civium linguam denotare, qua Syracuſii conditores, ut & Siculi ferè omnes, antiquitus uſi ſunt: quemadmodum Theocriti, Moſchi, Epicharmi, Syracuſanorum poëtarum non ſolùm ſcripta teſtantur, ſed & antiqui Siculorum nummi plurimi adhuc extantes Doricam eam fuiſſe. Colonia Romanorum quando facta fuerit, non planè liquet. Veriſimile eſt, poſt Tarentinum bellum circa annum urbis CDXXCV. Devictis à P. Sempronio conſule Picentibus, & Italiæ finibus ad Æſim amnem usque prolatis, Anconem in limitibus colonos fuiſſe deductos. Conſtat quidem ex Plinio Coloniam Siculorum primùm fuiſſe, qui libro III. cap. XIII. in Piceno Numanam à Siculis conditam ſcribit, & ab iisdem coloniam Ancona, appoſitam promontorio Cumero in ipſo flectentis ſe oræ cubito. Hinc Ancon Græca voce dicta fuit, quòd & urbs, & promontorium forma cubiti ſe incurvent, & portus ſtationem tutam faciant. Agrum verò poſtea Anconitanum per Romanos limitibus Gracchanis per centurias in jugeribus aſſignatum colonis fuiſſe, variorum auctorum veterum liber de limitibus memoriæ prodidit. Itaq; ſub Imperio Romanorum hanc urbem ob portus oportunitatem ſemper admodum floruiſſe, auctores multi demonſtrant. Cujus quidem portus Trajani Aug. impenſis magnificentiſſimè reſtaurati ingentes & præclaræ adhuc extant reliquiæ: quarum viſendarum cauſſa princeps Carulus, atque præfectus urbis ſacris peractis magno cum comitatu perrexêre per urbem ædificiis nitidam, & opulentam mercatura, & negotiantum inquilinorum frequentia copioſam. Quæ oppoſita promontorio Cumero, mari atque oportuniſſimo portu à Septentrione clauditur, portis, propugnaculis, atque muris undiq; munitiſſima, ſummorũ Pōtificum induſtria. Portus quidem ille capaciſſimus cùm natura, ac promōtorii ſitu,

Cur Ancon dicta.

Portus Anconitanus.

ſitu,tum opere atq; arte veterum clauſus atq; adeò tutus eſt; ut inter primos atq; pulcherrimos orbis terrarum adhuc celebretur: quamvis horum atque ſuperiorum temporum ſupina negligentia, turpique avaritia quibusdam in locis oppleatur. Extant adhuc magna ex parte marmorea ſepta, quibus undique veſtitus fuit. Item ſuis interſtitiis columnæ, ad quas naves alligabantur; gradus item perampli, per quos ad aquas deſcenditur, nec non onera ac merces extrahi è navibus evehique in terram ſolent. Habuiſſe ſpacioſas porticus multis columnis innixas, cognoſcimus ex nummis antiquis, in honorem Trajani excuſis, in quibus portus ejusdem forma effigiata viſitur, & qualis olim fuerit, cum Neptuni ſigno arundine coronati in undis ante fauces decumbentis juxta delphinum cum navis gubernaculo in dextra. Apparent catenæ duplices, quibus fauces occludebantur, & in ipſo portu quinqueremis prætoria, celoces, triremes phaſeli, aliæq; naves multæ. In ejus medio inter porticus noſcitur arcus ille ſublimis, quadrigis & trophæis in faſtigio onuſtus; à ſenatu populoq; Romano in ejus beneficii memoriam Trajano ibidem erectus, & adhuc temporis extans: qui licet quadrigis, trophæis, imaginibus, ſignis, litterisque æneis inauratis, omnibusq; ſuis ornamentis ſit ſpoliatus (quemadmodum ex veſtigiis, in quibus ænea ſigna, literæ, parerga, aliaque ſigilla marmoreo operi ſuis locis plumbo ferroque infixa fuere, colligimus) non minus tamen, quaſi nudæ Veneris ſimulachrum quoddam eximium Caroli principis, aliorumque ſpectantium oculos in admirationem rapiebat, atq; detinebat. Dum ſcilicet accuratè conſiderant ejus molis artificium, pulchritudinem ac juſtam ſymmetriam partium. Quandoquidem numeris omnibus abſolutiſſimum corpus illud marmoreum paucis immanium lapidum coriis, id eſt, ordinibus in altum æqua craſſitudine evehitur: atque tam frontis, quàm laterum undique ſcenographiam perfectiſſimam venuſta cum quadam eurythmia repræſentat. Idque imprimis eximium Pighio videbatur, architectiq; ſummam peritiam atque ſecuritatem oſtentabat; quod arcus ipſius partes, & ornamentorum membra quæque; nimirum ſtylobatæ, atque ſpiræ columnarum; item capitulorum abaci, plinthi, echini, flores, ac teniæ; nec non faſtigii & apſidum projecturæ, faſciæ, coronæ, zophori, triglyphi, cymatia, ſimæ;

Portus Anconitanus in nummo Traiani Imp.

Arcus Traiani in portu pulcherrimus, & eius deſcriptio.

mæ; sic & titulorum tabulæ, & quidquid est appendicum, quibus arcus honorarius similis exornari solet, non foris adjuncta; sed ex vastis marmorum quadris, è quibus totum opus cõstat, sint simul exsculpta, & artifice manu ad amussim expolita, coagmentataq; tam concinnè; ut inter quadrorum commissuras ne cultelli mucronem quis inserere posset, & ex uno Parii montis saxo totus arcus excisus à longè videatur. Elogium, quod detractis æreis inauratis literis in arcus fronte supra apsidem extat, caussam declarat, cur eo loci Trajano Aug. ejusdemque conjugi Plotinæ Aug. & sorori Marcianæ jam tum inter Divas relatæ in honorem exstructus fuerit. Nec ingratum fore studiosis autumo, idipsum hic subtexere à Corona Pighio exscriptum correctius, quàm à quibusdam aliis scriptoribus publicatum fuit.

In latere dextro. PLOTINÆ AUG. CONIUGI AUG.

IMP. CÆSARI. DIVI NERVÆ. F. NERVÆ.
TRAIANO. OPTIMO. AUG. GERMANIC.
DACICO. PONT. MAX. TR. POT. XVIIII. IMP. IX.
COS. VI. P. P. PROVIDENTISSIMO. PRINCIPI
SENATUS. P. Q. R. QUOD. ACCESSUM
ITALIÆ. HOC. ETIAM ADDITO. EX. PECUNIA. SUA
PORTU. TUTIOREM. NAVIGANTIBUS. REDDIDERIT.

In latere sinistro. DIVÆ MARCIANÆ SORORI. AUG.

Cùm hęc atq; alia in portu digna visu considerassent: instante meridie reversi per urbem, in transitu domum mercatoriam, aliaque locorum ornamenta perlustrarunt. Denique cùm serenus dies invitaret vehementer, constitutum ex sententia ac desiderio principis Caroli, ut sumpto mox prandio, rursum simul pergerent ad arcem Anconitanam, & ad portas, ac propugnacula nova videnda, quibus adversus piratarum Turcarum impetus ac insidias urbs illa munita recens fuerat: primùm Clementis VII. dein Paulli III. atque successorum Pontificum auspiciis, atque maximis impensis. Monstrat præfectus Carulo principi, quanta tum eo loci industria, è quo portum ac mare tutari, urbem observare possit, arx illa munitissima constituta fuerit. Sic ille dies dulci in conversatione cum præfecto transactus est. Sequenti licet imbecillior Carulus, non detractavit tamen scandere Cumerum promontorium; montem Anconitanum appellat Plinius; & à meridie rebus videndis horas aliquot impendere.

Arx Anconitana.

pendere. Visitarunt tum cathedrale Divi Cyriaci fanum antiquum, marmoribus raris, atque structura sumptuosa peramplum, & eximium: aperta sunt advenienti principi sacraria, monstratæque quamplurimæ Divorum reliquiæ, ac donaria preciosa, quæ pietatis ergô ibidem conservantur. Non procul inde in promontorio Veneris ædem fuisse ex Juvenalis poëtæ citatis ante versibus palam fit, cujus nullæ nunc visuntur reliquiæ Ex alto ibidem Carulo volupe fuit contemplari spaciosa maris æquora, urbis atque portus curvaturam ac situm; per continentem Apennini juga, cui promontorium hoc ita cohæret, ut nonnulli eum illic finiri memoriæ prodiderint. Ramum quidem Apennini esse, credi facilius potest, qui hinc ad Garganum per oram Hadriatici maris, atque inde in meridiem ad Leucopetram Bruttiorum promontorium perpetuis jugis in Epiroticum mare procurrit, ac veluti spina dorsi totius Italiæ continentem roborat ac firmat. Monstrantur principi Carulo vicinæ civitates, atque circumjacentia castella & oppida: sub promontorio ad littus Sirolum, nobili nunc etiam vino celebre, quod etiam à Plinio Anconitanum vocatur, & inter generosa numeratur. Inter Apennini montes Urbini & Auximi, aliorum oppidorum situs declarantur. Cingulum T. Labieni ad Musonis fluenta in colle positum; qui C. Cæsaris procos. legatus in Galliis, longo bello tantum sibi corraserat ex prædis divitiarum, ut oppidum hoc privata impensa condiderit; cujus oppidi imaginem nummis argenteis expressam cum ejus titulo non semel vidimus. Invidiosas ejus opes taxant Cicero & Valerius Max. Silius, & Dio Nicæus, aliique. Sequens dies, qui dominicus erat, rebus sacris, & quieti datus: altero Carulus princeps à meridie per XV. miliaria Lauretum usque proficiscitur, ubi inclytum religione fanum Divæ Mariæ Deiparæ virginis visitur, peregrinatorum concursu ab universis Christiani orbis regionibus eò confluentium mirificè frequentatum pietatis & votorum causa. Silva olim laurea in colle ad Musionis amnem inter Ricinetum & mare, à qua Laureti nomen: in eodemque colle, sunt qui opinentur, cupram Tuscorum oppidum cum antiquissimo Junonis Cupranæ delubro fuisse. Nunc vicus, vel potius oppidulum, muro, fossis, & turribus cinctum, atque propulsatoriis armis instructum abundè,

Templum divi Cyriaci in Cumero promontorio.

Apenninus mons.

Cingulū T. Labieni.

Lauretum templo D. Mariæ virginis inclytum.

Cupra Tuscorum.

abundè, ne piratis, ac Turcis, impióve militi; ut antea, ad direptionem pateat: Utque tutò, commodeque nunc habitetur, & advenas hospites lautè mundeque in diversoriis excipiat, & tractet. Templum ipsum ex quadrato saxo sumptu, atq; magnificentia sublime & peramplum est: in cujus medio sacrosanctum illud Divæ virginis conclave per summam religionem ab advenis aditur, conclusum sacello marmoreo quadrato, sculpturis artificiosissimis extrinsecus elaborato; tam laxè tamen, ut novum hoc opus veteres & obsoletos ipsius conclavis muros nusquam contingat. Atqui opinione prorsus receptum, & reipsa constare tradunt; divini numinis hoc fieri nutu, ut parietes illi, intra quos nata educataq; fuit cælorum regina semper virgo Maria, & intra quos, archangelo Gabriele nunciante, ipsa Deum ac hominem concepit, operarias hominum manus non admittant, renovari, ac ornamentis ullis vestiri nolint. Nec ambigunt piorum animi, quin divinitus idipsum conclave per angelos eò translatum è Palæstina fuerit; cùm propter gravissima scriptorum hac de re testimonia, tum miraculorum crebritate perculsi, quibus locus iste jam à tot sæculis inauguratur, & illustratur indies. Obstinata & saxea corda possent mollire primo ingressu, & ad venerationem loci impellere, tot insignia miraculorum documenta, atque donaria votiva per templi parietes, columnas, fornices, atque tholos circumquaque suspensa; veluti statuæ, signa, imagines, arma, exuviæ, vestes, aliaque instrumenta infinita, simul cum tabulis pictis, scriptisque: quibus singulis luce clarius ostenditur, & memoriæ mandatur; quam pro salute humani generis inexplicabilia suæ potentiæ signa palam Deus Opt. Max. ostendat, qui suo nutu cuncta regit: & ut in locis sibi piè dedicatis facilè prosperet atque perficiat bonæ voluntatis conatus; gloria & majestate domum suam adimplens, in qua nomen & cor ejus (ut Solomoni regi est oraculo pollicitus) cunctis diebus permanet: quo in preces implorantium ejus auxilium cum auctario præsertim intercessionis gratæ Divæ virginis, matris suæ, aliorumq; cohæredum cælestium (quorum hic imitatores esse debemus) oculis apertis, & arrectis auribus attendat. Jam verò quàm obnixe succurrat in rebus desperatis; cùm ibi, tum ubiq; terrarum multa miraculorum milia documento sunt: quæ tanquam in speculo nobis

Templi descriptio.

Conclave D. Virginis.

nobis etiam repræsentant, quàm non repudiat advocatos nostros; & quàm temerarium sit, ejus exquirere consilia in eligendis sui cultus locis. Sed historiæ nostræ filum prosequamur. Carulus postridie mane cum suis ad templum pergens ab hierophanta atque symnystis honorificè excipitur. Cui, dum sacrum paratur in altari, quod est in ipsius conclavis augusti medio D. Virgini erectum; nil aliud, profectò, per templum, quàm tragica, multipliciaq; humanarum calamitatum pegmata tanquam in theatro quodam perlustravit. In quibus tamen semper benignus ille Deus ἀπὸ μηχανῆς ἐπιφανεὶς felicem, cuicumq; tragœdiæ catastrophen imposuerat. Verùm quis varios rerum casus memorando describet diluvia, tempestates, naufragia, fulmina, terræmotus, ruinas, præcipitia, lapsus, ossifragia, morbos, cædes, latrocinia, sicas, carceres, laqueos, furcas, & infinitos ærumnarum crateres, quos nobis in hac lacrymarum valle noverca fortuna propinat? sed ut poëtæ verbis hoc concludam:

Humanarum calamitatum summa varietas.

Non mihi si lingua centum sint, oraq; centum,
Ferrea vox, omnes scelerum comprendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina possem:

Queis non solum apud inferos summum numen sua justitia noxas vindicat: sed quibus etiam hic nos delirantes sua clementia in ordinem redigit, cœlo nos reservare cupiens. Deus etenim nobis fortunæ calicem miscet ad salutem. Cùm deinde sacris interfuisset princeps Carulus, ostensa sunt illi singulatim preciosa & rara principum atque magnatum donaria; quæ religionis, ac voti causa Divæ virgini matri in sacrosancto illo delubro dedicata fuêre. Sic item in sacrario vestes ac vasa sanctiora ex auro & argento, gemmis, & unionibus onusta. His visis, cùm & ipse munus suum ritè delubro Virginis obtulisset, atque sacrificis ob humanitatem & officia prompta gratias egisset, prandio properè sumpto, eodem vespere Maceratam usque proficiscitur per Ricinetum emporium, recens ex vetustæ urbis Helviæ Ricinæ reliquiis excitatum, ex cujus interitu ac ruinis etiam Maceratam exurrexisse volunt. Cujus urbis ab Helvio Pertinace Aug. peramplitur olim restitutæ lateritium amphitheatrum ingens in ripa fluminis Potentiæ, aliaque ædificiorum magnorum

rum vestigia Carulo principi in itinere per agros à Pighio monstrata sunt. Inde per Tolentinates atque Camertes in Umbriam, biduique itinere per densos Umbrorum imbres Fulginium perrexit, ex Fori Flaminii vicini ruinis, ut quidam autumant, extructam à Fulginiatibus, ex agro Tudertino sedem eo transferentibus, cùm Flaminii Forum Langebardi delevissent. Nunc oppidum, mercatura dives, nundinis valde frequentatur. Hinc die sequenti sereniore cælo juvabat è via Flaminia per cultissimos Umbriæ campos & colles ducta, contemplari utrimque lætissimos fructibus omnigenis agros, vinetis, hortis, & olivetis, amygdaletisque nitentes, quos Propertius Umber, Virgilius veteresque poëtæ plures, in cælum laudibus vehunt. Videbatur à dextris Mevania, Propertii patria, tauriferis (ut Lucanus ait) se ibidem campis explicans. A sinistris autem è Trebulanis collibus, in quibus olim veteres oliviferæque Mutiscæ, ut Virgilii locum declarat Servius, Clitumnus erumpens limpidissimo, copiosissimoque fonte, qui Mevaniæ campos irrigaturus, altero mox stadio fluminis, ac dei nomen assumpserat. Cujus etiam nunc opinantur ædem sacram olim fuisse, quæ in propinquo visitur marmorea & antiquissima, necnon more Corinthio pulcherrimè constructa. Quales Vitruvius de sacrarum ædium œconomia scribens, Fontibus, & Nymphis, æquè ac Veneri, Floræ, & Proserpinæ constituendas esse docet: ut aptas habere videantur cum diis suis proprietates, justusque decor accedat: si propter teneritatem graciliora & florida foliisque & volutis ornata fiant. In eum modum & istius ædes scænographia à fronte, & à postica, lateribusque huic argumento columnarum tympani, lacunaris, ac trabeationis parergis, ac omnibus ornamentis ad unguem correspondet; ut Clitumno vicino sacratam fuisse, non malè fiat verisimile: in quibus acanthorum folia, flores, & helices, striarum undæ, triglyphorum guttulæ, victimarum in metopis crania bubula baccis & corallis implexa, lances foliis ac rosis vestitæ, nec non eucarpi florum, pomorum ac fructuum omnifario luxu perplexi graphicoteram reddunt in aspectu delectationem; atque fluviorum fontiumque vim, afficaciamque divinam insinuant in terræ germinibus promovendis: In qua re Clitumni natura singularis est, ut non

Umbri ab imbribus dicti.

Mevania.

Clitumnus fons.

Clitumni Dei sacra.

Clitumni

ut non videatur miraculis carere. Obſervarunt enim veteres, eundem vicinos campos lætitia pabuli usque adeo fœcundare, uti boum prægrandium armenta proferant, & paſcant; & aquæ Clitumni potæ boves candidos reddit, Plinio, Lucano, Servio Maronis commentatore, & aliis multis idipſum teſtantibus. Ex his quidem armentis poſtea Romanus Umbriæ victor eximios quosq; tauros, candidos reſervare, & ad triumphalia ſacrificia ſaginare ſolet, velut victimas opimas, & ob fauſtum candoris omen in victoria lætiſſimas. Hos inauratis cornibus diademate & vittis redimitos ducebant in Capitolium triumphantes imperatores, & undis ex eodem amne ſumptis perfuſos, Iovi & diis immolabant. Has igitur ob cauſas Clitumnus pro deo cultus ab Umbris fuit, cui non ſolùm ædes, ſed & lucos ſacraſſe vetuſtatem, ipſe Propertius indicat, dum ita canit: *fluvii fœcunditas & natura ſingularis.* *Tauri triumphales.*

Qua formoſa ſuo Clitumnus flumina luco
Integit; & niveos abluit unda boves.

Sed quàm pulchrè poëtarum princeps Virgilius, Georgicorum libro ſecundo in Italiæ laudes effuſus, hos ritus attingat, ne pigeat intelligere:

Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus
Victima, ſæpe tuo perfuſi flumine ſacro,
Romanos ad templa deûm duxere triumphos.

Rurſum ut Silius Italicus in Punicis unico verſu:
Et lavit ingentem perfuſum flumine ſacro
Clitumnus taurum.

Eodem die Carulus princeps ante noctem Spoletium pervenit, urbem ſplendidam, & copia rerum imprimis abundantem; quæ Langebardorum principum ſedes diu fuit, Ducatus Umbriæ titulo inſignis. Atqui multis antè ætatibus fuerat illuſtris, & firma colonia Latina velut Cicero in Balbiana teſtatur: quam Umbris devictis populus Rom. deduxit triennio poſt Brunduſium, ſicut ex Paterculo & Livio colligimus, C. Claudio Centhone, Marco Sempronio Tuditano coſſ. Quę poſt cladem ad Traſimenum acceptam, *Spoletium.* *Quãdo primum colonia Romanorum facta.*

Annibalem victorem, ut Livius memorat, ausa repellere, eundem docuit ex unius coloniæ viribus conjicere, quanta moles Romanæ urbis esset: quum plurimis suorum amissis, inde signa vertere, moxq; in Picentinorum fines traducere exercitum cogeretur. Floruisse admodum stante Romano imperio, vetera ædificia, & antiquitates adhuc residuæ demonstrant, quæ diligenter à principe Carulo & ejus comitatu perlustrata sunt. Amplissimum Theoderici Gothorum regis prætorium, ab ipsis tamen Gothis pòst cum regia destructum; sed à Narsete Justiniani Imp. legato restauratum. Item theatri fundamenta, Concordiæ fanum, formas extra urbem sublimes ac solidas aquæductuum, ex Apennini costis partim excisas, partim opere lateritio ex ima valle fornicibus in altum subductas. Atque imprimis suspiciunt hospites majoris basilicæ pontificalis ardua tecta, marmoreosque parietes, arcem in amphitheatro constructam, pontemque lapideum, qui magno ingenio factus, pilis grandib. XXIIII. sustinetur, & urbis editiorem partem arci, vel amphitheatro in alio colle posito conjungit. Sequenti die per vallem angustiarum altissimis clausam montibus per saxa & rupes Apennini proficiscuntur Interamnam, sic appellatam à veteribus, quod inter ramos Naris fluminis velut duos inter amnes posita sit. Olim structuris & amplitudine majorem urbem fuisse, quàm nunc est, veterum ædificiorum ruinæ, quæ in vicinio circumquaque visuntur, docent: & decrevisse non parum intestinis odiis, atque civium discordiis, majorum memoria recompertum est. Municipium vetus Romani populi fuisse, plures antiquę marmorum inscriptiones demonstrant, sed quando jus municipii vel civitatis Romanæ Interamnatibus indultū fuerit, non prorsus liquet. Animadvertit Corona Pighius ex antiqua tabula marmorea magna, quæ ibidem juxta summum templum parieti inserta est, conditam Interamnam fuisse annis DCCIIII. ante Cn. Domitium Ahenobarbum & M. Camillum Scribonianum cōsules, qui fuere post Romam conditam anno DCCXXIIII. quo Interamnæ Saluti Libertatiq;, ac Genio municipii sacra publicè facta sunt, Tiberii Cæsaris in adulationem, propter sublatum Sejanum, ut ex ejusdem tabulę elogio colligimus, & in nostris magistratuum fastis politicis latius exponemus. Roma igitur annis octuaginta dumtaxat juniorem esse, & sub

Prætorium Theoderici Gothorum regis.

Basilica pontificia. Pons.

Anteramna Vmbria.

Quando primum condita Interamna.

ſub Numa rege conditam conſtat: ſed devictis Umbris, Spoletiumque deducta colonia, jus municipii Interamnam primùm adeptam fuiſſe, veriſimile eſt. Falluntur igitur Leander, aliique, qui coloniam eſſe Romanorum autumant; ignari & alteram ejuſdem nominis ad Lirim in Latio fuiſſe, quam Coloniam Romanorum ſcribit libro X. Livius deductam eſſe, cum Caſſino, M. Valerio, P. Decio Mure coſ. anno urbis CDXL. Sed apertius ipſe poſtea dicit ad differentiam hujus municipii Interamnæ L. Poſthumio & M. Attilio conſulibus Samnites Interamnam coloniam Romanam quæ via Latina eſt, occupare conatos eſſe: quã veteres inſcriptiones Coloniam Interamnam Lirinam videntur appellare, ad differentiam municipii Interamnæ Nahartis ut nominant urbem Umbriæ, de qua jam verba facimus. Verùm dumtaxat hæc admoneo, ne lector in eos auctores licet doctos incidens, ſimili errore capiatur. Interamnatum Nahartium ager, ut antiquitus, ita & nunc propter ſitum & aquarum dulcium abundantiam ſummè fœcundus eſt; nimirum in deſcenſu Apennini, meridiem & inferum mare verſus ejus poſiti colles & campi (quos infernates idcirco Vitruvius appellat) perpetuis fontium ac fluminum rivis irrigui, ad ſolis radios apricando, procreandorum omnium fructuum oportunam facultatem habent. Nec mentiri Plinium re ipſa compertum eſt, fœniſicia quotannis tria vel quatuor admittere Interamnatia prata, nec non poſtea in pabulo nõ minus emolumenti dare: quod quidem incredibile noſtratibus videbatur, ſed productæ in conſpectum vaſtæ magnitudinis rapæ XXX. librarum amplius pondo, quarum ſeptenas juſto pondere aſinum onerare poſſe affirmabat hoſpes, fidem fecere: nec non Plinius quadraginta librarum ſe vidiſſe affirmat lib. XVIII. naturalis hiſtoriæ. Carulus princeps ſequenti die ſacris peractis, & prandio ſumpto, per Narniam via Flaminia Ocriculum proficiſcitur. Narnia in aſpero difficilique monte & magna ex parte abrupto poſita eſt, cujus imas radices abruptosque ſcopulos Nar fluvius magno cum fragore lavat, à quo Narniam appellatam Livius & Stephanus Grammaticus in urbium lexico teſtantur. Ejus ſitum ita Martialis poëta depingit libro VII. Epigrammatum:

Altera interamna in via latina.

Agri interamnatu deſcriptio.

Narnia.

Narnia sulphureo quam gurgite candidus amnis
Circuit ancipiti vix adeunda jugo.

Nequinum idem. Nequinum prius nominatam fuisse, incolasque Nequinates cùm à Romanis subjugarentur, idem Livius affirmat. Infami scilicet nomine ob inertiam & pravos oppidanorum mores, ut volunt quidam, vel à loci iniquitate de qua locuti sumus. Aspernari tamen postea nomen Romanorum coloni, cùm eò deducerentur adversus Umbros & Narnienses à Nare flumine, ut diximus appellari maluerunt. Samnitibus tum Nequinates confœderatos fuisse, triumphi Capitolini demonstrant, cum quibus victi triumphatique fuere per M. Fulvium Pætinum consulem anno urbis DLIV. quo tempore & colonia eò deducta est. Nunc oppidum oblongum ædificiis satis elegans est, rerum copia lautum ob agri vicini fertilitatem: licet aliquando bellorum calamitatibus involutum clades ingentes patrum memoria acceperit. Prætergressis oppidum apparuerunt à dextris supra Narem admirandi ac longè conspicui pontis fornices ac minæ ingentes: qui duos præaltos & abruptos montes subterlabente flumine solebat conjungere, ut æquali via transitus ab oppido Narnia pateret in montem adversum. Ex manubiis Sicambricis exstructum sub Augusto quidam autumant, & Procopius Augustum ejus auctorem memorat, haud unquam pontis arcus celsiores à se visos scribens. Quæ adhuc ejus reliquiæ supersunt ex lapide quadrato prægrandi, pilis vastissimis sublimes arcus impositi, me hercle, demonstrant florentis imperii maximum & insani sumptus opus hoc fuisse. Nec de alio ponte loqui Martialem puto epigrammate jam antè citato ad Narniam:

Pons solidissimus ac altissimus Narnensiũ.

Sed iam parce mihi, nec abutere Narnia Quinto,
Perpetuo liceat sic tibi ponte frui.

Ocriculi veteris in via Flaminia reliquia magna. Carulus Princeps ea nocte Ocriculi ante oppidum in burgo mansit, & mane sequenti per viæ Flaminiæ vetusta monumenta, & Ocriculani municipii ruinas maximas pergit ad Tiberim. In transitu tum quidem Pighius ostendit ædificiorum publicorum reliquias ingentes: templa videlicet, thermas, aquæductus, & aquarum castella subterranea, item porticus,

porticus, theatrum, & amphitheatrum: quæ mole sua testabantur amplitudinem & magnificentiam summam ejus municipii, cùm florente adhuc imperio staret & vigeret. Falluntur qui nobis Italiam descripsere, & eo loci nescio quam Ocream Sabinorum volunt fuisse, vel Interocream, olim inter Cutilias & Phalacrinem in agro Reatino positam via Salaria, ut ex itinerario Romano colligimus. Ceterùm Ocriculi municipii ruinas illas esse, testantur apertè statuarum antiquæ inscriptiones duæ, patri atque filiæ, propter thermas privato sumptu ibidem extructas, ac reipublicæ donatas, publicè locatarum. Quas inscriptiones studiosorum in gratiam hic subjicere visum est. Altera quidem in marmorea tabula legere est, quæ in oppido prope templum in plateis parieti inserta est, nec procul inde visuntur ipsa statuarum fragmenta patris ac filiæ. Altera basis est quadrata, foris ad viam posita, in qua filiæ statua erecta fuerat. Tituli quidem sunt isti:

Interocrea ubi quondã fuerit.

L. JULIO. L. F. PAL	JULIÆ. LUCILLÆ
JULIANO	L. JULI. JULIANI. FIL.
IIII. VIR. ÆD.	PATRONI. MUNICIPI
IIII. VIR. I. D	CUJUS. PATER
IIII. VIR. QUINQ	THERMAS. OCRICULA
QUINQ. II. DEST	NIS. A. SOLO. EXTRUCTAs
PATRONO	SUA. PECUNIA. DONA
MUNICIPI	VIT.
PLEPS. OB. MERITA	DEC. AUG. PLEPS
L. D. D. D.	L. D. D. D.

Tiberim postea Carulus trajecit pontonibus ad Augusti pontem lapidem, cujus prægrandes ruinæ prolapsæ nunc fluminis alveum obstipant & onerant: atq; inde ad Soractis montis radicem pergens, vesperi in oppidulò Ariniano pernoctavit, studio moras nectens: quo præmissi, in urbem dispensatóres cum impedimentis, ac parte familię conductum in Vaticano hospitium illi pararent; occasionemq; interea quæritans, qua minore cum pompa & strepitu Romam intrare posset. Itaq; ad primam portam usque processit, quæ in capite viæ Flaminiæ est, non procul à ponte Mulvio; ubi inter veteris suburbii magnas ruinas viatoribus pauca &

non valde commoda diverſoria nunc temporis ſuperſunt, in quibus noctem tranſegit ſequentem. Ceterùm ſummus Pontifex certior mox factus ad viam Flaminiam in propinquo manere Carulum principem XVII. Kal. Jan. mittit ex intimis familiarium à cubiculo quendam N. Coriolanum Vicentinum, virum nobilem & perhumanum, ac ut eruditionis eximiæ, ſic & facundiæ ſingularis. Huic in mandatis dederat, uti principem Romam deduceret, & ad omnia illi miniſteria paratus eſſet. Addit ad Carulum litteras, quibus eum peramanter invitat ad ſuum Palatium. Excurrit non diu pòſt obviam cum legato patris, & aulico ſuo comitatu Erneſtus princeps, Alberti Bavariæ Ducis filius, recèns electus in Epiſcopum Friſingenſem, cùm ſummæ propter corporis animique dotes expectationis eſſet juvenis, pietate, religionis, morumq; probitate non minus illuſtris, quàm natalium ſplendore refulgens. Hic admodum cupiebat non prius viſum amitinum, & arcto ſibi ſanguine junctum principem ſalutare, excipere, & amplecti, adventuique ipſius congratulari. Quo functus obiter officio, cùm paucis Romam ipſe revertitur, majore ſui comitatus parte cum œconomo apud Carulum relicta: quo poſt meridiem, ni fallor, ampliore cum ſequela redeundo duplicare poſſet honores, & officii gratiam. Verùm Carulus legato pontificio declarans, quàm ſeriò cuperet ambitioſos illos ſtrepitus declinare, ejus ex voluntate ſumpto maturè prandio, Romam verſus proficiſcitur, urbeque cum Tiberi & ponte Mulvio à ſiniſtris relicta, per prata Quinctia Vaticani montis Palatium pontificium inopinanter intravit. Occurrit illi mox in ſcalis Horatius Sermoneta cum œconomo & familia Palatina: à quo deductus ad Pontificem, humaniſſimè ab eodem excipitur. Procumbentem etenim erexit, dum ſalutis noſtræ trophæum in ſacroſanctæ crucis effigie exoſculatur, atq; ſupremum mundi rectorem, ac dominum, (à quo legitima poteſtas in terris, & juſtum imperium omne datur) in ejus Vicario Eccleſiæ univerſalis capite agnoſcit, & veneratur; exemplo majorũ, utpote Regum, Imperatorum, maximorumque Principum. Quorum coronis in eo facto nihil majeſtatis decerpitur, ſed modeſtiæ vel humilitatis merito faſtigium ſublimius imponitur. Ceterùm blando cum Pontifex ſermone juvenem principem affatus percunctaretur multa de

Gregorij XIII. Pont. max. legatio ac litera ad Carulũ.

Erneſtus Bavariæ Dux.

Carulum ſummus Pontifex excipit humaniſſimè. Oſculũ humilitatis.

parentum, Cæsaris, & Imperatoriæ familiæ, principumque affinium, quos visitaverat, bona valetudine, successu, atque felic. provinciarum paternarum statu: confluunt ad officia plures Palatini proceres, & inter hos etiam sanguine proximi, fratrum scilicet, ac sororum summi Pontificis filii. His mandatur confestim, ut omni honorum officiorumque genere suum hospitem excipiant, prosequantur; utique imperii Romani principem tractare convenit, magnificè pontificaliterque tractent cum universo comitatu suo. Curent satagentq; imprimis, ne quippiam in cultu, tractationéve splendida desideretur. Jubet, ut res factaque declarent, charissimum filium, sibi hospitem per gratum advenisse. His dictis, Carulum eo vespere dimisit, eundem vetusto, nec illaudato sanctorum patrum de more, faustis verbis, & sacra crucis tessera prosequutus: qua noxas depellere, ac redemptionis nostræ mysterium refricare Christiana pietas solet. Proceres inde Carulum deducunt per amplissimam illam porticum miliariam ad præparatum illi hospitium in hortis retro Palatium ad Vaticanum clivum positis, qui ab amœnitate contemplationis nomen accepêre; & ob pulchritudinem & cultum per orbem terrarum mirè celebrantur. Nos Calliopejos forsitan & pulchri formes, id est, ἀγλαόμορφους (ut Themidem appellat Orpheus) non ineptè vocaremus. In his prætorium è regione Palatii versus Septentrionem Pius IV. summus Pontifex excitavit magnificentissimum, supellectilique instruxit regia; cujus item lacunaria, parietesque picturis artificiosissimis, atque tectorio marmorato, inauratoque maximis sumptibus expolivit. In eum, ni fallor finem, uti esset hospitium, quo maximi quique principes Romam commeantes, dignè commodeque pro majestate possent excipi. Ante ejus frontem quæ Palatium respicit, ab imo solo gradibus subvexit hemicyclum in sublime theatri ferè magnitudine, multisque marmoreis statuis conspicuum reddidit. Aream inter Palatium & prætorium nova porticu ab occidente sepsit, ut angulati circi formam illa referat. Atque hæc ex quadrato saxo constructa, si suprema manus operi tanto adjiceretur, sumptu & magnitudine cum altera, quæ ex adverso est, certare potest. In illud prætorium deductus Carulus repperit omnia lauta, comptaque, & ad usum commodumque suum apparatissima. Ad limina custodes atrienses

Benedictionis signum.

Belvederium Vaticanum.

Prætorium in hortis Calliopejis.

Hemicyclus.

Altera porticus miliaria.

singulis diebus à mane ad noctis concubium apparebant in aulis & atriis; nec minus cubicularii ante principis conclave ad mandata parati, si quid desideraretur. Triclinis in tribus mensæ sternebantur quotidie, atq; escis largiter onerabantur. Penus omnis generis abundantissima congerebatur singulis diebus e Palatio in prætorium, suppeditabanturque cuncta ad victum ac delitias exquisita dispensatoribus, coquis & ministris Caruli; quo more suo, & ex appetitu principis atq; familie, quævis edulia appararēt & instruerent. Carulus quam honorificentissimè in hunc modum exceptus fuit diebus continuis septemdecim. Et quamvis ab initio languidus, & ex longo itinere non parum fatigatus, cuperet nonnihil refocillamenta valetudinis per quietem ac solitudinem quasi in secessu quærere: non potuit tamen excludere, nisi inurbanus omninò videri vellet, salutatorum principum atq; magnatum officia. Nam ut primùm illius adventus per urbem innotuit, omnes ad ipsum gratulandi & sui præsentandi caussa certatim confluxêre; uti Roma latissimus omnis ambitionis atq; civilitatis campus est. Plures eodem quo appulit die, properarunt ante noctem ad officium; ut Prosper Columna, consuetudine familiari Carulo prius in aula Cæsaris notus. Item ex supremo Romanę Ecclesiæ senatu purpurati quidā patres, inter quos Madrucii duo Otho & Christophorus, Germanicæ nationis Romæ principes, atq; patroni. Alii ne frustra & importunè molestarent incautum accursu ac strepitu subito, per suos quisq; internuntios salutare, adventuiq; gratulari, expiscariq; tempus oportunum, quo venire ad eum, ac animi benevolentiam promptam amicitiæq; officia debita coràm ipsi offerre possent. Itaq; quicquid erat amplissimi ordinis in urbe procerum, quos usitato nunc vocabulo Cardinales appellant, eo quòd gravissimorum reip. Christianæ negociorum Cardo semper in illo patrum conscriptorum senatu atque consessu versetur, sequentibus diebus honorifico cum comitatu singuli eum sua sponte visitarunt. Horum vestigia mox sequūtur Duces, Marchiones, Comites, aliiq; principes Italiæ, qui Romæ tum frequētes aderant. Nec defuère Christiani orbis absentium principum, ut Cæsaris Augusti, Regum, Ducum, ac civitatum legati; qui suorum vices suppleturi, quàm maximo quisque comitatu potuit, honoris, officiique caussa ipsum

Roma latissimus ambitionis atq; civilitatis campus.

Prosper Columna.

Otho & Christophorus Madrucii Cardinales Germani.

Cardinales unde dicantur.

ipſum adire, principumque ſuorum nomine gratulari, & cuncta præſentare: Carolus item ſollicitus ſatagere, ne ceteris incivilior aut inferior humanitate videretur. Quamprimùm igitur ceſſare principum viſitationes illæ cœperant carpentis pluribus pontificiis (ut in uſu frequenti Romæ nunc eſt) per urbem vectus, magna cum nobilitatis ſequela, ſingulis à quibus viſitatus fuerat, honores refundendo vices rependit. Plurimum quidem temporis in his obeundis officiis inſumptum fuit, non tamen fruſtra, vel ſine fruge. Excellentium etiam eruditione, prudentia, virtutumque omnium genere eximiorum hominum (quibus plerumque Roma floret, atque pollet; præſertim in ampliſſimo illo ſupremi ſenatus collegio Cardinalium) frequenti in converſatione plurimùm crevit judicio, probitate & morum elegantia. Atque eadem opera, dum urbem perluſtrat, oſtenduntur illi inſignia quæque ejus ædificia, tam publica ſummorum Pontificum, quàm privata Cardinalium ac principum, quibus noſtro ſæculo Roma plurimùm indies magis excolitur atque exornatur. Tum etiam urbis illius quondam triumphantis, atque orbi terrarum imperantis antiqua monumenta, giganteæ profectò molis opera, ſi prolapſas in ſolum, velut è montibus, teſtudinum, ac fornicum vaſtas rupes; ſi turrium atque murorum immanes ruinas intuearis in thermis, templis, amphitheatris, circis, aquæductibus, atque theatris, ceteriſque publicis ædificiis multis. Stupet non illiteratus hoſpes, nec ſatiari contemplando poteſt, ut & Carolus princeps, ejuſque comites quidam, incidentes in amphitheatrum Titi Veſpaſiani, ſupra ſeptem mundi miracula Martialis poëtæ elegantiſſimo epigrammate laudibus evectum, Pantheon Vipſanianum, Thermas Caracallianas, Conſtantinianas, atque Diocletianeas, provinciarum quaſi in amplitudinem extentas, ac urbium magnarum forma, turribus mœniiſque altiſſimis ſeptas. Mirantur tot marmoreos arcus triumphales, columnas cochlides, armorum atque bellorum expeditiones ſculptis ad vivum imaginibus referentes: pyramidum ingentia ſaxa, & obeliſcorum trabes immanes, quarum evehendarum ob cauſſam naves fabricatæ fuerant, ut veluti juga montiū per fluctus iratos transportarentur. Quid referam giganteos ex uno ſaxo coloſſos, Caſtorū ἱππιδάμων cū equis exultantibus

Antiqua Romæ monumenta

Amphitheatrum Titi Flavii Veſpaſiani Imp.

Pantheon.

Thermæ.

Arcus triũphales & columnæ cochlides.

Pyramides & obeliſci.

Coloſſi.

tantibus, atque Fluviorum ingentium prostrata corpora, tot ex ære marmoreque precioso & rari generis statuas artificiosissimas, columnas ingentes, vasa, labra, conchas, soliaque balnearia capacissima? quæ in thermis, balineisque publicis olim usui fuere: sicut & illæ cathedræ pertusæ ex Numidico leucostycto durissimo perpolitæ in Laternensis basilicæ porticu vulgi fabulis infames. Quæ omnia hic accuratius describere, alterius potius voluminis materia fœcunda foret. Nec operæ precium nunc arbitror, cùm plures docti viri nō infeliciter in eo stylum ingeniumque exercuerint, atque indies exerceant, Tanta igitur rerum mirabilium copia atque varietas admodum jucunda Carulò comitatuique non potuit non esse: dum in hortis pensilibus hospitio ipsius proximis obversantur oculis humana statura majores, atque specie magis augustæ ex marmore candidissimo statuæ: ut pulcherrimus ille Apollo Hecatebeletes, Hercules, Veneres, Mercurius, Genius principis, quem Antinoum Hadriani Imp. esse quidam autumant, Nympha Anapavomene ad fontem decumbens, quam Cleopatram volunt. Item ex uno Pario saxo Laocon ille Trojanus cum duobus filiis adolescentibus duorum draconum nexibus intricatus, atque tantopere à Plinio laudatus. In qua quidem statua ad unguem elaboranda tres simul artifices summi, Agrasander, Polydorus, & Athenodorus Rhodii communi consilio operam ac ingenium impenderunt. Raro quidem hæc casu inter ruinas ædium Titi Vespasiani Imp. conservata, & è Carinis extracta est. Sic Tiberis fluvius cum Lupa lactante geminos Romulum ac Remum ex uno saxo. Sic Nilus ingens Sphyngi innixus, per cujus corpus sedecim cubiti pueri (ut eos Philostratus Lemnius appellat) lusitantes ejus fluminis incrementa notant. Quorum decimus sextus humero ipsius insidens, calathum fructibus & floribus plenum capiti imponit: atq; indicat XVI. cubiti justum Nili incrementum Ægypto fructuum omnium summas adferre delicias; non secus ac XV. securitatem, & XIV. hilaritatē. Reliquos inferiores, nempe si supra XIII. cubitum non excrescat Nilus, famem ac penuriam Ægypto portendere, Plinius idem scribit historiæ naturalis libro V. cap. IX. Hæc etiam elegantissimè in ipsa statua per puerorū gestus indicantur, in cujus item basi frutices, herbæ, plan-

Sellæ balneares, non pontificiæ: ut simplici vulgo persuasum mē dacius fuit

Hortorum Calliopeiorum statuæ pulcherrimæ.

Laocon.

Tiberis.

Nilus.

bæ,plantæ Nilo peculiares ad vivum exsculptæ visuntur; ut colocasia,calamus,papyrus,aliæq;,quibus Ægyptus propter Nilum est nobilis,quemadmodũ & raris animalibus, in eadem basi non minus eleganter imitatis, Inter q̃ sunt hippopotami,ichneumones,trochili,ibides,scinci crocodili. Nec desunt ꝑpetui horũ adversarii ac domitores Tentyritę,naviculis amnē exercentes,atq; crocodilos remis territantes. Pusillũ genus hominũ,sed animi præstantia mira huic beluæ infestum:quorum vel voce sola,vel olfactu fugatur,non secus Psyllorũ tactu aut odore serpentes. Quinetiã Tentyritę crocodilorũ natantiũ dorso insilientes, injecta oris rictui clava, tanq̃ lupato equitantium modo in terram agunt captivos, coguntque evomere ad sepulturam recentia devorata corpora, quemadmodum Plinius idem libro octavo cap.XXV. memoriæ prodidit. Hæc quidem omnia singulatim, & quicquid erat in hortis Vaticanis pontificioque Palat o preciosorum ornamentorum, artis, atque elegantiæ, in picturis, sculpturis, aulæis, tectorio, & statuis, Carulo principi primis adventus diebus monstrata,& à Pighio declarata mirificè placuerunt: ut & in Nympheo Pii IV. summi Pontificis statuis, signis, epigraphis antiquis,& preciosis,rarisque marmoribus opulentissimo, pulcherrimus ille ex Pario pater Oceanus deus, aquarum omnium princeps, rerumque parens, ut eum Homerus appellat ex philosophorum veterum sententia: Qui inferiorum elementorum ac corporum genitale semen liquidum ex eo per universum exurgere, & propagari volunt; solisque, & siderum igneis per aquas exhalationibus nutriri. Oceanum itaque fabulantur amicissimum esse Prometheo, superiorum mundi corporum temperatorem Genium hunc intelligentes, ut inferiorum Epimethea. Jam verò quòd capite tenui velo sit tectus, nil aliud ingeniosi pictoris inventio hæc indicat, quàm quòd nebulis ac nubibus mare cælum obvelet,& vestiat. quin etiam humere suo genitali terram ipsum fœcundare,& ad plãtarum, stirpium,ac omnis generis herbarum germina producenda præparare: capillitium, barba, pubes, denique superciliorum ac papillarum crines, non tam ex cute, quàm ex achanti, herbarúmve tenerrimarum foliis aptissimè prodeuntes pereleganter significant. Facie quidem pulcher est, enascentiaq; in fronte bina cornua non parũ docoris addũt: quem-

Plantæ Nilo peculiares. *Animalia Aegypto peculiaria.* *Tentyritæ crocodilis infesti.*

Nympheũ Pii IV. in Vaticano. *Oceani statua pulcherrima.* *Prometheus.* *Epimetheus.* *Cur capite tectus Oceanus.* *Cur eius crines omnes ex herbarum foliis enascuntur.* *Cur cornutus.*

quemadmodum ταυρόκρανος in Eripidis Oreste nuncupatur Oceanus; tum quia ventis & tempestatibus actus taurorum ingentium instar mugitus edat horrendos; tum quòd Lunæ μηνοειδέος vel fulcatæ, quæ ταυρόκερως ab Orpheo vocatur, motum sequatur, & ad ejus mutationes fluxum atque refluxum suum augeat, vel minuat. Adde quod fontium, ac fluviorum parens dicatur, quos & cornutos finxit antiquitas, sicut etiam prius alia occasione demonstravimus. Jam verò manu altera tenet navis temonē, Promethei filii donum; eo quòd sola navigatione sit pervius, velivolisque lignis frequentetur. quod suum inventum esse, testatur apud Æschylum poëtam ipse Prometheus. Ceto vel pistrici Atlantico incumbit Oceanus monstro immani, ut beluarum ac prodigiorum genitor esse dicitur. Ejusdem quasi formæ cetum videmus Romæ inter cælestia signa, in Atlantis antiqua marmorea sphæra. Nam huic mōstro expositam Andromedam puellam à Nereidibus propter formæ contentionem, Græcorum fabulæ produnt, occisumque à Perseo cetum, cùm Andromedam solveret, & ejectum in littore sanguinis fontibus amplis mare tinxisse, quod à colore rubro Erythræum hinc appellari volunt, quēadmodum Philostrati icones pulchrè declarant. Cetus igitur hic vitalis ac ætherei spiritus Oceano solis radiis infusi, quo tanta vis animalium in eo gignitur, respirat & alitur, argumentum esse videtur. Ceterùm hæc, aliaque insignium statuarum (quæ tum principi in Vaticano, in Capitolio, Farnesiorum, Cæsii, aliorumque illustrium hominum palatiis & hortis occurrebant) mysteria hic diffusius exponere longum esset. Alterius etiam palestræ ceromata hæc esse videntur; majorique sudore digna: quamvis ea nos ubique (uti varietate rerum scitu dignarum lectorem nonnihil oblectaremus) obiter, atque παρέργως attigerimus. Nunc verò narrationis nostræ filum prosequamur oportet. Carulus princeps à languore, & hiberni itineris tædio nonnihil recreatus (ut dixi) studio & diligentia cunctis satisfacere conatur, tam in indagatione rerum cognoscendarum, quàm in virtutum, atque civilitatis officiis omnibus principe dignis; persuasus, quòd in illo Christiani orbis celeberrimo theatro famæ ac existimationis egregiæ lauream adipisci posset, si inter tot sublimes personas, & suā heroicè gereret, prin-

Cur navis gubernaculum teneat.

Cur Ceto marinæ beluæ incumbat,

Carulus ut personam suam egerit Romæ.

principumque virorum animos sibi conciliaret. Summus Pontifex insuper ipsum honoribus extollere, quocumque benignitatis genere sibi conciliare non destitit; per suorum præcipuos, & sanguine proximos officiorum omnium genere illum prosequendo continuè: à quibus etiam singulis exceptus est splendidis atque heroicis conviviis. Quo etiam amplius benevolentiam declararet suam, ad sanctiora Palatii penetralia sæpius eum accersire; privato colloquio, & consuetudine familiari adolescentem delinire voluit. Idque jam ab initio, cùm primis adventus diebus ejus familiares ex more majorum admitterentur ad sacræ benedictionis cæremonias, atque ad adorationem divinæ in terris potestatis. Tum Pontifici proximus in loco maximorum principum tecto capite stetit. Cùm verò V. Kal. Jan. Carulus religionis ergò sacratiores atque vetusta sanctimonia celebres septem visitaret per urbem basilicas: summus Pontifex præmissis suis cubiculariis, atque sacrificis, omnia ubique sacraria aperiti, recondita quæque proferri extra ordinem jubet, quæ rarò monstrari alioquin solent, ut sacrosanctum cum effigie Christi servatoris nostri sudarium Veronicæ: Longini centurionis lanceam, quæ pectus in cruce mortuo aperuit; clavum, quo cruci affixus; Rhodium nummum ex triginta argenteis, quibus à Juda ptoditore fuit venditus; Divorum reliquias infinitas, donaria rara; atque alia preciosa cuncta ostendi jussit. Festis autem diebus singulis, summo Pontifici in pompis solemnibus atque sacris publicis præstò semper fuit, vocaturque per ejus familiares, & ex hospitio deducitur peramplo cum comitatu ad Palatium: supremoque tum sacerdoti ad operandum eunti sanctioris togæ laciniam à tergo gestavit, sacrificanti mantile porrexit, & amplissimi senatus in sedilibus inter juniores Cardinales è regione Pontificis dum sacra fiunt, sedere jussus est. Qui honos singularis adolescenti attributus, maximè in vigintiquinquennalibus anni Jubileji inchoandi pompis celeberrimis, præsentium quorundam sui otdinis animos, & eorum, qui legati rerum ac maximorum principum nomine officia ibidem obire debebant, nonnihil perstingere videbatur, tanquam luminibus ipsorum obstruens. Verùm pontifex præclaram adolescentis indolem honorum stimulis excitandam ratus ad virtutis amorem, occasio-

Summi Pontificis humanitas ergaipsum.

Visitat septem urbis præcipuas basilicas.

Vigintiquinquennalia sacra Iubileia.

occasiones nullas prætermittit, quibus reipsa, factisque desiderium suum orbi Christiano testetur: quantopere cupiat principum Germanorum quorundam, inclytæque illius gentis alienatos errore quodam fatali, perversorumque hominum hæreticorum technis atque calumniis quodammodo fascinatos animos paterna benignitate, beneficiorũque quovis genere religioni Catholicæ, & Romanæ Ecclesiæ orthodoxæ reconciliare. De Caruli igitur honoribus Pontifex seriò non solùm cogitare, verumetiam amplissimi senatus concilio extra ordinem IV. Kal. Jan. convocato, referre apud patres conscriptos non dubitavit. Tantus ibi mox suffragiorum consensus effulsit, ut omnes laudarint probarintque Pontificis opertunam relationem, optimeque propositum consilium. In principis senatus Jo Moroni, pietate, doctrina, prudentia, nec non rerum Germanicarum peritia præcipui sententiam pedibus itum est; decretaq; honorum prærogativa vel eminentia principi advenæ, non infimi in Imperio gradus, nobilitate domus vetusta, & tot Cæsarum ac regum affinitatibus conspicuo. Nec solùm inter sacra, solemnésve cæremonias, verumetiam in quib' omnibus occasio daretur ornandi augendiq; gratum & amicum hospitem: quáve parentes & tota denique domus ejus patrum & avorum ab omni ævo memoria de Christiana religione Ecclesiaque principe Romana præclaris rebus gestis optimè merita honorari atque obvinciri posset. Itaque rectè probeque facturum summum Pontificem, si item Kal. Januarias consecrati gladii aurei strena solemni gemmatoque Ducatus insigni pileo, (quæ munera alicui principum Christianorum boni ominis causa mittere quotannis solebat) ipse sua manu magnæ spei ac expectationis principem hospitem decoret, virtutumque ornamentis investiat: quo spiritus sancti numine, & auspiciis auctior, pietate ac religionis Catholicæ amore, fama factisque præclaris grandescat, atque provehatur. Honorificum Carulo senatusconsultum hoc fuit, qui tota urbe in oculis omnium tunc erat. Nono Kal. Januarias, quo die pomeridianis initiis (ut omnia solemnia sacra ritu vetusto Christiani solent) exordiuntur annuum natalem diem sequentem Servatoris nostri Jesu Christi, quo per virginem puram salus humani generis, veluti per portam cæli sacrosanctam, in orbem terrarum intravit

Summi Pōtificis studiū erga Germanicam nationem.

De Caruli honoribus refert ad senatum.

Senatuscōsultum de prærogativa honorū Caruli.

Strena solennis aurei gladii atq; pilei gemmati Carulo decreta.

Exordium anni Iubilæi.

Cur porta sancta tum aperiatur.

intravit, inter cæremonias summo Pontifici portam aperienti sanctam proximus adfuit, & post eum intravit in primis. Ipso natali sacris operationibus omnibus interfuit atque sub triplicis liturgiæ tertio Missarum sacrificio majore, inter juniores Cardinales ac principes, corporis & sanguinis Jesu Christi Servatoris nostri mysticam communionem, à dextera perlitantis summi Pontificis, cum amitino Bavaro Duce Ernesto reverenter acceptavit. Sequenti die D. Stephani festo familiariter cum summo Pontifice pransus est, atque solus ejus mensæ tecto capite adhibitus, a suomet pincerna structoreque servitur; astante reliqua nobilissimorum hominum caterva detectis capitibus. Sed priusquam ulterius progrediar, nonnulla de causis, & origine anni Jubeleji, & portæ sanctæ vetustis cæremoniis, in medium proferre non incongruum videtur. Antiquissimam ejus quidem anni institutionem esse, constat apud Hebræos, quem Moses eorum primus legislator ex dei oraculo non sine mysticis rationibus ordinavit ex septem hebdomadibus annorum perfectis, quæ simul XXXXIX. annos constituunt. Supplet & perficit hunc septem septenniorum, ut ita dicam, circulum ipsa monas in quinquagesimo: non quidē per se numerus, cùm sit individuus, sed numeri principium & finis, fons, radix, ac parens. Non ineptè propterea uni individuoq; Deo, summo bono, rerum omnium auctori, atque parenti, conservatoriq; comparata: qui, non secus ac monas numerorum seriem, mundum, rerumque in eo cunctarum statum ac ordinem suo nutu immutabilis, ac semper idem ipse moderatur, atque continet. Septenarium numerum quidem ab ipso mirificè commendari, plurimis argumentis cognitum est: & maxima quæque ingenia causas indagare satis nequeunt. Mundum imprimis ornavit septem stellis vagantibus, quas Planetas ideo vocamus. Et quia variis eximiisque virtutibus præpotentes in elementa, ac inferiora corpora cuncta dominantur, haud malè κοσμοκράτορες, tanq̃ mundi principes veterum judicio nuncupatos fuisse legimus. Quin etiam homo, quem ad imaginem suā factum, ac ratione dotatum, veluti delicias suas orbi terrarum rebusque in eo creatis omnibus præposuit, tota membrorū symmetria, corporisq; compagine sic conflatus divino numine videtur, ut septenarii numeri vis atque potestas in eodem

Cæremoniarum anni Iubeleii causa & origo.

Septem annorum hebdomades.

Monas.

Septenarii numeri vis ac virtus.

Septē planeta.

Homo.

in eodem luculenter eniteat. Constat etenim ipsum septenaria ratione concipi, formari, vivescere, perfici, adolescere, & roborari; nec non decrescere, atque debilitari. Quemadmodum Platonici copiosè demonstrant, argumentisque pervincunt totam humani corporis fabricam atque hominis vitam isto dispensari numero. Quin etiam sensuum officia quatuor, visus, auditus, olfactus & gustus, in capite velut in arce posita, quo rationis temone regerentur, septem foraminibus, oris videlicet uno, oculorum, aurium & narium ter binis administrari: Quintum verò, tactus, per totum corpus diffundi, ut torporem viventis arceat, & vigilantiam excitet ad noxia quæque fugienda. Quapropter hunc numerum perfectionis, universitatisque plenitudinem in se continere, doctorum opinione receptum est: idemque persuadent ejus virtutes & effectus. veluti pulcherrimè docet tanquam in digitos argumenta diducens, Macrobius in suis commentariis, quos in Scipionis somnium Tullianum luculentissimè conscripsit. Ad quem hujus mysterii curiosum lectorem remitto, quandoquidem ulterius nunc pergendum nobis est. Qantum igitur excellentiæ ac dignitatis septenarius rebus à Deo creatis adferat, hic diffusiùs explicare, necesse non videtur. Non præteribo tamen quod ad rem attinet, eundem ab omnipotente Deo consecratum ab initio fuisse: cùm omnipotente verbo mundum sex dierum spatio crearet, & tantis operibus consummatis, septimo die quiesceret, qui inde Sabbathum, id est, quies dictus est. Itaque diem septimum quemque sanctitudine peculiari sublimavit, feriatumque ab operibus profanis esse voluit, cùm hebdomadam absolvat, nempe septem dierum spatium: cujus circulo ac repetitione menses, anni, & sæcula peraguntur non solùm, verumetiam ætates, animantiumque vitæ per climacteras quasdam suas reguntur. Quare per Mosen populi sui ducem sanciri legibus jussit, uti septimum quemque diem, mensem, ac annum religiosissimè colerent: hunc numerum in sacris cæremoniis, & arcanis mysteriis revereatur observarent. Septimo die populus ab omni opere abstineret, rebus divinis vacaret: quia sabbathum domini Dei, & signum fœderis ipsius esset. Septimo mense tubæ clangerent, afflictioneque fierent expiationes à peccatis. Sex annis agriculturam exercerent, fructus colli-

Septenari° à Deo consecratus.

Sabbathū.

Hebdomas.

colligerent; ſeptimo quieſcerent, fructus pauperibus relinquerent. Sex annis Hebræus emptus ſervitutem ſerviret, ſeptimo, ſi velit, liberaretur gratis: ſi nolit, aure pertuſa domini maneret in ſæculum Jubileji ſequentis. Utique poſt ſeptem hebdomadas annorum plenas, quæ conſtituunt quadraginta novem, ſequenti quinquageſimo feriarentur; quem tubarum ſeptem clangore, quadrageſimi noni anni menſe ſeptimo indicerent, publicarentque: quia Jubelejus ac remiſſionis omnium vocaretur, eſſetque ſanctiſſimus. Eodem non ſererent, nec ſponte naſcentia meterent, colligeréntve primitias. Eodem contractus, obligationes, & debita quævis diſſolverentur, exilia & ſervitutes omnes tollerentur, venditæ alienatæq; poſſeſſiones redirent ad primos dominos, & unusquisq; ad familiam priſtinam, nativumq; ſtatum ſuum. Admodum igitur appoſitè hunc annum Jubilejum, quaſi remiſſionis, reditus, atque lætitiæ haberi, ac nominari legiſlator voluit, à voce primigenia יובל Jobel: quæ lingua Hebræorum ſonat reductionem, vel reditum; Chaldæis autem arietem: Ex arietum enim cornibus erant compoſitæ illæ tubæ vel buccinæ ſeptem, quib' hic annus à ſacerdotibus publicari ſolet. Nec ineptè quidem: ſignificabat etenim ipſis aries regnum ac ſacerdotium: dux enim & cuſtos eſt gregis. Principes igitur ſacerdotum, ſeptem ex lege tubis ſuis arietinis, priſtini ſtatus reductionem, velut maximi gaudii nuntium, populo publicabant. Latini verò gaudium ineffabile, quod verbis explicari nequit, voce tamen teſtatum, non diſſimili, nec minus antiquo vocabulo, Jubilum appellant: quemadmodum & Celtæ, Germanique rem precioſam, charã, & gaudio afficientem, Jouveelum: iidem Jubilejum annum ſua lingua vocant aureum, à metalli ejus precio; ut & omnia chara dicunt aurea. Quæ quidem nomina ex eodem fonte prognata ſunt; & anni dicti non minus, quàm legis virtutes & effectus declarant. Quid enim non gaudii & exultationis adferunt dibitorum remiſſio, bonorumque recuperatio pauperibus, libertas ſervis? quid non deſiderii tantorum beneficiorum expectatio? Non immeritò quidem annus hic, quem & aureum Germani nuncupant, ab afflictis & oppreſſis, tanquam precioſus & charus haberi, votis omnibus exoptari, & excipi ſumma cum lætitia poterat. Ceterùm non ſine divinis rationbus legis-

Iubileus annus Hebræorum.

Cur Iubilæus dicatur.

Iubilum quid.

T

legislator ille summus eos ritus instituisse, legésque tales præfracto, & barbaræ servituti adsueto populo imposuisse videtur; quibus eum ad humaniorem cultum reduceret, & ad sui timorem ac reverentiam compelleret: cùm nimirum sibi hunc, velut in hæredium, & in ejus fundo stirpem delegisset, ex qua deniq. Servator humani generis Christus Dominus noster divina prædestinatione nasceretur in terris, ex tribu videlicet Juda, & semine David, quemadmodum plurimi prophetæ vaticinati sunt. Ne igitur familiarum ac tribuum fieret confusio, temporum longo successu, quæ nasci plerumque solet ex longinquis & promiscuis conjugiis, & bonorum hæreditariorum alienatione: cautum diligenter legibus, ne quis extra familiam aut tribum suam matrimonium iniret, néve nuberet. Uti uxorem viduam fratris sui defuncti sine liberis, frater ducat in matrimonium, semen suscitet, & primogenitum ejus nomine appellet. Uti in tribubus XII. familiæ singulæ restituerentur in integrum anno quoque quinquagesimo; possessiones, villæ, bonáque omnia quocunque modo distracta redirent ex prima sortium distributione ad easdem, & ad primos hæredes suos, atque in servitutem addicti, in libertatem, & ad cognationem quisque suam. Harum igitur legum beneficio sanguinum commixtio, hæreditariarumq; portionum, quas Josue dux populi Hebræi tribubus ac earum familiis singulis in terra promissionis ab initio assignaverat, alienationes perpetuæ prohibebantur. Nam & anni Jubileji recursus, velut aureum quoddam sæculum, conlapsa reparando priscà jura, possessiones, libertates familiis singulis, atq; privatim cuique; nec non felicem ac quietum reip. totius statum reducebat. Non itaque difficile fuit familiarum stemmata & propagines à prima stirpe deducere, cùm intra familiam & cognationem manerent conjugia. Et cùm maximè illi populo fuerit semper usitatum genealogias colligere, & natalia quorumcunque curiosè scriptis mandare. Ut liquidè satis ex patrum sacris voluminibus atque vaticiniis constet, adventum expectatum Messiæ in Christi liberatoris nostri, ex sanguine David & tribu Juda nati vita & passione, in terris expletum fuisse: quod in confusione illa cognationum ac familiarum haud facilè demonstrari potuisset. Jam verò sabbathi, & anni septimi, ac rursum cum

Num. 36. Tob. 7.

Deuteron. 25. Levit. 25.

Jubileji

Jubilejo recurrens illa quies atque vacatio laborum publica commodi plurimum adferebat;hominibus videlicet, atque jumentis virium restaurationem, agris fœcunditatem, pinguiáve novalia possessoribus agricolis. Libertatem denique atque bonorum recuperatio, hoc est, restitutio in integrum & pristinum statum vniuscujusque,certam quandam suis temporibus conditionum ac fortunarum æqualitatem pariebat,quæ ut conciliatrix amoris & concordiæ, sic & injuriarum,invidiæ,atque contumeliosæ superbiæ profligatrix esse solebat.Itaque visum illi supremo legislatori, hisce ritibus,aliisque legibus oportunis, gentem in usuras, avaritiam,ac sordidos quæstus pronam compescere : ne divitiis supra modum evecti,insolescerent, pauperes opprimerent, virtutem ac cultum divinum vilipenderent. Atque hæc quidem haud leves instituti apud Hebræos Jubileji anni fuisse causæ videntur. Verùm enimverò,cùm in veteris legis oneribus,& umbratilibus sacramentis,quæ Moses obvelata facie legem ferens Israelitis imposuit, gratia Dei, qua genus humanum crimine primi parentis conlapsum per filium suum Jesum Christum Servatorem nostrum,ordinatissima temporum dispositione restaurare decreverat, operta multis sæculis jacuerit,quæ tandem per Christi Evangelium,ac eius passionem,velo templi scisso,in lucem prodiit:jam mihi facilè persuadeo,sub prima illa sabbathi atque anni Jubileji institutione sublimiora etiam mystaria comprehensa latitasse.Sic etenim necesse est intelligamus,quæcũq;sub veteri lege decreta,factáve esse legimus: ut cogitemus in his esse plurima,quæ signant postmodum in ecclesia Christi gerenda,& nobis etiam imitãda esse, quemadmodum D. Gregorius testatur. Quid enim significat septimi diei sabbathũ, quod Deus ipse ab operibus quiescendo sancire voluit, & vacatione diligenti profanorum atq; servilium laborum sacrari à Judæis? Non aliud ex D. Augustini sententia, quam à servitute perpetui hostis & peccatorum jugo liberandos nos esse per Christi passionem & Spiritum sanctũ,quo beneficio vinculis peccati dissolutis in verã libertatem asserimur. Christus igitur nos oneratos,ac laborantes sublevat & reficit: fessis criminum sublato põdere veram quietem præstat. Hic libertatis nostræ vindex legẽ adimplens ipse,sabbathũ fœlicissimũ nobis attulit,missꝰ à Patre,ut suis nũciaret annũ Jubileũ

Reductio veteris Jubileij ad Christianã religionem

De spiritu & litera, cap. 15.

T 2 plenum

plenum salutis & gaudii ineffabilis; vel, ut Isajæ prophetæ verbis dicàm, annum placabilem, vel acceptabilem Domino, & diem retributionis Deo nostro. Quod vaticinium in se compleri palàm indicavit Christus ipse, cùm in terris inciperet Evangelium, atque annum hunc acceptabilem prædicare; jam in Jordane baptismatis tinctus ac unctus sacramento; nec non superveniente figura columbæ Spiritus sancti numine, & Dei Patris oraculo commendatus, ut ipsum audiremus. Tunc patriæ suæ synagogam ex more sabbatho ingressus, cùm librum lecturus apperuisset, in eadem incidit Isajæ verba hæc: Spiritus Domini super me, eo quòd unxerit me; ad evangelizandum mansuetis misit me, ut mederer contritis corde, & quæ sequuntur. Cumq; legisset, & omnium oculi in eum essent intenti, convoluto libro, cœpit ad eos dicere: Hodie completa est scriptura hæc in auribus vestris, & facundiæ ad miraculum ex ejus ore fluentis gratia cunctis hoc facilè persuasit. Christus igitur Servator noster Jubilejum & gratiæ verum annum à Judæis ex lege per figuram celebratum nobis attulit, & simul per evangelium annunciavit mansuetis, hoc est, spiritu pauperibus, ut D. Hieronymus prophetæ verba interpretatur. Missus ad sananda vulnera contritorum, & ut prædicaret captivis, peccatoque servis libertatem, clausis apertionem, vel vinctis solutionem. Hic legis abolevit obligationes, & reliqua vetera. Hic primi parentis crimine genus humanum infestissimi hostis servituti mancipatum sua morte liberavit, peccatorum vincula solvit, clausos in barathro patres antiquos à morte resurgens eduxit, apertaque celi porta, beatitudinis æternæ thesauros patefecit, hæreditatem amissam, & felices paradisi possessiones, celestemq; patriam exulibus nobis ad eum redeuntibus benignè restituit. Adventus quidem tam exoptati temporis, vel potius Jubileji nostri etiam arietinarum tubarum septem clangore nobis prænunciatus fuit; nempe vaticiniis prophetarum plurimis, ut septenarius numerus item multitudinis symbolum est. Notum est itidem, in veteri lege mensis septimi initio tubarum festum celebrasse Judæos, nihilque aliud sibi hoc voluisse, vt interpretantur Theologi, nisi ex prophetarum oraculis, Evangelii, & Apostolorum vocibus, quarum sonus cælestium tubarum instar in omnes terræ fines exire destina-

In Isaiam lib. 16. cap. 61.

Num. 29.

destinatum erat, instituere & initiari sacra omnia nos debere. Quin etiam arietes Nabajoth, qui apud Isaiam cap. IX. ministrabunt & offerent. D. Hieronymus interpretatur de electis in sacerdotium, & de ministris ecclesiæ. & ubi psalmographus cecinit, filios arietum Domino adferendos esse, eos Principes ecclesiarum Eucherius exponit, vel, ut Augustini verbis dicam, quos per evangelium duces gregum Apostoli genuerunt. Arietinæ igitur tubæ, videlicet Moses & prophetæ, nobis hunc annum remissionis & gratiæ per figuras & ænigmata obscurè clangere ceperunt; ac demum ille præco buccinator D. Joannes præcursor in fine quadragesimi noni anni, in ipso liberatoris nostri adventu; imo etiam angelicus è cælo concentus in ipsius nativitate, cum ex virginis utero procedens, portam gratiarum auream cunctis aperuisset, pastoribus apertius, pacem & gaudium magnum bonæ voluntatis hominibus promittentes nunciarunt. Admodum igitur appositè & hos arietinas nobis fuisse tubas opinabimur, qui nobis Christum monstrarunt, ut agnum innocuum & immaculatum, qui mundi peccata sua morte tolleret, & æternæ vitæ reseraret aditum. Quin per arietem illum, quem jussus erat Aaron pontifex pro populi peccatis offerre in holocaustum, Christus etiam repræsentatus fuit, ut D. Augustinus, Hesychius, aliique veteres Theologi interpretantur. Nam hic idem per crucis extensus cornua, spinisque coronatus olim adumbratus fuerat, per arietem cornibus suspensum in vepribus; quem pro filio jussus Abrahamus immolavit. Hæc victima sola sanguine suo supremæ justitiæ moriens satisfecit, primi parentis, universique generis humani crimina, quibus immortalitati eramus facti inhabiles, diluit, ac sustulit; amissas æternæ beatitudinis possessiones hæreditarias, libertatemque illam priscam restituit cunctis; ejus evangelium ac legem gratiæ, sine qua vetus lex ad salutem invalida est, recipere volentibus. Cujus quidem tanquam Jubeleji veri ac placatissimi anni buccinator etiam ipse non minus, quàm auctor, & effector in Judæa fuit. Et cùm corporis & sanguinis sui testamentum credentibus relinqueret, per mortis tramitem vitæ portam mox aperiret, per crucis arma nostræ servitutis tyranno profugato, castrisque ejus expugnatis, vincula captivorum solveret, mortis & inferni victor redivivus triumphans

In Isaiam li. 17.

Psalm 28.

Genes. 22.

in cælum scanderet; abundantissimè pro nostra salute & restitutione debitum solvit, Deoque Patri ad ejus gratiam se conferentes cunctos reconciliavit. Jam verò cùm vivificus dictæ gratiæ, nostræque reparationis thesaurus cunctis quidem pateat accedere ad ipsum volentibus: non tamen ad ejus usumfructum quis pervenire potest, nisi per legem gratiæ, & sacramenta à Christo liberatore nostro instituta renatus, in Ecclesiæ gremium prius admittatur. Hujus igitur inæstimabilis thesauri dispensationem absolutam è terris discedens Christus, Petro, & Apostolis, eorumq; successoribus commendavit, ut eundem per ecclesiæ suæ membra fideliter & prudenter, pro animarum salute distribuerent. Itaque completis rursum septem septenraiis mysticis, quinquagesima post resurrectionem die, cùm jam in cælum ascēdisset, promissum suis Spiritum sanctum misit, cujus afflati numine, nihil non ritè facerent ac docerent in ejus ecclesia. Remanet igitur hæc plena distribuendi potestas per Spiritum sanctum in D. Petri, quem pastorem in terris constituerat, & curam sui gregis cum clavibus regni cœlorum dederat, successore, hierarcha Romano: ut is pro usu & necessitate temporum, passionis & sanguinis sui incomparabili precio succurrat imbecillitati nostræ; quando variis in hac miseriarum valle malorum periculis & ærumnis exposita, perduellis inimici insidiis atque infestationibus assiduè vexemur. Sic enim visum supremo Numini, proprio non parcere filio, sed humiliatum humanæ fragilitatis conditione morti substernere, pluribus onerare calamitatibus, noxę dedere: ut tanti pignoris precio salutis æternæ porta ad eam tendentibus aperiretur. Idemque voluit, ut filii sui vestigia hic insequamur, nostram & ipsimet crucem portemus, licet invalidi. Adsit, ut D. Pauli verbis dicam, stimulus carnis, vel angelus Sathanæ, qui colaphiset per errores, & carnis passiones; ut vigilemus diligenter per adversitates, ne extollamur in superbiam. Hujus improbitatem & colaphos cùm non semel Paulus fuisset deprecatus, repulsam se passum cum tali responso scribit: Sufficit tibi gratia mea. Cujus quidem ope laboremus oportet continuè, ut destruatur in nobis peccati jugum: eoque dissipato, Christi Servatoris nos adaptemus auxilio, veræ libertatis beatitudini, nequissimamque dæmonum tyrannidem orationibus &

2. Cor. 12.

bus & jejuniis feliciter excutiamus. Christi enim solius meriti: nostra qualiacumque bona opera ad eam beatitudinem consequendam conferre quid poterunt. In eum itaque finem à Romanis Pontificibus, D. Petri successoribus, ad imitationem veteris Jubileji Hebræorum, inter alios, quibus in officio ecclesiam gregemque sibi commissum continent, modos, & ille ab antiquo repertus est, quo populum ad pœnitentiam errorum & scelerum, vitæque correctionem, & ad pietatis exercitia pellicerent: quo revocant statis diebus ac annis in memoriam hominum Christi Servatoris nostri benignitatem & merita, per quæ culparum omnium venia atque condonatio gratuita ejus clementiam implorantibus præsentatur. Omnes etenim, ut Flaccus poeta canit,

Non secus ac pueris olim dant crustula blandi
Doctores, elementa velint ut discere prima,

magnis propositis præmiis invitant ad veri illius Jubileji à Deo per filium nobis promulgati communionem, veluti ad solemne regis superni convivium, & hymeneïas epulas, ad quas neminem nisi in habitu nuptiali splendidum, nisi fœdis vitiorum sordibus expurgatum venire decet. Quarum eluendarum causa summus Pontifex paratos ac limpidos nobis ostentat fontes, nempe sanguinem sacrosanctum, ac merita Christi. Ad quos precibus, jejuniis, eleemosynisque pro nostro modulo præparati, Divorum patrociniis adjuti properemus licet, ea cum fiducia & persuasione, solum illum liquorem nos emundare, & candidatos adaptare tanto convivio posse. Nam nihil redemptoris nostri gloriæ decedet propterea, (ut hæretici malignè calumniantur) quod nostræ imbecillitatis memores, nostrisque viribus diffisi, patronos ipsi gratos imploremus, & adminicula oportuna solliciti quæramus. Cùm autem publicæ cærimoniæ & epiphaniæ vel apparitiones quædam adiaphoræ partim olim admissæ inter sacra tanquam imagines & picturæ moveant, & incitent hominum animos; doceant, & renovent memoriam rerum gerendarum; quas D. Augustinus eleganter admodùm escas appellat, quibus in utero suo susceptos, & ex baptismo renatos fovet, ac reficit sancta mater Ecclesia, ut hilares & benè

Matt. 22.

De symbolo ad Catech. lib. 4. cap. 1.

& benè pastos nos exhibeat Christo: non incongruum profectò, vel ineptum videri poterit, quòd summus Pontifex populum omnem Christianum sibi commissum exhortatur ad pietatem, preces, operaq; bona, instante Jubilejo gratiarúmve tempore sacro; vel ingruente Turcico bello, periculosaque tempestate quapiam remp. Christianam turbante. Non absurdum apparebit, quòd nos inflammet ad opem divinam implorandam, convocet gregem universum ad ovile suum; ad Ecclesiam videlicet Romanam, tanquam ad fidei petram, & Ecclesiæ fundamentum: Immo velut congreget ad arcam illam Noë, extra quam (ut D. Hieronymus ad Damasum scribit) regnante diluvio, qui manet, peribit. Non ociosum, inquam, videbitur, quòd orando, pulsandoque gratiæ cælestis portas aperiri posse cærimoniis demonstret; dum omnibus ordinibus sacris stipatus, maxima cum pompa portam basilicæ D. Petri Apostolorum Principis in Vaticano semper alioquin muro lateritio clausam anni illius initio precibus & malleo recludit, atque per eandem crucis sacrosanctæ signum triumphale, cereaque benedicta sancti Spiritus lumen mentes illuminantem, ac divini amoris flãmam corda succendentem infert, populi multitudine ingẽti subsequente. Quantus tum, ô superi, hominum omnis generis ex universis Christiani orbis provinciis ad ea sacra Romam venientium confluxus? exposita cuivis ex inexhausto passionis & meritorum Christi, Divorumque thesauro plenissima peccatorum indulgentia; non propter dictas illas cærimonias, non ob nostras preces, peregrinationes aut labores, sed propter unicũ nostræ salutis assertorem IESVM CHRISTVM. Quod ipsum etiam in suis edictis summi Pontifices promulgare nunquam prætermittunt. Ob has igitur rationes, & in eum modum anni Jubileji festum à D. Petri successoribus institutum indicitur: Non quidem Judaico prorsus ritu, sive ex veteris legis decreto, cujus cærimonias per Evangelii gratiam ablatas esse, Paulus ubique contendit; sed ut legis Mosaicæ adimpleat mysteria, cùm illa Jubileji tempore possessiones & bona his in terris duntaxat redderet, nexos solveret, & corpora in libertatem vindicaret. Nobis autem per Evangelium Jubilejus annus exoptabilior offertur, quo nexus animorum solvuntur à criminum vinculis, amissæq; cælorum possessiones in liberta-

tem

tem assertis restituuntur. Ut autem anno quoque centesimo hæc festa repeterentur, Bonifacius VIII. summus Pontifex primùm decrevit; & portam basilicæ in Vaticano aperuit: largissimamque statuit peccatorum omnium indulgentiam cunctis qui urbis inquilini triginta ejus anni diebus, quive peregrini aut advenæ, quindecim diebus, confessione, pœnitentia, ac corporis Christi communione prius lustrati, ad sacra religiosè per eam intrassent. Clemens post eum sextus ejus nominis, flagitantibus Romanis, ad annum quinquagesimum Jubileja reduxit, cui & grata tanti muneris dispensandi occasio visa fuit. Is alteram addidit portam basilicæ D. Joannis Lateranensis in Cælio, statuitque ut totidem vicibus & ibidem sacra visitarentur. Adjectæ postea ad similes visitationes faciendas duæ sanctiores aliæ basilicæ, D. Mariæ Majoris in Exquiliis, & D. Paulli via Ostiensi. Atq; ita portę patefiunt in vigilia Christi Nativitatis, initio Jubileji, eadem hora quatuor; una, ut diximus, per summum Pontificem, aliæ tres per basilicarum dictarum Antistites synmystas Cardinales. Sixtus IIII. denique temporis interstitium contraxit ad annos XXV. ratus vitam hominis mille casibus & periculis expositam rarius ad quinquagesimum annum pervenire, gratiæque illius expertem infinitam hominum multitudinem idcirco fieri. Ætati cuivis anno quoque XXV. rectè consuli, cùm unius hominis vita ter annum illum felicem & optatum attingerē possit: in juventute nimirum, virili ætate, & senectute; fraudariq; dumtaxat, quibus lubricam adolescentiam excedere non contingit. Hæc præcipua contrahendi temporis caussa fuit, ut videlicet major frequentiorq; cœlestium gratiarum copia proveniret; non pecuniarum, sicut quidam falsè, magis quàm salsè jactitant. Quid enim hoc sæculo his moribus tantum lucri pontificio ærario ex stipe illa collatitia & arbitraria accedat, non video; quæ potius ad basilicarum, sive ædium sacrarum fabricam, pietatisque culturam conservari solet. Summo Pontifici interea non levis incumbit cura, ut in urbe, & ecclesiæ ditionibus ubique locorum ad tantum populorum confluxum commeatus abundet copia, annonæ provideatur utilitas, utique itinera reddantur à latrociniis tuta peregrinis, quæ quidem sine magnis sumptibus præstari nequeunt. Sed de Jubileji origine & caussis jam satis. Cùm pridie Kal. Jan. Carulus

Vrbis Romæ magistratus inaugurātur sacramento iniurandi.

Solemnis novi anni strena, quæ Carulo donatur à summo Pōtifice, gladius, baltheus & galerus.

princeps maxima in principum virorum frequentia sacris pomeridianis interesset, novi urbis Romę magistratus eo die creati in habitu solemni ordine ante pedes Pontificis procumbentes ex more juramento præstito inaugurati sunt. Ipsis deinde Kal. sequentibus post Missæ sacrificium publicum honos ingens illi à summo Pontifice delatus est, qui principibus maximis rarò contingit ob occasionum raritatem. Mos etenim vetustus jam à multis sæculis inolevit, desumptus, ut apparet, ex Machabæorum historia sacra: in qua libro II. cap. XV. legimus, Judam ducem exercitus Judaici, priusquam iniret & contra Nicanorem prælium, vidisse in somnio summum sacerdotem Oniam pro populo orantem, Hieremiamq; prophetam tradentem sibi gladium aureum cum tali exhortatione ad prœlium capessendum: Accipe sanctum gladium munus à Deo, in quo dejicies adversarios populi mei Israel. Aggressus igitur prælium Judas, compulsus ab hostibus Sabbatho; victor, occiso Nicanore, prostravit ad XXXV. hostium milia. Atque hinc occasio desumpta videtur sacri ritus istius, ut Romani pontifices singulis annis in præclara natalis D. N. JESU CHRISTI nocte priusquam exordiuntur sacrificia, thure & aqua lustrali consecrent, & sanctis precibus inaugurent ensem affabre factum, aurea vagina, baltheo, capuloque aureo instructum; & ejus mucroni impositum galerum ex holoserico molli janthino consutum, duplicatumque exuviis mustelarum, vel, ut quidam vocant, inalpinorum murium candidissimis, fascia vel diademate aureo circundatum, & margaritis plurimis circumtextum, exornatumque. Nobilis & opima hæc semper habita est strena, quam parat ea nocte solam Pontifex summus magno cuipiam principi donandam, qui bene de rep. Christiana meritus est, vel bene mereri adhuc potest. Nec caret suis mysteriis aptissimis, quorum meminisse & exequi significata, Christiani ac pii principis interest. Rituales etenim pontificum libri docent, per ensem illum consecratum signari imprimis Dei infinitam potētiam permanentem in Verbo, quo cuncta creavit, & quod tali die caro factum est: nimirum in Christo Deo Filio, homine vero, Patriq; æquali: cui data est omnis potestas in cœlo & in terra, ut ipse cælum scansurus ad Patrem, dixit; mandans eandem potestatem Petro, suisq; collegis in Ecclesia vel civitate

Quid gladius significet.

Matth. 28. Ioan. 17.

nova

nova nuper ab ipso condita, & sanguine ipsius consecrata, adversus quam portæ inferorum non essent prævalituræ. *Matth.16.* Cujus cùm fundamenta firma in ovili suo pastor bonus jecisset, ejus, ut dixi, gubernacula discipulis, ac Petro tanquam capiti, Vicarioq; suo, cum clavibus regni cœlorum commisit: Jubens uti docerent omnia, quæ mandaverat & docuerat ipse; per baptismum & evangelium invitarent omnes gentes ad salutem, & reciperent quoscunque in civitatem illam sanctam, extra quam vera salus nulla; & in qua cœlestis politiæ leges ac mandata ipsius servarentur, atque imperium omne legitimum in terris à Deo proveniens Spiritus sancti nutu, & auspiciis rectè distribueretur. Divinæ providentiæ, cujus nutu regna constituuntur humana, sacra mysteria quis dignè satis admiretur, & veneretur? dum perpendimus, eam sacræ illius politiæ suę prætorium ac regale solium in arce imperii terrestris urbe Roma collocare voluisse; quo gladius ille potestatis supremæ, cui terrarum orbem jam subjecerat, auro divinæ legis, Christianæque fidei tutius conservaretur, atq; salubrius regeretur. Itaque Petrus Apostolici ordinis Princeps ad hanc destinatur provinciam, inferreque trophæum crucis Christi Romano Capitolio jussus est: quo veritatis æternæ lumen in salutem omnium efficacius faciliusque se ab ipso capite per totum mundi corpus effunderet. Designat igitur consecratus gladius item ille, jus, imperium, ac potestatem summam regendi in terris à Christo relictam Præsidi Ecclesiæ suæ Petro, & ejus successoribus. A quibus Christiani, & pii principes etiam maximi quique haud gravatim hoc juris acceptant, & acceptarunt hactenus, qui se membra corporis ecclesiastici, & sanctæ è Christo constitutæ civitatis cives agnoscunt; & intelligunt, ejus corporis esse caput unum, cui membra singula (ni tabescere, & perire velint) subservire debent. Atque in illa civitate rectorem à Christo positum esse cum potestate suprema Vicarium suum, cui magistratus subdelegati obsecundare pacis & concordiæ caussa debent: ac nos omnes obtemperare, quamdiu ejus reip. privilegiis gaudere volumus, cogimur, propter Christum, cui nos in baptismo subjecimus. Manifestum enim est, navem illam magnā reip. Christianæ ab uno gubernatore regi divino nutu, tanquam ab animo solo totū corpus; & licet ille clavum tenens in puppi sedeat quietus,

ejus tamen imperio parendum tam nautis, quàm qui una navigant, si prospere ferri cupiunt. Jam gladius à maiore potestate principi traditus simul commendat prudentiam & rationem rectam quæ bonum à malo discernit: Admonet justitiæ ad æquitatis æquilibrium cum cura perpendendæ, Quapropter ejus acumen anceps, ad pravum non minus paratum, quàm ad bonum destinatum, si in temerarii vel maligni hominis manum incidat, non sine causa tegitur, atque munitur auro, per quod veteres olim Sophiam, sive sapientiam allegaricôs semper intellexerunt: quæ inter artes & scientias omnes ita excellit, ut aurum virtute, pulchritudine, ac precio cetera metalla superat. Hinc Salomonis in proverbiis exhortationem legimus: Posside sapientiam, quia auro melior est; & acquire prudentiam, quia preciosior est argento. D. Joannes in revelatione sua hoc aurum ignitum appellat; ardore sancti spiritus inflammatam & pectora penetrantem sapientiam intelligens. Hoc ipsum Magi ab Oriente venientes infanti obtulisse Christo regi nato; hoc auro ab Hebræis Ægyptios fuisse spoliatos, per anagogen sacra etiam innuit historia. Et quidem divinus ille Plato, à nostræ religionis placitis haud longè dissitus, cum suis affectis sapientiam, & animi pulchritudinem obryzo, vel auro defecatissimo sæpius comparat. Quinimo gryphes atque formicas Indicas Æthiopicasque aurum in montem coacervare, nec non custodire diligenter, fabulati sunt antiqui; insinuantes labore ac diligentia, & item animi magnitudine sapientiam adipiscendam esse. Nam formica laboris indefessi nobis exemplum præbet: & gryphus ex aquila & leone conflatum animal, ut fabulantur, simulachrum est generosi, & magni animi: ideoque non ineptè gryphes & formicas Apollini, sapientiæ præsidi, dedicarunt. Jam vides quàm aptè principis gladius, id est, legitima potestas à Deo data, ne lædat vel lædatur, sapientiæ ac boni consilii aureo tegmine conservetur. Quoniam verò linguam constet in homine membrum pessimum atque optimum esse paci atque concordiæ tam pestilens ac salubre, gladium quoque convenienter veteres esse pronuntiarunt, maledicos gladium in ore gestare dicentes. Admodum quidem aptè Diogenes Cynicus, cùm audiret juvenem formosum impudenter multa deblaterantem, Non te pudet, inquit, ex eburnea vagina

Quid aurea gladii vagina significet.

Aurum sapientia.

Prov. 16.

Apoc. 3.

vagina plumbeum educere gladium? Ceterùm gladii istius multo melior est usus, ut vaticinia de Christo redemptore nostro apud Isaiam docent: Posuit os meum quasi gladium acutum. Nimirum D. Hieronymi ex sententia, ut spiritu oris sui interficiat impium. De quo gladio & Christus ipse loquitur in Evangelio: Non veni pacem mittere, sed gladium. Malos quippe à bonis separando. Similiter Paulus vivum ait esse fidei sermonem, efficacem & omni gladio ancipiti acutiorem, penetrabilioremque. Ad Ephesios item scribens, verbum Dei gladium spiritus appellat. Aliter de Iudeis Christi persecutoribus, qui malè usi sunt gladiis suis, Psalmista canit: Dentes eorum arma, & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Item: Exacuerunt ut gladium linguas suas: ubi de calumniis & insidiis prauorum loquitur. At ille Christi pontificis nostri gladius est vera secespita, non tamen ut illa Romanorum Pontificum, ac Flaminum à Sexto Pompejo nobis descripta, & in antiquitatum reliquiis inter sacrificorum instrumenta adhuc apparens, qua carnem & ossa victimarum dissecabant: sed quæ dispartitur, ut Paulus ait, mortiferos carnis appetitus à vivifico spiritu, pertingens usque ad divisionem animæ & spiritus, compagum quoque ac medullarum, cùm sit discretrix cogitationum & intentionum cordis. Ceterùm eximio huic summi sacerdotis muneri baltheus accedit ex auro puro contextus, & pulcherrimè elaboratus, quo cum honor & dignitas militaris conferri solet antiquitus; eratque ducum, comitum, ac principum gestamen. Quocirca non ineptè vitiosum magnatem sic notat Satyricus poeta.

Isaia 49. *Matth. 10.* *Hebr. 4.* *Ephes. 6.* *Psalm. 56.* *Psalm. 63.* *Hebr. 4.* *Aurei balthei explicatio.* *Persius Sat. 4.*

——————— ilia subter
Cæcum vulnus habes, sed lato baltheus auro
Pretegit.

Arguit libidinis & obscœnitatis vulnus, quod nobilitatis ac dignitatis titulo tegere & excusare plures volunt. Additur item gladio non solùm baltheus: sed galerus, sive pileus, capitis nimirum, quo nihil in unaquaque re prius ac nobilius est, tegmen præcipuum: quod quidem absolutæ libertatis, summæque nobilitatis habetur insigne, non minus æstimatum sua significatione, quàm auri, gemmarum, ac materiæ

Galeri sive pilei significatio.

precio-

Ejus forma. precio: cujus antiqua forma hemisphærica grandioris ovi alicujus in æquas partes dissectæ testæ similis ab initio fuit: qualia capitis tegumenta ex struthionum ovis capacioribus facta Garamantas olim lubenter gestasse, Lucianus in Dipsade tradit; nunc tamen planiore vertice formant artifices mysteriorum ignari. Etenim illa galeri rotunditas superior cœli nos tegentis figuram concavam repræsentans mentem vitæque rationes omnes dirigendas ad æthera beatorum domicilium esse sedulò principem monet, cujus quadam imagine caput suum contegit. Idem significat galeri color *Color ejus.* janthinus, sive cæruleus, cœli sereni speciem habens: scilicet, ut Ennii poëte verbis dicam, *Cæli cærula templa* Principibus esse contemplanda docens: cui præsidet summus omnium conditor Deus, ab eodemq; tanquam justitiæ Sole procedens sancti Spiritus igneum numen: quorum hoc in latere per columbam candidam, ille per solis radiatum globum ex auro unionibusq; in ipsius Galeri vertice figurantur. Nec otiosus est pellium ac margaritarum candor ille niveus Deo pergratus color ad animum maximè translatus propter synceritatem, mentisque puritatem, quæ nos Deo conciliat, beatorum cætui adjungit, & quasi divinos reddit; quando sanctiore spiritus flamma succensus animus, Dei mandatis se conformat, turpe nil admittit, nil conscire sibi patitur. Alba quidem omnia ex Pythagoræ etiam sententia semper habebantur bona, felicia, festa, & bene ominata: & propterea veteres Romani, cùm Magistratus petere vellent, boni ominis causa cum toga candida prodibant in publicum. Ponticos autem, & Alpinos mures candidos, quos Armenios nunc vocamus, talis intemeratæ synceritatis atque etiam castitatis immaculatæ symbolo nobilitatos fuisse legimus, utpote, qui candorem suum ament, atque spurcitias tantopere abominentur, ut, cùm fovearum suarum ostia cœno illita vident, se potius à venatoribus capi patiantur, quàm eo fœdari velint. Pellis igitur ac margaritarum nitor admonere principem debet, ut animi candore, vitæque syncera probitate se gratum Deo hominibusque præstet. Nec ab ipso scopo prorsus dissitum, quod nationum omnium ferè consensu candida tanquam divinis congrua sacris adhibeantur, atque imprimis albatæ vestes, id est, puræ religiosæq;, ut Servius commentatur. Erant autem lineæ omni solutę vinculo

Columba, & Solis globus in galero.

Candor pelliũ ac margaritarum.

Pontici & Alpini mures candidi.

Albata vestes lineæ cur in sacris.

nullis

nullis maculis, nullis obsitæ squaloribus, nec funestæ aut fulguritæ, ut Caper & Hyginus annotarunt in illud Virgilii: *Velati lino, & verbena tempora vincti.* Et nostra jubet religio linteis, iisq; purissimis indutos tunicis sacra Deo canere. Colorem album ait Tullius libro secundo de legibus, præcipuè decorum esse Deo, cùm in cæteris, tùm maximè in textili. Quid autem Tullium adfero? quando scimus Christi nostri Servatoris indumenta, cùm gloriam suam charioribus discipulis patefaceret, nivis in speciem alba apparuisse, atque etiam angeli illius, de cælo descendentis, qui lapidem ab ostio monumenti revolvit. Hæc quidem luce clarius nobis ostendunt, quàm à nobis requirat Deus cor mundum, vitam immaculatam, & animi synceritatem; quum votis, & precibus hæc expetere, & ejus rei memoriam in signis jam dictis etiam inter sacra nobis obversari perpetuò velit. Et hæc quidem de strenæ pontificiæ mysteriis ideo diffusius, quòd pauca disertè prodita de his inveniam. Sed historiæ nostræ filum prosequamur. Kal. autem Jan. finito Missæ sacrificio, strena, quæ in summo altari, ex more, dum celebratur, manserat, defertur ad summum Pontificem. Princeps Carulus è suo loco vocatus à designatore, sive cæremoniarum magistro, ut nunc appellant, deducitur ad solium Pontificis. Cardinalium senatus omnis è suis sedibus descendens solium ac principem corona cingit. Summus Pontifex munus ipse Carulo genua submittenti tradidit, & defensionem Christianæ fidei, Ecclesiæq; Romanæ Catholicæ commendavit; solemnibus verbis Deum Opt. Max. precatus, uti Catholicum Principem, Christi tyronem, ac devotum sanctæ matris Ecclesiæ filium, sua gratia ad heroicas virtutes provehat, armis suæ justitiæ, synceræ fidei, rectæq; religionis muniat, & instruat adversus quoscunque fidei Catholicæ, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ inimicos: utique per ipsum vim æquitatis bonorum ad tutelam exerceat; molem iniquitatis malorum ad vindictam potenter evertat. Carulus è dextra summi Pōtificis munus acceptans, veneratur ex more Christi in terris Vicarium, Latinis verbis pro tanto honore gratias agit immensas; testatus superos, sibi nihil magis in votis esse, quàm ut divina suffragante elementia, posset vel ex parte summi Pontificis totq; procerum expectationi satisfacere. Gladium deinde nobili ministro suo Guilhelmo Nestelradio

Matth. 17. & 28.

Donatur gladio Carulus.

radio deferendum tradidit, qui ante Crucis sanctæ signum strenam illam gestavit, dum è sacrario summus Pontifex deducitur. Tum, valedictis post factam congratulationem Cardinalibus, & legatis, Carulus Princeps, cui gladius cum galero præferebatur, à castri Angelici præfecto, Palatii item magistro, Honorato Sermoneta, atque omni nobilitate familiaque pontificia, & satellitio Palatino stipatus magna cum pompa, & tympanorum sonitu, tubisque præcinentibus per porticum miliariam è Palatio ad hospitium suum deducitur. His auctus honoribus princeps Carulus, iter suum maturare non cessat, postridieque apud summum Pontificem sollicitat discessum, atque uti Neapolim porrò proficisci posset, precatur, & impetrat. Paciscitur tamen Pontifex, flagitatque ne per ambages redeat visa Neapoli atque Campania: neve Romam, hocque suum hospitium declinet; cùm maximè de parentum ac fratris sui negociis quædam adhuc essent peragenda, quæ melius ipso præsente expedirentur. Carulus non refragari, sed omnibus obsequi se velle respondit. Equi igitur & equisones Romæ relicti, ut diuturniore quiete refecti, ad majores itineris, quod restabat, labores invalescerent. Ipse tertio Nonas Januarias cum reliqua sua cohorte proficiscitur equis dispositis via Latina Marinum, atque inter nobilium villarum ruinas vastas eo die prandium sumit: Quæ quidem frequentes, & admodum sumptuosæ, quondam florente Romano imperio, Tusculanum agrum omnem Apenninique clivos illos occuparunt. Hinc Marianam villam antiquam Marmo castello nomen dedisse volunt. Cui à dextris vicinæ Licinorum Luculliana, Murenianaque; nec non illa M. Tullii Ciceronis quæstionibus Tusculanis immortalis. Item Porciorum, aliæque Principum reipublicæ Romanæ plures, quarum memoriam apud Strabonem, Plinium, Senecam, Plutarchum, aliosque veteres scriptores reperimus. Sumpto ibidem prandio perlustratisque villarum insignium reliquiis, Carulus ad Appiam viam deflectit, relictis ad sinistram Velitris, ad dextram Aricia & Nemorensis Dianæ speculo, ut lacum oppido vicinum Servius vocat, Dianæ Tauricæ sacrum, cum nemore ac templo quod Artemisium à Strabone dicitur. Antiqua sed barbara religione locus olim celebris fuit, Scythicumq; humano sanguine sacrificandi ritum ibidem ab Oreste & Iphi-

Carulus Roma proficiscitur Neapolim. Tusculanus ager villis antiquis frequens.

Lacus Dianæ Nemorensis propè Ariciam.

ginia

ginia institutum fuisse memorant; cùm è Taurica profugi, simulachrum Dianæ absconditum in fasce lignorũ eò transtulissent. Unde Fascelidis vel Fascelinæ Dianæ cognomen vetus in Latio fuit. De qua quidem superstitiosa religione disserendi latius alibi melior occasio dabitur. Nunc iter nostrum prosequamur. Carulus vesperi tardè per pluviam tenebras facibus obviam missis deducitur ad Cisternensem Cardinalis Sarmonetæ villam, ubi perhonorificè cum suis exceptus ea nocte tractatur. Et postridiè ibidem prandio sumpto, perrexit ad Pomptinas usque paludes. Illaque nocte quievit in diversorio Casæ novæ, à quo non procul, ni fallor, Tres tabernę fuêre in Appia via celebris quondam mansio XVII. ab Aricia lapide, & ab urbe XXXIII. velut antiqua Romanorum itineraria, & ipsa locorum distantia demonstrant. Divus Lucas in actis Apostolorum scribit, quosdam Christiana religione jam initiatos fratres ab urbe per Appiam viam ad Tres tabernas, quosdam ad Appii forum usque occurrisse Divo Paulo Apostolo, cùm à Porcio Festo procuratore sub custodia militum reus è Iudæa mitteretur Romam. Inde Carulus mane sequenti Appiam viam per Pomptinas plaudes maximis impensis olim ductam, nunc verò palustribus aquis atque pontium ædificiorumque ruinis impeditam & imperviam à dextris relinquit; atque per Volscos & Apennini crepidines scrabrosasq; montium cautes Terracinam petens, ambages quærere cogitur. Setiam à sinistris vidit, ob vini nobilitatem à veteribus poëtis celebratam: pauloque ulterius in plano Priverni à Germanis Brittonibusque Blondo teste destructi mœnia ruinasq; desertas. Hinc transcendentes Privernum novum, in proximo, quem Amasenus fluvius lambit, monte positum, contemplântur à longè Thyrreni mediterranei maris littora & velut à continentia avulsa promontoria oppidis præclaris quondam exculta, nunc penè deserta. Monstrantur à Corona Pighio principi quibus olim in locis Lavinium ab Ænea conditum, & ejusdem antiquitatis Laurentum, ubi in littore fuerit, ad sacrum Æneæ vel Jovis indigetis fontem ac lucum; ubi Ardea Turni regis, ubi Antium Volscorum caput cum Fortunæ celeberrimo templo, nec non Astura cæde Marci Tullii oratoris infamis. Prospectant inde poëticis fabulis decantatam veneficæ Circes domum, olim insula, nunc

Villa Cisternẽsis Card. Sarmoneta.

Pomptina paludes.

Tres taberna in Appia via.

Appia via.

Setia.

Privernũ.

Lavinium.

Laurẽtum.

Ardea.

Antium.

Astura.

Circeium promontorium.

nunc promontorium excelsum mari rupibus imminens cõtinenti vadis ac paludibus junctum, sylvis ac fruticibus densum, ubi Solis pulcherrimam filiam Circen ferunt hospites suos Magicis, si non meretriciis, artibus in pecora, & beluas transformasse. Augusti etiam ætate, ut auctor est Strabo, Circes sacellum, atque ara Minervæ, poculumque ostendebatur, è quo bibisse dicebant Vlyssem, cum ejus socii mutarentur in bestias, ut Homericis carminibus proditum est. Secretarum virtutum multiplicibus plantis, & efficacissimis herbis montem abundare volunt, atque fabulis materiam esse datam. Nam circen, vel κιρκὴν circumvolutionem solis interpretantur physiologi: cujus calore & directioribus radiis plantæ, animataque vegetantur & transformantur. Pergunt inde per udos & spaciosos Pomptinos campos, quos regina viarum Appia recto tramite secat. Cujus miserandæ sparsim in aquis cernuntur reliquiæ, cum Mausoleis, sepulchris, ædiculis, villis, atque prætoriis dirutis; quibus ab utroq; latere quondam magnificentissimè fuit exculta. Cùm Appii forum à tergo reliquissent, è regno Neapolitano missus vir nobilis ad observandum Caruli principis adventum citis equis occurrit: rogatque, qua via regnum intrare, ubi prandere, & nocte diversari princeps vellet. Visum consultius prandere Terricinæ in procinctu, atque deinde Fundos usque per dena miliaria ad pernoctandum pergere. Quod cùm ille intellexisset, gaudens se repperisse in via quem quærebat; eadem qua venerat, cum festinatione recurrit, nunciaturus adventum, uti Fundis hospitium tractatioque pararetur. Jam enim antea in oppidis, & urbibus oportunis edicto principali promulgatum erat, uti regis Philippi adfinem, & sanguine proximum Principem advenam Magistratus & nobilitas honoribus omnibus exciperent, ipsum publicis impensis cum comitatu suo locorum ubique humaniter lauteque tractarent. Regias eo tempore in administratione Neapolitani regni vices supplebat Antonius Perenotus, Cardinalis Granuellanus: quemadmodum ex sacro senatu Romano pii & Catholici reges Hispaniarum aliquotiens sibi deligere vicarios in gubernandis suis provinciis solent, quibus ipsi præsto esse non possunt. Hic vir ob eximias animi corporisque dotes in omnium ordinum oculis magnus quidem semper, verùm in arduis Imperii, regnorum, ac

Appia via.

Appii forũ.

Antonius Perenotus, Cardinalis Granuellanus.

ac rerum publicarum negociis prudenter atque feliciter administrandis nostro sæculo incomparabilis est habitus optimatum omnium judicio, quibus reip. Christianæ status uterque vel leviter est perspectus. Norunt non solùm familiari consuetudine juncti, sed orbis Christiani etiam principes plurimi, provinciarum ac civitatum rectores & magistratus; item ordinum vel graduum quorumcunq; superiores. Nam horum pauci ejus opera non usi, vel virtutum ipsius inexpertes sunt: pauci (nisi qui prorsus ingrati) illius beneficia vel privata vel publica non agnoscere non possunt. Non equidem tibi nunc, candide lector, asinum in leonina produco

Introrsum turpem, & speciosum pelle decora.

ut Horatii poetæ verbis utar: Non simiam, vel morionem in purpura ridiculum, ipsis Thrasonibus magis aptam & dignam personam: dico factiosis illis, qui ante annos aliquot simili ludibrio tantum virum de republica explodere & exsibilare voluerunt, veluti obstaculum monstrosi partus, qui mox post ejus discessum è Belgio in lucem prodiit magno cum ipsorum & reipublicæ Christianæ malo, sicut exitus Tragicus indies demonstrat. Non talem igitur preposterum Silenum Alcibiadis, inquam, produco; sed intus & in cute perfectum, politum, & ad unguem factum hominem. Si etenim synthesin illam interiorem pectoris explicare cœperis; ô quantas, & quàm præclaras invenies virtutum opes! Nam prodibunt ex illa judicium maturum & exquisitum, prudentia rerum usu exculta, simul & sapientia studio literarum expolita, ingeniique dexteritate felix ad dirigenda quæque negocia maxima. Animus illi interim est vitæ sobrietate cum summa pervigil, & impiger, ab ocio prorsus abhorrens, atq; somni parcissimus. Memoria tam solida & fœcunda, uti sæpius scribas quatuor aut quinq;, temporis augustia postulante, simul ad sudorem exerceat; & diversarum linguarum gravissimis de rebus epistolas ad diversos principes, proceres, magistratusque deambulando dictet, transiens ab uno ad alterum. Idque tanta cum facilitate, ut eorum neminem à scriptione continua aliquantulum cessare permittat. Quo factum, uti instar multorum unus tot provinciarum negociis administrandis par esse potuerit. Adde jam heroum illa decora, fidem, ac integritatem eximiam; pietatis,

Granuellani Cardinalis dotes.

 pacis,

nunc promontorium excelsum mari rupibus imminens cõtinenti vadis ac paludibus junctum, sylvis ac fruticibus densum, ubi Solis pulcherrimam filiam Circen ferunt hospites suos Magicis, si non meretriciis, artibus in pecora, & beluas transformasse. Augusti etiam ætate, ut auctor est Strabo, Circes sacellum, atque ara Minervæ, poculumque ostendebatur, è quo bibisse dicebant Vlyssem, cum ejus socii mutarentur in bestias, ut Homericis carminibus proditum est. Secretarum virtutum multiplicibus plantis, & efficacissimis herbis montem abundare volunt, atque fabulis materiam esse datam. Nam circen, vel κιρκην circumvolutionem solis interpretantur physiologi: cujus calore & directioribus radiis plantæ, animataque vegetantur & transformantur. Pergunt inde per udos & spaciosos Pomptinos campos, quos regina viarum Appia recto tramite secat. Cujus miserandæ sparsim in aquis cernuntur reliquiæ, cum Mausoleis, sepulchris, ædiculis, villis, atque prætoriis dirutis; quibus ab utroq; latere quondam magnificentissimè fuit exculta. Cùm Appii forum à tergo reliquissent, è regno Neapolitano missus vir nobilis ad observandum Caruli principis adventum citis equis occurrit: rogatque, qua via regnum intrare, ubi prandere, & nocte diversari princeps vellet. Visum consultius prandere Terricinæ in procinctu, atque deinde Fundos usque per dena milliaria ad pernoctandum pergere. Quod cùm ille intellexisset, gaudens se repperisse in via quem quærebat; eadem qua venerat, cum festinatione recurrit, nunciaturus adventum, uti Fundis hospitium tractatioque pararetur. Jam enim antea in oppidis, & urbibus oportunis edicto principali promulgatum erat, uti regis Philippi adfinem, & sanguine proximum Principem advenam Magistratus & nobilitas honoribus omnibus exciperent, ipsum publicis impensis cum comitatu suo locorum ubique humaniter lauteque tractarent. Regias eo tempore in administratione Neapolitani regni vices supplebat Antonius Perenotus, Cardinalis Granuellanus: quemadmodum ex sacro senatu Romano pii & Catholici reges Hispaniarum aliquotiens sibi deligere vicarios in gubernandis suis provinciis solent, quibus ipsi præsto esse non possunt. Hic vir ob eximia animi corporisque dotes in omnium ordinum oculis magnus quidem semper, verùm in arduis Imperii, regnorum

Appia via.

Appii forũ.

Antonius Perenotus, Cardinalis Granuellanus.

a

ac rerum publicarum negociis prudenter atque feliciter administrandis nostro sæculo incomparabilis est habitus optimarum omnium judicio, quibus reip. Christianæ status uterque vel leviter est perspectus. Norunt non solùm familiari consuetudine juncti, sed orbis Christiani etiam principes plurimi, provinciarum ac civitatum rectores & magistratus; item ordinum vel graduum quorumcunq; superiores. Nam horum pauci ejus opera non usi, vel virtutum ipsius inexpertes sunt: pauci (nisi qui prorsus ingrati) illius beneficia vel privata vel publica non agnoscere non possunt. Non equidem tibi nunc, candide lector, asinum in leonina produco

Introrsum turpem, & speciosum pelle decora.

ut Horatii poetæ verbis utar: Non simiam, vel morionem in purpura ridiculum, ipsis Thrasonibus magis aptam & dignam personam: dico factiosis illis, qui ante annos aliquot simili ludibrio tantum virum de republica explodere & exsibilare voluerunt, veluti obstaculum monstrosi partus, qui mox post ejus discessum è Belgio in lucem prodiit magno cum ipsorum & reipublicæ Christianæ malo, sicut exitus Tragicus indies demonstrat. Non talem igitur præposterum Silenum Alcibiadis, inquam, produco; sed intus & in cute perfectum, politum, & ad unguem factum hominem. Si etenim synthesin illam interiorem pectoris explicare cœperis; ô quantas, & quàm præclaras invenies virtutum opes! Nam prodibunt ex illa judicium maturum & exquisitum, prudentia rerum usu exculta, simul & sapientia studio literarum expolita, ingeniique dexteritate felix ad dirigenda quæque negocia maxima. Animus illi interim est vitæ sobrietate cum summa pervigil, & impiger, ab ocio prorsus abhorrens, atq; somni parcissimus. Memoria tam solida & fœcunda, uti sæpius scribas quatuor aut quinq;, temporis augustia postulante, simul ad sudorem exerceat; & diversarum linguarum gravissimis de rebus epistolas ad diversos principes, proceres, magistratusque deambulando dictet, transiens ab uno ad alterum. Idque tanta cum facilitate, ut eorum neminem à scriptione continua aliquantulum cessare permittat. Quo factum, uti instar multorum unus tot provinciarum negociis administrandis par esse potuerit. Adde jam heroum illa decora, fidem, ac integritatem eximiam; pietatis,

Granuellani Cardinalis dotes.

pacis, æqui boniq́ue reverentiam & culturam pertinacem; studium singulare benemerendi publicè, privatimq́ue de bonis literis, & artibus ingenuis; adeò uti ex precipuis unus imgeniorum provector, doctorum hominum patronus atq; Mæcenas ubique terrarum habeatur. Adjice rursus temperantiam atq; modestiam magnam in rebus prosperis; constantiam & fortitudinem miram in adversis, ut non ineptè, sed admodum appositè sibi pro symbolo sumpserit pulcherrimum illud Æneę socios post naufragium magnanimè cōsolantis elogium, DURATE. Durat etenim favente Deo, & sibi reipublicæq; servatur adhuc ad secunda. Jam verò si foris eum considerare velis, est illi corporis statura heroica. In fronte, atque oculis grata serenitas; in queis etiam ingenii vigor insignis elucescit. Mores Gratiarum divarum elegantiis ornati, ad omnem humanitatem compositi, atque majestate quadam Principe digna temperati etiam barbarorum vel hostium animos non penitus obcæcatos sibi conciliarent, & ad se raperent. Ita enim sunt benigni, ut omni fastu careant; ita comes, ut absit levitas; & ita deniq; cùm res postulat, severi; ut absit asperitas, quæ culpari poterit. Facundiam ejus mirificè adornant insignis eruditio, & multarum linguarum peritia; excultam alioquin longo continuoq́ue negociorum principalium usu. In quibus à prima juventute jam literis ac ingenuis artibus summa cura instructum clarissimus atque prudentissimus pater Nicolaus Perenotus Granuellanus ipsum exercuit, quamdiu in ejus humeris totius Imperii Germanici multorumq́ue regnorum moles sub potentissimo Carulo V. Aug. incumbebat. Itaq; pater indolem illius ad virtutum omnium formas & habitus sic expolivit: ut nec Phidias, aut Praxiteles quispiam Panthei simulachrum deorum omnium effigies & argumenta continentis posset effingere exactius. Fateantur igitur omnes boni oportet, nec illubenter multi hoc agnoscunt: id unum esse maximum atque immortale patris in ipsum Cæsarem ac universam remp. Christianam meritum, quod filium tot virtutibus præcellentem sibi successorem & vicarium tanto muneri parem reliquerit. Quod in alio magis optandum quàm sperandum erat. Hoc idem ipsius etiam Caruli Cæsaris judicio comprobatum fuit, ut prudens non minus quàm potens erat Imperator. Nam cùm Augustæ Vindelicorum in con-

Nicolaus Perenotus Granuellanus Antonii pater.

in conventu Principum atque ordinum Imperii pater Nicolaus in extremis morbo oppressus ageret anno ∞ D L. sigilla Imperii, atq; regnorum, quæ in ejus fide atq; custodia eo usq; fuerant, ad Cæsarem per filium hunc suum remisit. Cæsar Carulus mœrentem, & sigilla moribundi patris jussu præsentantem consolatus, cum animi atque virtutis esse macte, vestigia patris insequi, & sigillis, eodem quo pater usus fuerat jure, uti cum integritate, & donec ea ipse repeteret, custodire jubet. Mox itaque inter consilii sanctioris paucos illos apolectos (ut veteres Græci, Livio teste, vocarunt eos, quorum è prudentia reipublicæ totius status ac summa dependebat) princeps patris in locum surrogatur. Quo in gradu se tam eleganter, & egregiè semper gessit, quamvis in floridæ ætatis lubrico positus, & ecclesiasticæ vitæ severitati alligatus; ut apud omnes principes juxta se gratiosum, apud omnes ordines admirabilem atque amabilem sine ulla invidia effecerit; utque in ejus validissimis humeris Imperii Romani, totque provinciarum negocia tutò inhærere, & quiescere viderentur. Cæsari Carulo quidem, cùm ob patris merita, tum ob suas dotes, ita charus usq; fuit: ut cùm sponte Imperio se abdicasset, hæreditariisq; provinciis omnibus, & è Belgio in Hispaniam cum duabus sororibus viduis Leonora & Maria reginis navigio proficisci vellet, Deo postea, ac valetudini suæ imbecilli serviturus; hunc veluti Achatem aut Thesea quempiam apud unicum filium Philippum successorem suum reliquerit: cui in discessu coram in prætoria navi mandavit, ut in maximis rebus suis, quemadmodum ipse fecerat, ejus uteretur opera & consilio. Se quidem ex animi sententia nondum patris & ipsius meritis remunerasse ob occasionum inopiam. Gratum igitur sibi in hoc facturum filium, si defectus istos regiè suppleat; eumq; ita ornandum augendumq; suscipiat, ut intelligat orbis universus virtutes & ministrorum merita ab ipso haberi in precio. Qua quidem in re luculenter & eximiæ rex Philippus officio suo fungitur, Granuellanumque ditatum opibus summo loco semper habet. Ejus imprimis opera consilioque pacem solidam, quæ nunquam antè sub Carulo V. patre ipsius stabiliri rectè potuerat, cum potentissimo Galliarum rege Henrico ejus nominis secundo fecit, & arctissimam adfinitatem, ejus filia in matrimonium ducta, contraxit. Et quàm magna

Pax inter Reges maximè solida.

 pro-

ejus tamen imperio parendum tam nautis, quàm qui una navigant, si prospere ferri cupiunt. Jam gladius à maiore potestate principi traditus simul commendat prudentiam & rationem rectam quæ bonum à malo discernit: Admonet justitiæ ad æquitatis æquilibrium cum cura perpendendæ. Quapropter ejus acumen anceps, ad pravum non minus paratum, quàm ad bonum destinatum, si in temerarii vel maligni hominis manum incidat, non sine causa tegitur, atque munitur auro, per quod veteres olim Sophiam, sive sapientiam allegaricôs semper intellexerunt: quæ inter artes & scientias omnes ita excellit, ut aurum virtute, pulchritudine, ac precio cetera metalla superat. Hinc Salomonis in proverbiis exhortationem legimus: Posside sapientiam, quia auro melior est; & acquire prudentiam, quia preciosior est argento. D. Joannes in revelatione sua hoc aurum ignitum appellat; ardore sancti spiritus inflammatam & pectora penetrantem sapientiam intelligens. Hoc ipsum Magi ab Oriente venientes infanti obtulisse Christo regi nato; hoc auro ab Hebræis Ægyptios fuisse spoliatos, per anagogen sacra etiam innuit historia. Et quidem divinus ille Plato, à nostræ religionis placitis haud longè dissitus, cum suis affectis sapientiam, & animi pulchritudinem obryzo, vel auro defecatissimo sæpius comparat. Quinimo gryphes atque formicas Indicas Æthiopicasque aurum in montem coacervare, nec non custodire diligenter, fabulati sunt antiqui; insinuantes labore ac diligentia, & item animi magnitudine sapientiam adipiscendam esse. Nam formica laboris indefessi nobis exemplum præbet: & gryphus ex aquila & leone conflatum animal, ut fabulantur, simulachrum est generosi, & magni animi: ideoque non ineptè gryphes & formicas Apollini, sapientiæ præsidi, dedicarunt. Jam vides quàm aptè principis gladius, id est, legitima potestas à Deo data, ne lædat vel lædatur, sapientiæ ac boni consilii aureo tegmine conservetur. Quoniam verò linguam constet in homine membrum pessimum atque optimum esse paci atque concordiæ tam pestilens ac salubre, gladium quoque convenienter veteres esse pronuntiarunt, maledicos gladium in ore gestare dicentes. Admodum quidem aptè Diogenes Cynicus, cùm audiret juvenem formosum impudenter multa deblaterantem, Non te pudet, inquit, ex eburnea vagina

Quid aurea gladii vagina significet.

Aurum sapientia.

Prov. 16.

Apoc. 3.

vagina plumbeum educere gladium? Ceterùm gladii istius multo melior est usus, ut vaticinia de Christo redemptore nostro apud Isaiam docent: Posuit os meum quasi gladium acutum. Nimirum D. Hieronymi ex sententia, ut spiritu oris sui interficiat impium. De quo gladio & Christus ipse loquitur in Evangelio: Non veni pacem mittere, sed gladium. Malos quippe à bonis separando. Similiter Paulus vivum ait esse fidei sermonem, efficacem & omni gladio ancipiti acutiorem, penetrabilioremque. Ad Ephesios item scribens, verbum Dei gladium spiritus appellat. Aliter de Iudeis Christi persecutoribus, qui male usi sunt gladiis suis, Psalmista canit: Dentes eorum arma, & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Item: Exacuerunt ut gladium linguas suas: ubi de calumniis & insidiis prauorum loquitur. At ille Christi pontificis nostri gladius est vera secespita, non tamen ut illa Romanorum Pontificum, ac Flaminum à Sexto Pompejo nobis descripta, & in antiquitatum reliquiis inter sacrificorum instrumenta adhuc apparens, qua carnem & ossa victimarum dissecabant: sed quæ dispartitur, ut Paulus ait, mortiferos carnis appetitus à vivifico spiritu, pertingens usque ad divisionem animæ & spiritus, compagum quoque ac medullarum, cùm sit discretrix cogitationum & intentionum cordis. Ceterùm eximio huic summi sacerdotis muneri baltheus accedit ex auro puro contextus, & pulcherrimè elaboratus, quo cum honor & dignitas militaris conferri solet antiquitus, eratque ducum, comitum, ac principum gestamen. Quocirca non ineptè vitiosum magnatem sic notat Satyricus poëta.

Isaia 49. *Matth. 10.* *Hebr. 4.* *Ephes. 6.* *Psalm. 56.* *Psalm. 63.* *Hebr. 4.* *Aurei balthei explicatio.* *Persius Sat. 4.*

——————— ilia subter
Cæcum vulnus habes, sed lato balthe auro
Protegit.

Arguit libidinis & obscœnitatis vulnus, quod nobilitatis ac dignitatis titulo tegere & excusare plures volunt. Additur item gladio non solùm baltheus: sed galerus, sive pileus, capitis nimirum, quo nihil in unaquaque re prius ac nobilius est, tegmen præcipuum: quod quidem absolutæ libertatis, summæque nobilitatis habetur insigne, non minus æstimatum sua significatione, quàm auri, gemmarum, ac materiæ precio:

Galeri sive pilei significatio.

Ejus forma. precio: cujus antiqua forma hemisphærica grandioris ovi alicujus in æquas partes dissectæ testæ similis ab initio fuit: qualia capitis tegumenta ex struthionum ovis capacioribus facta Garamantas olim lubenter gestasse, Lucianus in Dipsade tradit; nunc tamen planiore vertice formant artifices mysteriorum ignari. Etenim illa galeri rotunditas superior cœli nos tegentis figuram concavam repræsentans mentem vitæque rationes omnes dirigendas ad æthera beatorum domicilium esse sedulò principem monet, cujus quadam imagine caput suum contegit. Idem significat galeri color *Color ejus.* janthinus, sive cæruleus, cœli sereni speciem habens: scilicet, ut Ennii poetæ verbis dicam, Cæli cærula templa Principibus esse contemplanda docens: cui præsidet summus omnium conditor Deus, ab eodemq; tanquam justitiæ Sole procedens sancti Spiritus igneum numen: quorum hoc in latere per columbam candidam, ille per solis radiatum globum *Columba, & Solis globus in galero.* ex auro unionibusq; in ipsius Galeri vertice figurantur. Nec ociosus est pellium ac margaritarum candor ille niveus Deo *Candor pellium ac margaritarum.* pergratus color ad animum maximè translatus propter synceritatem, mentisque puritatem, quæ nos Deo conciliat, beatorum cætui adjungit, & quasi divinos reddit; quando sanctiore spiritus flamma succensus animus, Dei mandatis se conformat, turpe nil admittit, nil conscire sibi patitur. Alba quidem omnia ex Pythagoræ etiam sententia semper habebantur bona, felicia, festa, & bene ominata: & propterea veteres Romani, cùm Magistratus petere vellent, boni ominis causa cum toga candida prodibant in publicum. Ponticos autem, & Alpinos mures candidos, quos Armenios *Pontici & Alpini mures candidi.* nunc vocamus, talis intemeratæ synceritatis atque etiam castitatis immaculatæ symbolo nobilitatos fuisse legimus, utpote, qui candorem suum ament, atque spurcitias tantopere abominentur, ut, cùm fovearum suarum ostia cœno illita vident, se potius à venatoribus capi patiantur, quàm eo fœdari velint. Pellis igitur ac margaritarum nitor admonere principem debet, ut animi candore, vitæque syncera probitate se gratum Deo hominibusque præstet. Nec ab ipso scopo prorsus dissitum, quod nationum omnium ferè consensu candida tanquam divinis congrua sacris adhibeantur, *Albatæ vestes lineæ cur in sacris.* atque imprimis albatæ vestes, id est, puræ religiosæq;, ut Servius commentatur. Erant autem lineæ omni solutę vinculo

nullis

nullis maculis, nullis obsitæ squaloribus, nec funestæ aut fulguritæ, ut Caper & Hyginus annotarunt in illud Virgilii: *Velati lino, & verbena tempora vincti.* Et nostra jubet religio linteis, iisq; purissimis indutos tunicis sacra Deo canere. Colorem album ait Tullius libro secundo de legibus, præcipuè decorum esse Deo, cùm in cæteris, tùm maximè in textili. Quid autem Tullium adfero? quando scimus Christi nostri Servatoris indumenta, cùm gloriam suam charioribus discipulis patefaceret, nivis in speciem alba apparuisse, atque etiam angeli illius, de cælo descendentis, qui lapidem ab ostio monumenti revolvit. Hæc quidem luce clarius nobis ostendunt, quàm à nobis requirat Deus cor mundum, vitam immaculatam, & animi synceritatem; quum votis, & precibus hæc expetere, & ejus rei memoriam in signis jam dictis etiam inter sacra nobis obversari perpetuò velit. Et hæc quidem de strenæ pontificiæ mysteriis ideo diffusius, quòd pauca disertè prodita de his inveniam. Sed historiæ nostræ filum prosequamur. Kal. autem Jan. finito Missæ sacrificio, strena, quæ in summo altari, ex more, dum celebratur, manserat, defertur ad summum Pontificem. Princeps Carulus è suo loco vocatus à designatore, sive cæremoniarum magistro, ut nunc appellant, deducitur ad solium Pontificis. Cardinalium senatus omnis è suis sedibus descendens solium ac principem corona cingit. Summus Pontifex munus ipse Carulo genua submittenti tradidit, & defensionem Christianæ fidei, Ecclesiæq; Romanæ Catholicæ commendavit; solemnibus verbis Deum Opt. Max. precatus, uti Catholicum Principem, Christi tyronem, ac devotum sanctæ matris Ecclesiæ filium, sua gratia ad heroicas virtutes provehat, armis suæ justitiæ, synceræ fidei, rectæq; religionis muniat, & instruat adversus quoscunque fidei Catholicæ, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ inimicos: utique per ipsum vim æquitatis bonorum ad tutelam exerceat; molem iniquitatis malorum ad vindictam potenter evertat. Carulus è dextra summi Pōtificis munus acceptans, veneratur ex more Christi in terris Vicarium, Latinis verbis pro tanto honore gratias agit immensas; testatus superos, sibi nihil magis in votis esse, quàm ut divina suffragante clementia, posset vel ex parte summi Pontificis torq; procerum expectationi satisfacere. Gladium deinde nobili ministro suo Guilhelmo Nestelradio

Matth. 17. & 28.

Donatur gladio Carulus.

radio deferendum tradidit, qui ante Crucis sanctæ signum strenam illam gestavit, dum è sacrario summus Pontifex deducitur. Tum, valedictis post factam congratulationem Cardinalibus, & legatis, Carulus Princeps, cui gladius cum galero præferebatur, à castri Angelici præfecto, Palatii item magistro, Honorato Sermoneta, atque omni nobilitate familiaque pontificia, & satellitio Palatino stipatus magna cum pompa, & tympanorum sonitu, tubisque præcinentibus per porticum miliariam è Palatio ad hospitium suum deducitur. His auctus honoribus princeps Carulus, iter suum maturare non cessat, postridieque apud summum Pontificem sollicitat discessum, atque uti Neapolim porrò proficisci posset, precatur, & impetrat. Paciscitur tamen Pontifex, flagitatque ne per ambages redeat visa Neapoli atque Campania: neve Romam, hocque suum hospitium declinet; cùm maximè de parentum ac fratris sui negociis quædam adhuc essent peragenda, quæ melius ipso præsente expedirentur. Carulus non refragari, sed omnibus obsequi se velle respondit. Equi igitur & equisones Romæ relicti, ut diuturniore quiete refecti, ad majores itineris, quod restabat, labores invalescerent. Ipse tertio Nonas Januarias cum reliqua sua cohorte proficiscitur equis dispositis via Latina Marinum, atque inter nobilium villarum ruinas vastas eo die prandium sumit: Quæ quidem frequentes, & admodum sumptuosæ, quondam florente Romano imperio, Tusculanum agrum omnem Apenninique clivos illos occuparunt. Hinc Marianam villam antiquam Marmo castello nomen dedisse volunt. Cui à dextris vicinæ Licinorum Luculliana, Murenianaque; nec non illa M. Tullii Ciceronis quæstionibus Tusculanis immortalis. Item Porciorum, aliæque Principum reipublicæ Romanæ plures, quarum memoriam apud Strabonem, Plinium, Senecam, Plutarchum, aliosque veteres scriptores reperimus. Sumpto ibidem prandio perlustratisque villarum insignium reliquiis, Carulus ad Appiam viam deflectit, relictis ad sinistram Velitris, ad dextram Aricia & Nemorensis Dianæ speculo, ut lacum oppido vicinum Servius vocat, Dianæ Tauricæ sacrum, cum nemore ac templo quod Artemisium à Strabone dicitur. Antiqua sed barbara religione locus olim celebris fuit, Scythicumq; humano sanguine sacrificandi ritum ibidem ab Oreste & Iphi-

Carulus Roma proficiscitur Neapolim. Tusculanus ager villis antiquis frequens.

Lacus Dianæ Nemorensis propè Ariciam.

ginia

ginia institutum fuisse memorant; cùm è Taurica profugi, simulachrum Dianæ absconditum in fasce lignorũ eò transtulissent. Unde Fascelidis vel Fascelinæ Dianæ cognomen vetus in Latio fuit. De qua quidem superstitiosa religione disserendi latius alibi melior occasio dabitur. Nunc iter nostrum prosequamur. Carulus vesperi tardè per pluviam tenebras facibus obviam missis deducitur ad Cisternensem Cardinalis Sarmonetæ villam, ubi perhonorificè cum suis exceptus ea nocte tractatur. Et postridiè ibidem prandio sumpto, perrexit ad Pomptinas usque paludes. Illaque nocte quievit in diversorio Casæ novæ, à quo non procul, ni fallor, Tres tabernę fuère in Appia via celebris quondam mansio XVII. ab Aricia lapide, & ab urbe XXXIII. velut antiqua Romanorum itineraria, & ipsa locorum distantia demonstrant. Divus Lucas in actis Apostolorum scribit, quosdam Christiana religione jam initiatos fratres ab urbe per Appiam viam ad Tres tabernas, quosdam ad Appii forum usque occurrisse Divo Paulo Apostolo, cùm à Porcio Festo procuratore sub custodia militum reus è Iudæa mitteretur Romam. Inde Carulus mane sequenti Appiam viam per Pomptinas plaudes maximis impensis olim ductam, nunc verò palustribus aquis atque pontium ædificiorumque ruinis impeditam & imperviam à dextris relinquit; atque per Volscos & Apennini crepidines scabrosasq; montium cautes Terracinam petens, ambages quærere cogitur. Setiam à sinistris vidit, ob vini nobilitatem à veteribus poëtis celebratam: pauloque ulterius in plano Priverni à Germanis Brittonibusque Blondo teste destructi mœnia ruinasq; desertas. Hinc transcendentes Privernum novum, in proximo, quem Amasenus fluvius lambit, monte positum, contemplantur à longè Thyrreni mediterranei maris littora & velut à continentia avulsa promontoria oppidis præclars quondam exculta, nunc penè deserta. Monstrantur à Corona Pighio principi quibus olim in locis Lavinium ab Ænea conditum, & ejusdem antiquitatis Laurentum, ubi in littore fuerit, ad sacrum Æneæ vel Jovis indigetis fontem ac lucum; ubi Ardea Turni regis, ubi Antium Volscorum caput cum Fortunæ celeberrimo templo, nec non Astura cæde Marci Tullii oratoris infamis. Prospectant inde poëticis fabulis decantatam veneficæ Circes domum, olim insula, nunc

Villa Cisternẽsis Card. Sarmonetæ.
Pomptina paludes.
Tres taberna in Appia via.
Appia via.
Setia.
Privernũ.
Lavinium.
Laurẽtum.
Ardea.
Antium.
Astura.
Circeum promontorium.

nunc promontorium excelsum mari rupibus imminens cótinenti vadis ac paludibus junctum, sylvis ac fruticibus densum, ubi Solis pulcherrimam filiam Circen ferunt hospites suos Magicis, si non meretriciis, artibus in pecora, & belluas transformasse. Augusti etiam ætate, ut auctor est Strabo, Circes sacellum, atque ara Minervæ, poculumque ostendebatur, è quo bibisse dicebant Vlyssem, cum ejus socii mutarentur in bestias, ut Homericis carminibus proditum est. Secretarum virtutum multiplicibus plantis, & efficacissimis herbis montem abundare volunt, atque fabulis materiam esse datam. Nam circen, vel κίρκην circumvolutionem solis interpretantur physiologi: cujus calore & directioribus radiis plantæ, animataque vegetantur & transformantur. Pergunt inde per udos & spaciosos Pomptinos campos, quos *Appia Via.* regina viarum Appia recto tramite secat. Cujus miserandæ sparsim in aquis cernuntur reliquiæ, cum Mausoleis, sepulchris, ædiculis, villis, atque prætoriis dirutis; quibus ab utroq; latere quondam magnificentissimè fuit exculta. Cùm *Appij forũ.* Appii forum à tergo reliquissent, è regno Neapolitano missus vir nobilis ad observandum Caruli principis adventum citis equis occurrit: rogatque, qua via regnum intrare, ubi prandere, & nocte diversari princeps vellet. Visum consultius prandere Terricinæ in procinctu, atque deinde Fundos usque per dena miliaria ad pernoctandum pergere. Quod cùm ille intellexisset, gaudens se repperisse in via quem quærebat; eadem qua venerat, cum festinatione recurrit, nunciaturus adventum, uti Fundis hospitium tractatioque pararetur. Jam enim antea in oppidis, & urbibus oportunis edicto principali promulgatum erat, uti regis Philippi adfinem, & sanguine proximum Principem advenam Magistratus & nobilitas honoribus omnibus exciperent, ipsum publicis impensis cum comitatu suo locorum ubique humaniter lauteque tractarent. Regias eo tempore in administratione Neapolitani regni vices supplebat Antonius Perenotus, Cardinalis Granuellanus: quemadmodum ex sacro senatu Romano pii & Catholici reges Hispaniarum aliquotiens sibi deligere vicarios in gubernandis suis provinciis solent, quibus ipsi præsto esse non possunt. Hic vir ob eximias animi corporisque dotes in omnium ordinum oculis magnus quidem semper, verùm in arduis Imperii, regnorum,

Antonius Perenotus, Cardinalis Granuellanus.

ac

ac rerum publicarum negociis prudenter atque feliciter administrandis nostro sæculo incomparabilis est habitus optimatum omnium judicio, quibus reip. Christianæ status uterque vel leviter est perspectus. Norunt non solùm familiari consuetudine juncti, sed orbis Christiani etiam principes plurimi, provinciarum ac civitatum rectores & magistratus; item ordinum vel graduum quorumcunq; superiores. Nam horum pauci ejus opera non usi, vel virtutum ipsius inexpertes sunt: pauci (nisi qui prorsus ingrati) illius beneficia vel privata vel publica non agnoscere non possunt. Non equidem tibi nunc, candide lector, asinum in leonina produco

Introrsum turpem, & speciosum pelle decora.

ut Horatii poetæ verbis utar: Non simiam, vel morionem in purpura ridiculum, ipsis Thrasonibus magis aptam & dignam personam: dico factiosis illis, qui ante annos aliquot simili ludibrio tantum virum de republica explodere & exsibilare voluerunt, veluti obstaculum monstrosi partus, qui mox post ejus discessum è Belgio in lucem prodiit magno cum ipsorum & reipublicæ Christianæ malo, sicut exitus Tragicus indies demonstrat. Non talem igitur præposterum Silenum Alcibiadis, inquam, produco; sed intus & in cute perfectum, politum, & ad unguem factum hominem. Si etenim synthesin illam interiorem pectoris explicare cœperis; ô quantas, & quàm præclaras invenies virtutum opes! Nam prodibunt ex illa judicium maturum & exquisitum, prudentia rerum usu exculta, simul & sapientia studio literarum expolita, ingeniique dexteritate felix ad dirigenda quæque negocia maxima. Animus illi interim est vitæ sobrietate cum summa pervigil, & impiger, ab ocio prorsus abhorrens, atq; somni parcissimus. Memoria tam solida & fœcunda, uti sæpius scribas quatuor aut quinq;, temporis angustia postulante, simul ad sudorem exerceat; & diversarum linguarum gravissimis de rebus epistolas ad diversos principes, proceres, magistratusque deambulando dictet, transiens ab uno ad alterum. Idque tanta cum facilitate, ut eorum neminem à scriptione continua aliquantulum cessare permittat. Quo factum, uti instar multorum unus tot provinciarum negociis administrandis par esse potuerit. Adde jam heroum illa decora, fidem, ac integritatem eximiam; pietatis,

Granuellani Cardinalis dotes.

pacis, æqui boniq́ue reverentiam & culturam pertinacem; studium singulare benemerendi publicè, privatimq́ue de bonis literis, & artibus ingenuis; adeò uti ex præcipuis unus imgeniorum provector, doctorum hominum patronus atq; Mæcenas ubique terrarum habeatur. Adjice rursus temperantiam atq; modestiam magnam in rebus prosperis; constantiam & fortitudinem miram in adversis, ut non ineptè, sed admodum appositè sibi pro symbolo sumpserit pulcherrimum illud Æneç socios post naufragium magnanimè cōsolantis elogium, DURATE. Durat etenim favente Deo, & sibi reipublicæq; servatur adhuc ad secunda. Jam verò si foris eum considerare velis, est illi corporis statura heroica. In fronte, atque oculis grata serenitas; in queis etiam ingenii vigor insignis elucescit. Mores Gratiarum divarum elegantiis ornati, ad omnem humanitatem compositi, atque majestate quadam Principe digna temperati etiam barbarorum vel hostium animos non penitus obcæcatos sibi conciliarent, & ad se raperent. Ita enim sunt benigni, ut omni fastu careant; ita comes, ut absit levitas; & ita deniq; cùm res postulat, severi; ut absit asperitas, quæ culpari poterit. Facundiam ejus mirificè adornant insignis eruditio, & multarum linguarum peritia; excultam alioquin longo continuoq́ue negociorum principalium usu. In quibus à prima juventute jam literis ac ingenuis artibus summa cura instructum clarissimus atque prudentissimus pater Nicolaus Perenotus Granuellanus ipsum exercuit, quamdiu in ejus humeris totius Imperii Germanici multorumq́ue regnorum moles sub potentissimo Carulo V. Aug. incumbebat. Itaq; pater indolem illius ad virtutum omnium formas & habitus sic expolivit: ut nec Phidias, aut Praxiteles quispiam Panthei simulachrum deorum omnium effigies & argumenta continentis posset effingere exactius. Fateantur igitur omnes boni oportet, nec illubenter multi hoc agnoscunt: id unum esse maximum atque immortale patris in ipsum Cæsarem ac universam remp. Christianam meritum, quod filium tot virtutibus præcellentem sibi successorem & vicarium tanto muneri parem reliquerit. Quod in alio magis optandum quàm sperandum erat. Hoc idem ipsius etiam Caruli Cæsaris judicio comprobatum fuit, ut prudens non minus quàm potens erat Imperator. Nam cùm Augustæ Vindelicorum in con-

Nicolaus Perenotus Granuellanus Antonii pater.

in conventu Principum atque ordinum Imperii pater Nicolaus in extremis morbo oppressus ageret anno ꝏ D L. sigilla Imperii, atq; regnorum, quæ in ejus fide atq; custodia eo usq; fuerant, ad Cæsarem per filium hunc suum remisit. Cæsar Carulus mœrentem, & sigilla moribundi patris jussu præsentantem consolatus, eum animi atque virtutis esse macte, vestigia patris insequi, & sigillis, eodem quo pater usus fuerat jure, uti cum integritate, & donec ea ipse repeteret, custodire jubet. Mox itaque inter consilii sanctioris paucos illos apolectos (ut veteres Græci, Livio teste, vocarunt eos, quorum è prudentia reipublicæ totius status ac summa dependebat) princeps patris in locum surrogatur. Quo in gradu se tam eleganter, & egregiè semper gessit, quamvis in floridæ ætatis lubrico positus, & ecclesiasticæ vitæ severitati alligatus; ut apud omnes principes juxta se gratiosum, apud omnes ordines admirabilem atque amabilem sine ulla invidia effecerit; utque in ejus validissimis humeris Imperii Romani, totque provinciarum negocia tutò inhærere, & quiescere viderentur. Cæsari Carulo quidem, cùm ob patris merita, tum ob suas dotes, ita charus usq; fuit: ut cùm sponte Imperio se abdicasset, hæreditariisq; provinciis omnibus, & è Belgio in Hispaniam cum duabus sororibus viduis Leonora & Maria reginis navigio proficisci vellet, Deo postea, ac valetudini suæ imbecilli serviturus; hunc veluti Achatem aut Thesea quempiam apud unicum filium Philippum successorem suum reliquerit: cui in discessu coram in prætoria navi mandavit, ut in maximis rebus suis, quemadmodum ipse fecerat, ejus uteretur opera & consilio. Se quidem ex animi sententia nondum patris & ipsius meritis remunerasse ob occasionum inopiam. Gratum igitur sibi in hoc facturum filium, si defectus istos regiè suppleat; eumq; ita ornandum augendumq; suscipiat, ut intelligat orbis universus virtutes & ministrorum merita ab ipso haberi in precio. Qua quidem in re luculenter & eximiæ rex Philippus officio suo fungitur, Granuellanumque ditatum opibus summo loco semper habet. Ejus imprimis opera consilioque pacem solidam, quæ nunquam antè sub Carulo V. patre ipsius stabiliri rectè potuerat, cum potentissimo Galliarum rege Henrico ejus nominis secundo fecit, & arctissimam adfinitatem, ejus filia in matrimonium ducta, contraxit. Et quàm magna pro- *Pax inter Reges maximè solida.*

provinciarum atque orbis Christiani cum lætitia, per plures à publicata pace dies sacrificia, campanarum sonitus, & tubarum clangor, item festa spectacula, ludi, arcus triumphales, pyræ nocturnæ, epulæ publicæ gentium ubique per triplicem Galliam pagatim, oppidatimque, nec non passim in urbibus demonstrarunt. Quo in negocio pacificationis ob prudenter feliciterque navatam operam rex Henricus Granuellano per legatos, quos apud Philippum regem generum suum habebat, gratias egit, atq; vasorum argenteorum omnis generis copiosam supellectilem tricliniarem magnificè & preciose cælatam inauratamque, dono gratitudinis ergò misit. Quod regium instrumentum peramplum cùm Philippi regis sui jussu Granuellanus acceptasset; Gandavi publicè expositum oculis omnium, fuit æstimatum ad bina coronatorum aureorum milia. Eandem ob causam Atrebates continuis bellorum cladibus usque quassati, atque tunc demum lætissima pace recreati, poculum ex auro puro bibile literatum & artificiosissimè cælatum, nec penitus vacuum, Antistiti suo, & aliàs optimè de republica merito, gratanter obtulere. Et elogium elegantissimè poculo inscriptum, & ipsius humanitas recusare munus non permiserere: ne videlicet, gregis charissimi gratitudinem improbare; & elogium frustra poculo incisum videretur. Rex Philippus deinde rebus in Belgio constitutis, propter patris Caroli V. Aug. excessum in Hispaniam properans, Antonium Perenorum ad amplissimæ dignitatis purpuram Cardinalitiam provexit, & ecclesiarum omnium in Belgicis provinciis suis inspectorem Archiepiscopum designavit. Atq; ut reipublicæ Belgicæ negociorumq; callentissimum hunc principē summi senatus sui publicarum curarum socium, ac directorem addidit Margaritæ Austriæ sorori regias vices in gubernandis illis provinciis subituræ. Qui honos maximam illi conflavit invidiam apud veteris religionis adversarios, & Catholicæ pietatis hostes. Mox etenim ansam quærere hinc cœperunt ad maturandam, invehendamque pòst discessum regis Philippi in ejus provincias, Calvinisticæ cōjurationis perfidam sectam: quæ ad imperia subvertenda, legitimamq; potestatē omnem ad effrenem paucorū conjuratorū licentiā Evangelicæ reformationis titulo transferendā natā, nimis altè, prò dolor, per Gallias atq; Germaniā pròximis annis

Henrici regis Gallorũ erga Antonium Perenotum liberalitas.

Atrebatũ erga eundẽ [illegible] pium [illegible] gra- [illegible]imo.

Antonius Perenotus Cardinalis & Archiepiscopus factus.

Calviniana secta perfidia.

nis

nis Principum Magistratuumq; negligentia non minus inter magnates in aulis, quàm inter plebejos ubique sparsim radices egerat. Hæc etiam in Belgio, Germaniaque inferiore post regis Philippi discessum in Hispaniam cristas erexit. Tum etenim populos exterarum gentium commerciis divites, atque animosos avita libertate variis inimicare rumoribus, ac novæ demum servitutis Granuellani ductu imponendæ metu consternare, contraq; regem suum irritare non dubitavit. Hæc igitur belua trahit in suas partes paucorum capitum auspiciis tam sibi devotæ, quàm attritæ, vel aridæ nobilitatis haud exiguam manum, atq; in fœdus cogit. Sed absit invidia dicto, candide lector. Non etenim stirpes, aut homines hic, sed vitia tantum taxo, queis atteritur virtus, queis arescit arbor quæque nobilis ac præclara. Splendidus erat quidem privilegiorum atque libertatis tutandæ prætextus; re vera tamen, ut infelix ac infamis conatuum exitus indies declarat, priscam pietatem, & politiam veterem abolere, præcipuus scopus erat: quo simul grassandi pro libidine, ubi vellet, sibi viam aperiret: quam facilem variis in locis per Aquitaniam, & Celticam prius reppeterat; dum ad scelera promptis impunitatem, obæratis novas tabulas, egenæ plebei immensas optimatum, & sacris addictorum hominum opes devorandas proponit. Nobilitatis igitur conjuratæ validis humeris fulta pestis hæc Granuellanum Cardinalem imprimis à reipublicæ gubernaculis deturbat, atq; velùt aggerem tempestatibus concito furibundoque mari objectum; cuncta submergere volens, amolitur: quem rex Philippus patiens & mansuetus princeps cunctando rem restituere cupiens, non mox violenter asseruit, nec invidia oppressum destituit: sed, cùm in Belgio rebus ita stantibus utilis esse reipublicæ non posset, semotum inde in eodem, quo semper antè gradu hactenus retinet, conservat, & tuetur: nec ociosum quidem, cùm ejus opera atq; ministerio in maximis regnorum suorum negociis adhuc utatur. Fœdus in Italia cum summo Pontifice, Venetis, aliisque Christianis Principibus contra Turcas per ipsum init: fratrem Joannem Austrium exercitus confœderatorum in Imperatorem, atq; in summum classis oræque maritimæ præfectum inauguravit. Regnum Neapolitanum pluribus annis feliciter per eundem gubernavit, ex Italiaque ipsum in Hispaniam demum

Origo tumultuum in Belgio.

Granuellanus à Rege Philippo nō destitutus.

mum,quo promptius possit ejus uti consilio, ad se evocavit. Jactent nunc veteres Romani continuam illam felicitatem Q. Metelli Macedonici, tantoperè à M. Tullio, Valerio Maximo, & C. Plinio,cæterisque decantatam; atque inter alia hoc eximium, quod ipse post summos honores senex tres filios consulares, unum ex his etiam censorium, atque triumphalem,& quartum prætorium viderit: Quodque tres filias elocasset,quarum sobolem sinu excepisset suo: quodq; eum leni genere mortis extinctum inter oscula complexusq; charissimorum pignorum filii,& generi humeris per urbem ad rogum extulissent. Rarum quidem hoc exemplum narrant illi fortunæ constanter propitiæ. Præclara tamen non minus nostro hoc sæculo (si diversos temporũ personarumq; pensitemus status) Nicolai Perenoti patris felicitas censeri poterit: cui contigit post magnos fortunæ successus,quinq; filiorum lætos videre virtutum honorumq; progressus. Unum ex his in summa rerum administratione successorem apud potentissimum Imperatorem Carolum, ejusque filium Philippum regem maximum relinquere.Plures illustribus familiis filias per matrimonia inserere, earum sobolem quoq; cernere & amplecti. Exitus illi quidem vitæ non minus felix, & honoratus, ac Macedonico fuit: cui datum extremas curas, licet peregrè,in sinu tamen amantissimæ uxoris,librorumq; deponere: atque inter manus & suspiria charissimorum pignorum reddere spiritum, finireque vitam in amplissimo contubernio,ac ministerio domus Augustæ. Hujus item præclaras exequias,pompamque funebrem Electores atque Imperii principes quique maximi, qui tum erant Augustæ, sua præsentia honorarunt. Sed quonam,mei cursus oblitus, vela ventis pandens in altum provehor? Agè,veniam precor des, candide lector:si in principis viri virtutum & laudum ingentes cumulos incidens, velut inter Syrtes quasdam inopinatò deprehensus, carinam ægrius flectere, ac memet expedire possim: si videlicet,in tanta rerum insignium copia manum de tabula levare nequeam. Equidem Corona Pighius meus partim in caussa est, & similis cantilenæ quasi perpetuus auletes. Qui cùm apud me manet, uti frequenter solet, & in sui Mœcenatis Granuellani mentionem incidit; adeò mihi noctes atq; dies ejus viri virtutes,& erga rempublicam benemerita memorãdo personat aures:ut idem ferè mihi ꝙ longa

Q. Metelli Macedonici felicitas.

Nicolai Perenoti Granuellani felicitas.

Excusatio prolixæ digressionis.

ga Oceani navigatione quassatis, obtingat, quibus fluctuum marinorum fragor ac sonitus postea per aliquot dies auribus semper obstrepit: idem quod aviculis in cavea cicurandis, quæ dum unam assiduè cantilenam audiunt, eam solam addiscentes, proprium ac naturalem cantum quasi dediscunt: ut nihil aliud ferè postea quàm unam illam ad tædium usque canant. Sed nos extra caveam istam semel ad Appiam relictam revolemus, atque nostrum iter interruptum prosequamur. Carulus autem Princeps legatum subsequutus, per Pomptinas paludes reflectit ad Appiam; atque inde porrò rectà pergit Tarricinam. Exceperunt advenientem applausu tormentorum læto peditum Hispanorum decuriæ tres extra portas, quas Cajetanus præfectus propter pericula itineris ad deducendum agmen eò miserat. Prandium interea paratur in hospitio foris, dum oppidum & vicina loca perlustrant advenæ. Vetus fuit Romanorum colonia, & prius Volscorum: Anxur primùm appellabatur, vel ipsorum lingua, ut quidam volunt; vel Græca potius, ut plures opinantur; à Jovis Anxuri fano celeberrimo & antiquissimo: quod ibidem constituisse Spartanos tradunt, ut & Feroniæ deæ in Pomptinis campis, apud Circejos & Rutilos: cùm ob duras Lycurgi leges excessissent patria, & post longos errores in his Italiæ maritumis oris sedem fixissent, ut Dionysius Halicarnassæus libro antiquitatum secundo memoriæ prodidit. Meminit nominis & Virgilus in octavo Æneidos his verbis:

Redit ad historiam.

Tarricina, vel Anxuris antiquitas.

Iupiter Anxurus.

Feronia fanum.

Circeiumq; iugum, queîs Iupiter Anxurus arvis
Præsidet.

Quem locum commentator Servius sic explicat: Circa " tractum Campaniæ colebatur puer Jupiter, qui Anxurus " dicebatur, quasi ἄνευ ξυροῦ, id est, sine novacula; quia barbam " nunquam rasisset. Et alio loco, Feroniam Junonem virginem ait existimatam fuisse: veluti Jovem Anxurum, vel " sine novacula, & perinde non abrasum; qui coleretur Tarricinæ, quæ etiam aliquando Anxur dicta fuit. Et memini " quidem me vidisse marmoream aram Jovi puero dicatam ex voto, sicut ipsa testabatur inscriptio antiqua. Strabo Trachynam alio nomine Græcis appellatam fuisse scribit, quasi

Iupiter puer.

Iuno virgo.

quasi asperam, à τραχὺ: quòd in scabro, & saxoso monte posita sit. A qua voce posterius hoc nomen Tarracina Romanis defluxisse videtur, quemadmodum in correctis inscriptionibus antiquissimis hoc nomen reperitur scriptum. Ad quarum normam corrigendum illud ubique in auctoribus autumo: ut etiam in T. Livii libro quarto, ubi sic in plurali numero nomen hoc proferendum. Anxur fuit, quæ nunc Tarricinæ sunt, urbs prona in paludes. Allusisse ad saxosum urbis asperumque solum videtur Horatius poeta, eundem Appiæ viæ tractum pulchrè describens Sermonum libro secundo:

Ora manusq; tua lavimus Feronia lympha,
Milia tum pransi tria repsimus, atque subimus
Impositum saxis latè candentibus Anxur.

Ad tertium igitur miliare à Feroniæ fano inter Appiam & Circejum promontorium posita Tarricina est: quam mari circumfusam olim fuisse, testatur Solinus: nunc oppidum est frequens, sed exiguum. Ager latere maritumo fœcundus & amœnus admodum est, olim ditium Romanorum prætoriis, villis, prædiis, ac hortis frequentibus excultissimus: quorum multæ sparsim visuntur adhuc reliquiæ atque ruinæ, quemadmodum & celebris illius portus ab Antonino Pio sumptuosissimè refecti. Carulus à prandio citis equis per Appiam silice stratam Fundos pergit. Quæ quidem ibi detinet peregrinum viatorem structura sua eximia, & consideratione reliquiarum antiquarum: atque imprimus, vbi in planum ac rectum scalpris ferreis ad littus in Tarricinensi promontorio excisa est è durissima caute. Stupet spectator admirabundus rectæ viæ planum vnius saxi pavimentum sub pedibus porrectum per passus plus minus viginti in longitudinem, ac trinis ferè passibus in latitudinem: munitum quidem (vt Appia tota fuit) ab vtroque latere limbis bipedali latitudine eminentioribus, qui viatori pediti semitam siccam præstabant. Quibus adiecti lapides eminentiores, veluti bases quædam, per decimum quemque pedem: è queis in vehicula, vel equos scansio fieret commodior. Quis non miretur solidum ex eadem candenti rupe parietem explanatum in summam altitudinem, quam per pedum decades multas

Appia Via.

multas characteribus numerorum magnis singularum decempedarum distantia sculptis curiosa vetustas posteris demonstrare voluit? Quem non delectatione adficeret graphicotera characterum illa symmetria proportioque, qui æquè magni à longè in altissimi parietis summitate, ac in imo intuentium oculis occurrunt? Quis non marmorum ornatissimis vestibus suis nuda nunc atque spoliata templa, mausolea, prætoriaque doleat: quæ transeuntibus sparsim vtrimque in Appia, sicut & in aliis Italiæ publicis viis per viros triumphales munitis, occurrunt? Sic visum majoribus majestatem ac auctoritatem Imperii Romani per terrarum orbem propagare summisque laboribus atque impensis efficere, ut ejus magnitudinem & potentiam timeant exteri populi, quorum principes atque legati è transmarinis, transalpinisque Romam sæpius commeantes, urbis atque Italiæ maximum cultum atque splendorem attoniti non poterant non admirari. Delectant igitur atque morantur nunc etiam temporis advenas quoscunque nec non exercent ingenia magna Romanorum operum ruinæ immensæ, passim itinerantibus obviæ, quamvis admodum deformatæ: sicut & Carulo Principi tum, & comitatui ejus contigit, Corona Pighio rationes earum obiter in via demonstrante. Interea in finibus Neapolitani regni non diu ante noctem occurrit cum equitum ala vicinaque nobilitate Didacus Ortesius proregis Granuellani procurator; cujus erat provincia comiter excipere, deducere, & vbique locorum regio sumptu quàm honorificentissimè Principem advenam cum comitatu suo in itinere tractare. Commissarium à tali data commissione nunc vulgò vocant. Is ingruente nocte multis tædis prælucentibus agmen deduxit Fundos ad Palatium, & apparitissimo hospitio, nocturnoque convivio excepit. Sequentis diei tempus antemeridianum rebus divinis impensum, atque oppido parlustrando. Quod quidem parvum, sed situ jucundum, ad Appiam in planitie positum, ex ruinis antiquæ ejusdem nominis perfecturæ surrexit, cujus adhuc cernuntur in vicinis paludibus vestigia propè lacum Fundanum. Ceterùm Fundi nunc, vt Germani Poëtæ cujusdam versibus obiter dicam: *Fundi præfectura.*

Cob

Collibus hinc, atq; inde lacu, simul aequor ecinctum,
Citria cui florent hortis, & littore myrti,
Hesperidum decus, & bene olentia culta Diones.

Nostro quidem sæculo hoc oppidum insigni est adflictum calamitate per archipiratam Caradinum Barbarossam Turcicæ classis præfectum. Qui illud subita incursione cepit, ac civibus omnibus in servitutem abductis, & ædibus sacris profanatis totum diripuit. Carulus princeps dein opiparo jucundoque tractatus prandio, cum suis ductoribus æquitatuque Cajetam pergit. In itinere juventus Itriensium militaris occurrit obviam ad secundum usque lapidem, magnoque cum applausu per oppidum principem deduxit. quem magistratus atque cives in foro salutarunt, atque transeuntibus singulis è comitatu blandè vina, saccarum, ac dulciaria similia præsentarunt. Appia deinde, atque Formiis ad sinistram relictis, non procul à Cajeta principem Carulum exceperunt regius gubernator ejus urbis, & arcis præfectus cum magistratu civium & urbana nobilitate magna; stipati equitatu, & vexillationibus aliquot præsidiariorum militum: à quibus deducitur per mœnia atque propugnacula urbis apparatissimæ. Tum ex his turribus, & portis ubiq; locorum transeuntibus fit honoris caussa magnus applausus tormentorum bellicorum. Nec non minor ex portu & arce, quàm in angulo promontorii versus orientem posuit olim Ferdinandus Arragonum rex, pulsis ex regno Neapolitano Gallis. Nostra memoria Carulus V. Imp. & rex adjecit rupem vicinam, ponteque sublicio junxit arci superiori. Atque ita moles turribus ac propugnaculis adauctas duplicavit, & promontorio toto simul incluso, urbi fossa murisque connexuit. Acradinam & Tychen Syracusanorum diceres, ex iisdemque tueri vicina littora, portum, atque urbem subjectam posse. Quare selectissimo servantur arces Hispanorum militum præsidio, nec ignotis peregrinisve datur in has accessus: immo nec civibus, aut inquilinis. Quod quidem patuit, cùm Carulus princeps ejusque cohors à præfecto in eas arces duceretur. Tum enim magistratus, & urbanæ nobilitatis catervæ, quæ honoris caussa frequentes comitabantur, non equis descendere, non subsequi; sed ante ingressum subsistere ac morari.

Arx munitissima duplex.

Vrbs

Urbs itaque non minus operibus quàm situ undequaque valde tuta est. Simul etenim cum promontorio, è cujus clivo dependet, posita est in quadam peninsula, fereque tota marinis aquis cingitur: ut terrestri itinere, nisi una porta è continenti pateat ad eam accessus per Isthmum angustũ, atque ponte, porta, propugnaculisque munitissimum. Assurgit duplici vertice promontorium, & qua mediterranea spectat, urbe vestitur in planiore cacumine clivoso. Altera pars altior multò præcepsque procurrit in mare meridiem ac occidentem versus, atque per medium à summo ad imas usque radices vasta ruptura scissa est terræmotu, ni fallor, antiquo; qui in iis Italiæ tractibus aliquando contingere solet. Quemadmodum constat Neptunum (Ennosigæum & Sisichthona poëtæ theologique veteres quem idcirco nuncuparunt) magno tridenti suo mota montium fundamenta sæpius subvertisse. Scaphis intrant hiatum longo spatio nautæ venerabundi, locumque colunt religiosè. Nec impiè creditur ab incolis atque vicinis, montem illum, quo tempore Christus redemptor noster pro salute humani generis in cruce mortem perpessus est, ita divulsum terræ motu fuisse, cùm petras tunc fissas esse tradat Evangelica historia. Extructum est ex piorum hominum donariis, propter fissuram montis, monasterium, dicatumque sacrosanctæ Trinitati ter maximæ, à quo monti quoque nomen nunc inditum, ut vulgo mons Trinitatis appelletur. Miraculi instar saxum suspicitur immane è summo montis cacumine prolapsum, quod inter medii hiatus, ubi angustior incipit esse, scabros parietes in casu suspensum, fixumque mansit. Sacrarium in hoc extruxit pulcherrimum Summæ Trinitati Ferdinandus Arragonum rex è mari conspicuum, ad quod via manufacta per ipsam montis rupturam ascenditur è monasterio. Intujus solidis & vastis parietibus utrimque considerare jucundum, mutilos saxeos sparsim extantes: & ex adverso loca vacua & concava, è quibus vi summa terræmotus sunt divulsi, quemadmodum durissima saxa inæquali semper ruptura finduntur. Hæc quidem ostensa Carulo Principi priusquam à præfecto duceretur ad arces; sicut & inter alia ibidem visu digna preclaris nostri sæculi exercituum ducibus posita monumenta marmorea, sumptuosa, cum elogiis admodum honorificis: Caruli nimirum

Caieta descriptio.

Neptunus Ennosigæus & Sisichthõ cur dicatur.

Saxum in fissura montis pendulum.

Sacrarium in saxo.

Sepulchra duorum illustrium ducum Caroli Borbonii, & Odeti Lautrechii.

nimirum Borbonii, qui in oppugnatione funesta Romæ ignito glandis plumbeæ jactu vulneratus interiit. Item Odeti Lautrechii ducis adversarum partium, qui in obsidione Neapolitana contagioso morbo quinquaginta milium exercitu amisso decessit. Cujus tamen licet inimici cadaver ejus urbis propugnator Philibertus Aurangius humanorum casuum non immemor eo loco peramplo condidit. Hinc ad arces ante descriptas ducitur cum comitatu suo princeps, visunturque ibidem tormenta bellica, telorum atque armorum apparatus magni; item propugnacula, turres, fossæ profundæ, rupiumque præcipitia vasta. Quibus denique perlustratis, per alteram urbis partem revertuntur ad hospitium Principi præparatum in amplissimo Palatio quodam, non procul à portu. Non attinet totiens hic describere conviviorum sumptus magnificos, exquisitos & multiplices eduliorum luxus. Cæcubi, Gaurani, Falerni, ac Faustiani generosa pocula, quibus hic atque in aliis Campanis urbibus princeps Carulus cum suo comitatu per torquatorum atque purpuratorum nobilia ministeria toto illo itinere singulis diebus tractabatur. Et longum esset referre, tum acroamata musica frequenter epulis intermixta, psaltrias, sambucistas, variosque deliciarum artifices ad tædium usq; repetere videretur ociosum. Ut igitur brevitati consulamus nonnihil, percurrere dumtaxat ea constitui, ex quibus princeps, aliaque præclara ingenia doctrinæ fructum aliquem legendo capere possunt. Sequenti mane Carulus in summo templo sacris interfuit cum urbis præfecto & urbana nobilitate præcipua. Ubi monstrantur eidem preciocissima quæque domus illius augustæ donaria & ornamenta; in qua nova sedes Episcopi fuit collocata primùm ante annos circiter sexcentos, post Formias vicinas à Saracenis excisas. E cujus urbis ruinis extractus etiam est crater ille Bacchicus ingens, cadorum plurium capax, ex uno saxo Pario candidissimo cavatus, quo nunc ibidem utuntur in templo pro sacri Baptismatis lavacro. Inter antiqua ejus generis vasa nil se vidisse pulchrius, perfectiusve testatur Corona Pighius. Nam in eo cælatura Græca conspicitur artificiosissima, cujus non puduit sculptorem, qui nomen suum crateri inscripsit. Salpiona Atheniensem fuisse, charactereshi Græci in eo sculpti docent:

Crater Bacchicus è Pario marmore.

ΣΑΛ-

ΣΑΛΠΙΩΝ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ
ΕΠΟΙΗΣΕ

Cælavit eleganter in eo vase figuris artificiosissimis ut Dionysium illum bimatrem ignigenam (sicut illum poetæ vocant) recens natum Mercurius detulerit Jovis ex mandato ad materteram Leucotheam, quam & Matutam poetæ Latini appellarunt; eademIno veteribus dicta: quæ, ut Orpheus, Pausanias, & Ovidius auctores sunt, Baccho infanti ubera primùm dedit, qui deinde Nymphis nutriendus est traditus. Sic enim poeta lib. III. Metamorph. *Bacchi natiuitas.*

Furtim illum primis Ino matertera cunis
Educat, inde datum Nymphæ Nyseides antris
Occuluere suis, lactisq; alimenta dedêre.

Hanc igitur vides matrimonali in habitu sedentem in rupe præsentatum à Mercurio infantem ulnis acceptare, positumque in linteo recondere sinu, dum Satyri & Bachæ evantes ad tympana tibiasque bifores ducunt choros. Cujus fabulæ mysteria hic explicare longum esset; ideoque loco commodiori eam reservabimus; ut & alia multa in isto itinere visa, quæ diligentissimus antiquitatum investigator Corona Pighius mihi communicavit. Quem non piguit in altissimum Cajetani illius promontorii cacumen scandere, ut videret ac demetiretur antiquissimum illud L. Munatii Planci oratoris, Ciceronis discipuli, cujus adhuc extant inter familiares epistolæ, mausoleum marmoreum, quod ibidem extructum ante mille quingentos annos sub Augusto Cæsare, adhuc integrum longa lateque prospectat in mare. Turrim Orlandinam nunc vulgus appellat, uti majorum opera factaque sublimia fabulosis involvit originibus posteritatis ruditas, & historiæ veteris inscitia. Est autem forma rotunda, ut illud Metellæ Q. Cretici filiæ in Appia via non procul ab urbe; ad cujus imitationem architectus hoc Plancianum construxisse videtur. Constat tota moles enim ex duobus murorum solidorum circulis. Quorum exterior ex saxo ingenti quadrato compactus habet in diametro passus circiter XXVIII. vel pedes LXXXIV. ex coque colligere est totius *Mausoleū L. Planci oratoris.*

tius

tius ſepulchri magna latitudo, ſi diametri lineam ducas in circulum. Nec minor eſt ejus altitudo, prout oculi conſideratione dimetiri ab ipſo potuit, cùm XXVII. ſaxorum ſeſquipedalium ordinibus evehatur in altum. Quibus eſt impoſita ſuperior corona, ſuis murorum pinnis tanquam in radios efformata, & hoſtilium armorum ſpoliis inſigniter adornata. Intranti per oſtium occurrit ambitus ſeptem circiter pedes latus, quem facit circulus interior opere lateritio ſpiſſo, altaque teſtudine jungit exteriori. Hic igitur interior altiſſima clauſus concameratione formam rotundi templi in medio mauſolei repræſentat cum quatuor peramplis ſtatuarum loculis. Parietes interiores omnes tectorio marmorato videmus expolitos tam fuiſſe tantoque candore renitentes, ut vitri ſplendorem habuiſſe, niveiſque repercuſſibus luminis radios duplicaſſe videantur. Qui per oſtium dumtaxat intromiſſi (nullus enim feneſtras habet tota moles) locum illuſtrant abundè. Supra oſtium L. Planci oratoris titulus cum elogio rerum ab ipſo geſtarum characteribus pulcherrimis velut in tabula ſculptus integrè legitur. Cujus inſcriptionis exemplum, ut correctiſſimum à Corona Pigho accepi, ſtudioſis antiquæ hiſtoriæ hic communicare non pigebit. Vidi autem antea tituli iſtius exemplaria plura, cùm impreſſa tum à diverſis exſcripta: hoc tamen quod ex architypo ſcriptum eſſe nobis conſtat, nullum vidi correctius. Eſt autem titulus talis:

L.MVNATIVS. L. F. L. N. L. PRON.
PLANCVS. COS. CENS. IMP. ITER. VII. VIR.
EPVL. TRIVMP. EX. RÆTIS. ÆDEM. SATVRNI
FECIT. DE. MANIBIS. AGROS. DIVISIT. IN. ITALIA
BENEVENTI. IN. GALLIA. COLONIAS. DEDVXIT
LVGVDVNVM. ET. RAVRICAM.

Ræti populi.
Manibiæ.

Ex quo nobis manifeſtum fit quantæ ſit antiquitatis hoc mauſoleum quod ante Chriſtum natum anns ferè XV. vel XVI. ibidem ſtetiſſe colligimus ex L. Planci oratoris magiſtratibus in hac inſcriptione nominatis. Quorum poſtremum cenſuram viginti annis poſt conſulatum geſſiſſe, in eademque mortuum eſſe urbis anno DCCXXXI. lectori patebit ex noſtris magiſtratum annalibus. Non dubium igitur,

igitur, cùm censuræ mentionem facit titulus, quin paulò post mortem ejus operi absoluto summi magistratus ac elogium rerum ab ipso gestarum honoris causa fuerit inscriptum. Ceterùm de Planciano mausoleo jam satis multa. Promontorium verò in quo positum est, Strabo scribit Lacones olim, qui in ea littora colonias deduxerant à curvitate Cajetam appellasse: sicuti Spartana voce curva quæque καιάδα dixere, oppidumq; nomen inde sortitum etiã esse. Fossas insuper, ac voragines terræmotu factas καιάτα nuncupata fuisse legimus à veteribus. Aliqui classem Trojanorum in eo portu concrematam, indeque Cajetam, ἀπὸ τοῦ καίειν à comburendo dictam fuisse volunt. Melior tamen veterum scriptorum pars Principi poëtarum Virgilio suffragatur, qui Æneam ab inferis reversum à Cajeta nutrice ibidem sepulta loco nomen indidisse canit. Itaque summam ejus antiquitatem esse, veterum opinione receptum semper fuit. Ejus urbis pars inferior cum suis munitionibus monstrata Carulo principi, post sacrum. Item portus cum triremibus, quas eò Cardinalis Granuellanus Regis Philippi vices (ut ante dictum) Neapolitum gerens miserat: ut si fortè Principi placeret navigio pergere Neapolim, commodè tutóque posset. Verum enimverò maluit perlustrare prius Capuam, agrum Falernum, Stellatum, camposq; Leborinos, pulcherrimamq; partem Italiæ; ubi vitiferi colles, ac temulentia succo nobilis per omnes terras inclyto celebratur; atqui ubi veteres summum Liberi Patris cum Cerere certamen esse dixerunt. Portus autem Cajetanus ut ob amplitudinem atque vetustatem apud auctores percelebris, sic etiam situ ac natura loci tutissimus est. Cùm à meridie & occidente tempestates flatusq; marinos arceat promontorium, ab Aquilone, Cæcia & Euro tutentur Apennini brachia, Italiæque tellus stabilis. Inter ædificia publica magna & famosa ab Antonino Pio Augusto facta, vel restaurata, celebrat Julius Capitolinus Cajetæ portum ac Tarracinensem. Carulus princeps his visis à meridie præfecto magistratibusque urbanis honorificentissimè tractatus gratias cùm egisset ac valedixisset, Alphonso Castaldo, magnaque nobilitate prosequente, ad Appiam redit, atque inde Suessam Auruncorum proficiscitur, ubi in Palatio Ducis Suessani nocturnum illi hospitium paratum erat. In itinere occurrunt in Cajetana, quæ ad Appiam

Cajeta unde dicta.

Campania laus.

Portus Cajetanus.

Suessa Pomeria Auruncorum.

X ducit

ducit, via, ſepulchrorum antiqua ædificia magna, ſed ruinoſa. Et in angulo, qua ſe via in Appiam fundit, Marci Tullii Ciceronis ſepulchrum oſtendunt Campani antiquitatum ſtudioſi ex Joviniani Pontani ſententia, cujus ætate volunt ibidem repertum fuiſſe fragmentum epitaphii Ciceronis. Pighio Coronæ tamen non tantæ videtur antiquitatis monumentum illud eſſe: quod rotundum opere lateritio concameratur, media columna teſtudinem ſuſtinente, & ad dexteram introitus per ſcalas lapideas patet aſcenſus ad ſuperiora quæ dumis & arbuſtis obſepta ſunt. Cùm deindè trajeciſſet Carulus Lirim amnem, occurrit Sueſſanus Antiſtes cum comitatu ſuo, mox & magnæ nobilium catervæ venientes obviam principi gratulantur adventum, deducuntque cum honore tubis præcinentibus per urbem ſuam myrto & herbis odoriferis conſperſam, & lauri ramis ornatam, in Palatium ducis Sueſſani. Intranti in atrio primo præſentatur illi ex majorum more ſumptuoſo, ut verè vocare poſſumus, lautia multiplicia & magnifica Ducis abſentis nomine. Nimirum in cadis vina nobiliſſima quæque Campana, carnes & piſces omnis generis, volatilia, pinguesque ferinæ, caſei, fructus, ac menſæ ſecundæ bellaria exquiſita. Nec deerat hordeum equorum pabulum, nec quippiam quod ad opiparas dapes inſtruendas requiri poſſet. Tractatur ibidem ſumptu regio ſplendidiſſimè cum comitatu omni. Poſtridiè cùm Principem Epiſcopus vir humaniſſimus ad Eccleſiæ ſuæ ſacra viſenda deduxiſſet, ibidem re divina peracta non ſine præcipuæ nobilitatis, quæ frequens ad templum confluxerat, ſequela perluſtrat urbem antiquitate, veterumque ſcriptorum frequenti mentione celebrem; in quam Pometinos à Tarquinio priſco rege Romanorum Pometia deleta pulſos commigraſſe Dionyſius Halicarnaſſæus lib. v. tradit, unde Sueſſa Pometia vocari cœpit. Poſtea & Auruncorum Sueſſa dicta, teſte Livio, cùm Aurunci à T. Manlio conſule Sidicinis opem ferente victi cum liberis & uxoribus eò patria deſerta confugiſſent. Poſita quidem urbs in agro veſtino ad montem Maſſicum in Appia via, regioneque in amœna atque fertili: quæ aliquandiu Volſcorum inter præcipuas urbes nominata, tandem Romanis ceſſit, factaque colonia circa annum urbis CDXL. ut ex Livio colligimus. Vellejus autem triennio poſt Luceriam deductam ſcribit.

M. Tullij Ciceronis ſepulchrũ.

Lautia quæ Carulo advenienti oblata.

Sueſſæ antiquitas.

Situs.

Quando colonia R. m. Sueſſa facta.

Paſſa

Passa deinde est sæpius clades Annibalico, civilibusque Romanorum bellis: quam tamen admodum postea floruisse Cæsarum sub monarchia, maximè sub Hadriano & Antoninis Piis, colligimus ex statuarum titulis, & elogiis; atque marmorum scripturis, quæ sparsim ibidem reperiuntur, & CoronaPighius diligenter annotavit, ea studiosis aliàs communicabimus occasione commodiore. Redeunti porro principi ad palatium, lautia denuo magistratuum ac reip. nomine præsentata sunt, eduliorum ut pridie copia dapsilis. Quæ munera licet Carulo viderentur ociosa & superflua, cùm mensas ubique reperiret apparatissimas; non potuit tamen non amplecti benevolenter principis ac reip. studia humanitatis officiosa, jussitque demum ex œconomi sui consilio cibos illos omnes pauperibus ibidem distribui. Prandio refectus, non sine magno comitatu Capuam perrexit: qui item crevit in itinere ubique locorum, perhumaniter nobilitate Campana ex locis vicinis ad ipsum confluente. Gubernator item Capuanus cum magistratu ac optimatum turma quatuor tubis præcinentibus obviam occurrens gratulatur adventum; cinctusque mox princeps magna comitatus illustris corona, ad urbem pergit. Juventutis urbanæ plures cohortes sub vexillis tendunt obviam advenientibus, atque ingenti, cum armorum applausu, festivaque velitatione principem salutant, & per urbem myrto, floribus, & herbis variis consperfam, ornatamque lauri ramis è fenestris utrimque per omnes ferè plateas tandem ducunt ad hospitium ipsi paratum in amplissimo quodam palatio. Sumptus, epulæ, torquatorum ministeria luxum & delicias Campaniæ priscas repræsentare videbantur, musicis acroamatibus, morionum atque ludionum variis actibus interpositis. Atqui jam antiquitus Capua Campaniæ caput insolentis arrogantiæ proterviæque vitio laboravit. Nam & M. Tullius in agraria secunda contra P. Rullum testatur Campanos semper superbos fuisse bonitate agrorum, & fructuum magnitudine, urbis salubritate & pulchritudine. Ex eademque copia & rerum omnium affluentia natam arrogantiam, quæ alterum urbi Romæ consulem è Capua postulavit: eamque luxuriem natam, quæ ipsum Annibalem armis invictum voluptate vicit, & enervavit. Eleganter igitur

Lautia altera.

Capuam proficiscitur Carulus.

Capuanorum luxus.

appellat Capuam domilium superbiæ, ac sedem luxuriæ: aitque ingenerari hominibus mores, non tam à stirpe generis ac seminis, quàm ex iis rebus quæ ab ipsa natura loci, & à vitæ consuetudine suppeditantur, quibus alimur & vivimus. Atque ita loci Genius sibi similes plerumque colonos gignit. Quod etiam tum Corona Pighius se animadvertisse mihi asseruit, & admiratum fuisse, in hac Capua nova ex antiquæ ruinis alio licet loco duobus passuum circiter milibus distante suscitata, cùm videret altero adventus die tam celebri in conventu principum & in hospitalitatis tanta festivitate juvenem nobilem privatas ob inimicitias in atrio palatii ab hoste sica per fossum cadere ante cænaculum, in quo Princeps Carulus paulò antè cum præfecto magistratibusque fuerat pransus, mox ut dimissis convivis se subduxisset in cubiculum, & dum ad iter accingitur. Sicarius per turbam elapsus, eo die non reperitur, nec admodum diligēter investigatur. Adeò non tot sæculorum intervallum, non colonorum frequens mutatio, non denique Christiana religio vetera illa loci vitia corrigere, contagionemque ex copia & luxu nascentem effugere, aut occulere potuit hactenus: quin in quibusdam turpiter adhuc temporis detegantur, & emineant.

Cædes ante cænaculum principis facta.

Capuæ situs

Posita est nova Capua ad Volturni ripam, altero, ut dixi, lapide ab antiquæ ruinis quæ ingentes adhuc cernuntur juxta D. Mariæ Gratiarum ædem: utpote portarum urbis, theatri, aquæductuum, aliæque moles immensæ templorum, porticuum, thermarum, atque ædium amplissimarum. Item subterraneæ concamerationes vastæ, & aquarum castella, visunturque in vepribus ac dumis columnarum ac marmorum omnis generis infinita fragmina, ex quibus potentiam ac superbiam veteris Capuæ colligere possumus, quamvis magnas ejus reliquias nova Capua vicinæque urbes inde distraxerint.

Nominis origo.

Strabo Capuam appellatam tradit ab agro campestri, eademque ratione P. Maro Campanam urbem, & Tullius Liviusque frequenter ejus cives & incolas Campanos nominare videntur à camporum uberrimorum cultu. Poëtæ tamen, Maro jam dictus, Lucanus, & Silius, aliique Capyn Trojanum Æneæ socium urbi colonos, mœnia ac nomen dedisse canunt. Eam, auctore Strabone, prius Opici & Ausones tenuêre: dein Osci Tuscorum gens, à quibus Osca dicta. Hos ejecêre Cumani posteaque iisdem pul-

ſis Etruſci eam ampliatam caput undecim urbium aliarum inſtituêre, volturnumque etiam dixêre à vicino flumine, ut Livius teſtatur. Potentem atque vicinam in Italiæ meditullio, nec non inimicam ſemper atque æmulam Imperii non minus quàm ipſa Carthago, ferocemque præſentis Annibalis amicitia atque ſocietate Romani maximis operibus circumvallatam & obſeſſam fame demum ſubjugarunt: Senatuſque ſecuri percuſſo, civibus reliquaque multitudine ſub haſta venditis, urbem atque agrum omnem publicarunt. Nec impoſterum civitatis ullum corpus, non conciliũ publicum, non magiſtratus aut ſenatum urbi permiſere, vel ulla inſignia reip. ſed ædificia ſedes aratorum eſſe juſſerunt; utique dumtaxat urbs à Libertinis, & inſtitoribus, viliique operaria plebe frequentaretur, permiſſum fuit. In hunc itaque modum Capua adflicta jacuit ultra annos centum triginta, atque ager Campanus populi Romani publicus fuit uſque C. Cæſaris conſulatum. Qui lege Julia contra ſenatus optimatumque ſententiam lata militibus eum viritim diviſit, Capuamque muro ductam, uti fragmenta Julji Frontini demonſtrant, primus coloniam fecit. Quæ ex eo quidem tempore reſurgens auſpicjis Imperatorum, floruit ſub populi Romani poteſtate; donec à Genſerico Vandalorum rege capta ſubverſaque, ab Oſtrogothis dein occupata, atque his pulſis à Narſete reſtaurata, tandem à Langebardis iterum exciſa fuit atque deleta. Ceterùm quo tempore hæc nova Capua ex ipſius ruinis excitata, quóve auctore ad ſecundum ab altera lapidem, ut dixi, traducta fuerit, non ſatis conſtat. Et quidem veriſimile, quòd vi metuque barbarorũ pulſi, atque diſperſi cives tandem eò confluxerint, atque ſenſim extra deſertæ Capuæ ruinas ſedes fixerint ibidem ad Volturni ripam; ubi nunc novam Capuam in urbem peramplam atque potentem emerſiſſe videmus. De qua Julius Scaliger poëta non minus ſalsè quàm obſcurè cecinit:

Romani cur Capuam ſubjugarint, omniq; libertate ſpoliarint.

Capua quãdo Rom. colonia facta.

Ejus urbis mutationes.

Flammea, ſi valeat ſuperare ſuperbia faſtum,
Pinguem luxuriam delicioſus amor:
Hoc mollem pinges Capuam Capuaq; colonos,
Et qua aliis viſa eſt, nec ſibi meta fuit.

Caulus Princeps poſtridie quàm appulerat cùm ſacris inter

Castrum Capuanum

terfuisset, à præfecto & nobilitate Capuana ductus est ad Castrum, excipiturque ibidem à militibus Hispanis magno cum tonitru atque applausu tormentorum bellicorum, tubis ac tympanis ubique sonantibus. Ubi illi diligenter à præfecto monstrantur propugnaculorum opera sumptuosa, fossis muris ac turribus spelæisque subterraneis munitissima. Cùm singulatim hæc bellicumque apparatum omnem perlustrasset, convivio splendido refectum præfectus atque magistratus magna cum pompa comitantur properantem Neapolim. Extra portas cùm ipsum deduxissent, eos humanissimè dimisit ac valedixit: quamvis non parum turbatus nefariæ cædis casu, qui paulò ante discessum illius in palatio contigerat: dolens adventum præsentiamque suam opportunitatem ejus latrocinii dedisse. Per agrum Stellatem inde camposque Leborinos pergit Aversam. Historiæ Neapolitanæ scriptor Pandulphus Collenucius Aversam prius oppidum appellatum fuisse contendit, eo quòd ibidem Normanni castra in ruinis Attellæ veteris munierint adversus Capuam Neapolimque; medio itinere novi hujus oppidi initia firmantes, uti duarum potentium urbium vires ex eò loco divellerent. Fuit quidem Attella vetus ab antiquissimis Oscorum populis conditum oppidum, famosum imprimis ac celebre quondam satyricis fabulis lascivis ridiculis atque dicacibus; quæ ab ipso dicuntur Attellanæ: & hæ quidem jocis ac salibus ridiculis eam auctoritatem nactæ sunt postmodum: ut è municipalibus ludicris irrepserint etiam in theatra Romana. Nunc temporis autem illustrium aliquot palatiis atque prætoriis suburbanis excultum est oppidum, ubi tum nobilitas Campana, cùm dies esset admodum pluviosus viaque difficilis, principi Carolo convivium hospitiumque nocturnum paraverat perquam splendidè, atque sumptuosè. Quem magna cum importunitate ibidem retinere conantur invitum etiam amica contentione ex equo sublevantes: sed nullis precibus obtineri potuit, ut obsecundaret & remaneret, expectatus eo vespere à Cardinali Granuellano, qui regis Hispaniarum Philippi nomine tum, ut dixi, regnum illud florentissimum administrabat. Contendit igitur ante noctem nobilitate præcipua prosequente per octo millia passuum ulterius Neapolim. Occurrit ad primum ab urbe lapidem ipse Cardinalis, stipatus ingenti ducum at-

Carolus Neapolim properat.

Attella nūc Aversa.

Attella Oscorū prius.

Attellana fabula.

Vt Cardinalis Granuellanus Carolum Neapoli exceperit.

quo principum comitatu: qui Carulo præmiserat obviam equum generosum phaleris aureis ditissimè ornatum, ut eum conscenderet. Nam ab urbe veredis eò vectus fuerat conductitiis, cùm equos suos suorumque consultò Romæ reliquisset, uti longis itineribus fatigati, diuturniore quiete vires colligerent. Fit conventus & gratulatio inter illos regulos quàm humanissimè, moxque Carulus inter Cardinalem & Lannojum principem Sulmonensem excipitur medius, summoque cum honore atque pompa cum nobili ad urbem ducitur. Ubi advenientibus è portis atque propugnaculis fit ingens applausus militaris cum magno tonitru tormentorum bellicorum. Cardinalis Carulum cum comitatu suo universo magnificentissimè hospitio excepit in Palatio regio prope castellum novum, totoque illo octiduo sequente conatus est omnibus humanitatis atque liberalitatis officiis illi declarare favorem Philippi regis Catholici, suamque erga parentes: atque propinquos ipsius universos benevolentiam & observantiam. Honoribus maximis animum adolescentis generosum erigere, munusculis prosequi raris ac preciosis; capiti mensæ dexteroque lateri suo semper ipsum applicare, inter præcipuos etiam regni regulos, atque provinciarū consulares: quos ejus familiaritati atque consuetudini insinuavit, ut tali in conversatione fieret rerum Italicarum peritior. Itaque primo die dum apparatur in Palatio sacrificium matutinum, Cardinalis perhumaniter ipsum deducere, atque monstrare Palatii opulentissimi magnificas structuras, habitationum commoda, supellectilem ac ornamenta in auleis, statuis, & picturis artificiosis, antiquitatumque monumentis variis inæstimabilia & omninò regia; item cultissimos Palatio junctos hortos, amplitudine & varietate rerum visu dignarum mirabiles. Dum deinde rei simul intersunt divinæ, confluunt ad aulam legati principum externorum, & illustrium optimatumque regni in urbe præsentium maximi quique, ut Carulum singuli convenirent, congratularentur adventum, & amicitiæ cuncta officia præsentarent. Quos cùm ipse, re divina peracta, peramanter audivisset, & singulis vicissim ex animo satisfecisset; præcipui quique à Cardinale ad convivium invitati sunt. Eo autem finito, post meridiem urbanæ Hispanorum militum cohortes plures sub vexillis centu-

Legati & principes audiuntur à Carulo.

Hispanorū cohortium concursus & pugna.

centuriatæ prodeuntes ex diversis urbis regionibus, tendunt militari gradu Palatium versus: & in area patenti, quæ est inter hortos Palatinos & ædem D. Ludovici concurrere instructis aciebus visi sunt telorum cum omni genere, perpetuoq; tubulorum ferreorum cum strepitu. Et dum cohors cohortem, acies aciem loco pellit repellitque, pulchra non minus, quàm insignis principibus, aulicoq; cõitatui, dum ex hortis & fenestris omnes spectant, velitationis ac prœlii species aliquandiu exhibetur. Reliquũ quod superaret diei, dum Cardinalis consilio præsidet in senatu, principes juvenes sphæromachia vel pilæ certamine transegêre. Taliq; exercitio fessis vesperi ante cœnã in atrio Palatii majore tanquam in theatro, ludiorum & ludiarum spectacula ad faces exhibita sunt, quibus recrearentur. Quod & singulis deinde diebus, quamdiu Carulus adfuit, varie continuatum fuit. Nam vel comœdi vel pantomimi, saltatores aut saltatriculæ, musicive artifices instrumentorum concentu ante cœnam semper principum consessum oblectarunt. Curatum insuper à Cardinale est, uti quotidie cum selecto comitatu illustrium atq; peritorum hominum duceretur ad celebria quæq; loca, quæ in urbe atq; suburbanis circumquaq; visu erant digna. Et ea quidam sunt plurima sumptibus stupendis atque cultu magnifico superba. Nam urbs spatium complectitur magnũ, posita inter amœnissimos colles à Septentrione & Oriente, & maris sinum à meridie & Occidente, è cujus portu Misenus, Minervæque promontaria, celebresque antiquitus insulæ Capreæ, Ischia & Porchyte sereno cælo conspicua sunt. E ã Cumanos vicinos primùm condidisse, & Parthenopen à Syrenarum una ibidem sepulta nominasse, Strabo, Virgilius, aliique auctores consentiunt. Subversam deinde fuisse volunt ab ipsis conditoribus, cùm nimium efflorescere & augeri propter agri ubertatem, matremq; vicinam Cumas sensim supplantatura videretur. Quo facto Cumanos immani peste, vexatos, oraculoque monitos ferunt, ut urbem restituerent, & Parthenopes deæ sepulchrum annuis sacrificiis colerent. Itaque cùm eam restaurassent, Neapolim voce Græca tum appellari à re cœpisse volunt. Sunt tamen & aliorum opiniones diversæ. Lycophron enim Chalcidensis in Alexandra sua Phaleri murum eam urbem appellat: & ejus interpres

Urbis Neapolitanæ descriptio. Parthenope

terpres Isacius Tzetzes adjicit, Phalerum Siciliæ tyrannum Neapolim in Italia condidisse: & quia crudeliter is torquebat, occidebatque suos hospites, atq; advenas quoscunque; natam inde fabulam esse, Parthenopen Sirenam ibi excidisse, ejusque sepulchrum ab incolis exstructum, deamque volucrem sacrificiis annuis ipsam coli. Nobis quidem perspectum est, à Campanis in eo tractu magnæ Græciæ pro deabus cultas olim fuisse Sirenas, inter tutelares, & topica numina, Romanorum etiam florente Imperio. Nam memini me Neapoli ante plures annos vidisse Sirenas cum Hebone & Sebetho tutelaribus Neapolitanorum diis exsculptas in ara rotunda marmorea, quæ quidem nunc est accommodata in cratere fontis excitati in extrema mole portus Neapolitani. Rursum ab Hercule Neapolim extructam esse, veterum aliorum scriptorum testimonia sunt: ut Diodori Siculi, & Oppiani, qui ad urbis nomen alludens in poëmate suo de venatione novum Herculis campum Neapolim appellat. Omnium tamen una est opinio, eam antiquissimam esse, & ante Romana tempora celebrem inter præcipuas urbes Græcas Italiæ floruisse Pithagorica philosophia. Ceterùm crescente per Italiam Imperio Romano, quod se facilius submisisset ea civitas cùm Campania subigeretur, inter liberas atq; fœderatas est recepta: quæ deinceps in amicitia fideque populi Romani constanter permansit, ut Livius, aliique plures testantur. Quinetiam adflictis Annibalico bello rebus contra Capuam vicinam & alias perfidas urbes, illa Romanis adhærere non solùm non dubitavit: verùm etiam legatos Romam mittere, pateras aureas quadraginta magni ponderis, ut idem Livius pulchrè memorat: immo vires, opes, & quicquid à majoribus thesauri relictum, ad Imperii, urbisq; Romæ subsidium in curia senatui liberaliter & ingenuè præsentare voluit. Quibus tum actæ sunt gratiæ pro munificentia curaque, atque una dumtaxat patera, quæ minimi ponderis fuit, accepta est. Itaque propter fidem singularem atq; perpetuam inter civitates Italiæ liberas & fœderatas Neapolis amicissimè semper est habita cultaque, tam consulum quàm Imperatorum temporibus. Quæ Capua oppressa atq; præfecturæ jugo gravata, plurimum incrementi cepit, feliciterque diutissimè fidei suæ fructu gavisa est. In hanc etiam urbem, ut Strabo nobis auctor est, studiorum caussa juven-

Sirenarum cultus.

Neapolitanorũ fides erga populum Romanum.

Neapolis antiquissima.

schola. tus, aut ætate confecta seniores, quietis & ocii caussa plerumque secedere ab urbe Roma solent: quemadmodum & Silius Italicus de eadem cecinit dicens, esse

Nunc molles urbi ritus, atque hospita Musis
Ocia, & exemptum curis gravioribus ævum.

Cælum etenim nusquam est mollius aut clementius in Italia bis floribus annuè vernans: ager undecunque fertilissimus, & varietate nobilium fructuum, fontium, aquarumque salubrium copia, nec non naturæ multiplicibus miraculis abundans, & prorsus inæstimabilis est, ut non immeritò Paradisus Italiæ dici possit. Quæ tam præclaræ dotes in caussa fuere, uti hæc semper urbs ab Imperatoribus, regibus, principibusque maximis, atque etiam nobilibus ingeniis frequentata semper fuerit. Quemadmodum & nostra hac ætate multi reguli, illustres atque potentes viri sua ibidem habent magnifica palatia, & splendidas ædes: in quibus plerumque vitam pro anni majore parte degunt. Constat Titum Livium Patavinum historicum, Q. Horatium Flaccum, Statium Papinium, Claudium Claudianum, poetas celebres, Annejum Senecam philosophum, aliosque infinitos, qui ingenio scriptisque suis præclaris nomen sibi pepererunt immortale, sæpius eò studiorum causa secessisse, P. Virgiliũ Maronem Neapoli diu suavissimè vixisse, atque Georgicorũ libros ibidem composuisse legimus: & cùm Brundusii moreretur, corpus suum eò transferri ac sepeliri voluisse, ut & veterum poetarum plura testimonia suffragantur. Servius commentator illius, altero lapide à Neapoli via Puteolana prope fauces perfossæ per Pausilypum cryptæ monumentũ ejus fuisse scribit. Locum nunc ostentant accolæ, monstratusque est Carulo principi è vicinis hortis S. Severini. Sed Neapolim inde revertamur, urbem nunc quidem temporis civium & incolarum nobilitate magnificentiaque non minus quàm structuræ sumptibus atque ædificiorum omnis generis splendore celebrem. Etenim Caroli V. Aug. ac deinde Regis Hispaniarum Philippi auspiciis hanc mirum in modum adampliarunt, muris, propugnaculis, fossis, turribus, atque castellis munierunt, & quasi inexpugnabilem fecerunt eorum principum legati, qui proximis annis regnum Neapolitanum

Paradisus Italiæ.

P. Virgilii sepulchrũ.

politanum provinciam obtinuere. Sacris etiam ædibus, & collegiis, item curiis, atque principum hominumq; illustriũ palatiis mirifice ubique locorum est exornata. Extant & antiquorum ædificiorum priscæ reliquiæ plures, epitaphia, statuæ, cippi, columnæ, aræ, marmoraque sculpturis artificiosis pretiosa, quas longum hic esset recensere. Inter hæc imprimis Carulo principi comitibusque ipsius non immeritò placuere quadrati templi Castorum magnæ illæ ruinæ, licet incendiis deformatæ: cujus ex præclaro propylæo columnæ sex priores marmoreæ cum imposito fastigio adhuc erectæ symmetria Corinthia pulcherrima conspicuæ, nec non amplitudine & artificio suspiciendæ. Quarum capitula calathorum in effigiem efformata, volutis floribus, atque reflexis acanthi foliis eleganter vestiuntur. In trabeationis autem zophoro legitur Græca talis inscriptio: *Templum Castoris & Pollucis.*

ΤΙΒΕΡΙΟΣ. ΙΟΥΛΙΟΣ. ΤΑΡΣΟΣ. ΔΙΟΣΚΟΥΡΟΙΣ. ΚΑΙ. ΤΗΙ. ΠΟΛΕΙ. ΤΟΝ. ΝΑΟΝ. ΚΑΙ. ΤΑ ΕΝ. ΤΩΙ. ΝΑΩΙ. ΠΕΛΑΓΩΝ. ΣΕΒΑΣΤΟΥ. ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΣ. ΚΑΙ. ΕΠΙΤΡΟΠΟΣ. ΣΥΝΤΕΛΕΣΑΣ. ΕΚ. ΤΩΝ. ΙΔΙΩΝ. ΚΑΘΙΕΡΩΣΕΝ.

Liquet igitur ex eadem, Castorum hoc templum fuisse, linguamque Græcam apud Neapolitanos usitatam quoque tum florente monarchia Romana; quemadmodum ex ipsa inscriptione, characteribus, & operis totius superbo sumptu, ac artis exquisita perfectione colligimus. In fastigii quidem tympano triangulari supra columnas exsculpta fuere plura deorum simulachra, sed majore ex parte flammis ac vetustate consumpta sunt. Apollo cognoscitur adhuc stans ad tripodem, & utrinq; in angulis inferioribus Terra & Aqua, quo formari solent modo, jacentibus ac semierectis signis, & ad umbilicum usque nudis. Nam Tellus ad dextram posita tumulo incumbens dextro cubito, sinistra tenet erectũ Copiæ cornu. Sebethus ad sinistram manu cannam tenens, fluviorũ more dolio everso, & aquam effundente pronus incumbit. Reliqua sunt indiscreta atq; comminuta nimium. Ædes nostræ religionis sacræ maximis impendiis apparatissimæ atque ornatissimæ per urbẽ plures, nõ secus ac in horto cultissimo *Apollinis simulachrum.* *Telluris.* *Sebethi.*

D. Claræ templum. simo varii flores, sparsim visuntur. Ut D. Claræ templum cum parthenone sacro peramplo: liberaliter extructum opus ab Hispana Sanctia regina, Roberti regis conjuge, quam Agnetem alii vocant. Excomptum est atque celebre regum veterum ex illustri Dyrrachina domo sepulchris eximiis, quę Principi Carulo monstrata sunt: sicut in D. Dominici, & Oliveti montis, aliisque sacris delubris Hispanorum regum, heroum, aliorumque Principum ditissima monumenta, statuæq; marmoreæ ad vivum factæ. Ad summum urbis templum cùm tertio Idus Januarias magna principum caterva comitatus mane duceretur Carulus, Antistes & frequens Canonicorum sacerdotumque collegium in habitu sacro, cruce argentea prælata cum pompa solemni principem exceperunt, orationeq; gratulati sunt adventum in pronao. Princeps ipse gratias egit, & deinde ductus ab Antistite, concinentibus organis, atque musicis instrumentis, ad delubrum sacratius, ante summum altare cum ductore supplex oravit. Dumque perlustrat sumptuosam templi structuram, atque auro argentoque resplendentia sacella picturis statuisq; pulcherrimis plena: Missæ sacrificium paratur in religiosissimo D. Januarii sanctuario, in quo Divorum sacræ reliquiæ plurimæ servantur. Atqui divina re peracta, deprompta sunt atque monstrata singulatim visu digna quæque, utpote Divorum ossa atque reliquiæ, auro, argento, gemmisq; inclusæ, & regum principumq; preciosissima donaria, & quæ vix semel annuatim in publicum proferuntur, atque ostenduntur. Inter quæ magna cum religione servatur caput D. Januarii Episcopi Puteolani, & martyris: item sanguis ejusdem in ampulla crystallina conservatus, sed ob siccitatem durus & concretus. Quæ quidem ampulla cùm producitur in altari, & capiti martyris, choro preces concinente, admovetur; sanguis ille (stupendum) liquescere, ac musti recentis in modum incipit ebullire, quemadmodum ab omnibus tunc non sine magna admiratione visum fuit. Perrexerunt inde ad Annunciatæ virginis Mariæ, quam vocant, ædem sacram, multa religione celebrem, donariisq; locupletem: ubi etiam multæ insignes ac raræ Divorum reliquiæ ostensæ sunt, & inter alias infantum innocentum ab Herode rege, Christo servatore nostro nato in Bethleem, occisorum corpuscula duo sesquipedalia, adhuc integra cute contecta; in quibus vulne-

Regum ac principum monumenta.

Summum urbis templum.

D. Januarii sanctuarium cum reliquiis.

Miraculũ rarum.

Aedes divæ Mariæ quã vocant Annũciatam.

Infantum corpora martyrum.

vulnerum patebant hiatus in unius capite, & alterius pectore. Transeunt hinc in ἀπεροκομεῖον, ut una voce dicam, templo junctum, magnitudine atque structura municipii perampli instar: in quo supra duo millia pauperum, omnis generis, ægroti, senes, debiles, & ad operandum impotentes aluntur, atque curantur pro cujusque conditione, ætate, atque valetudine. Plusquam octingenti utriusq; sexus orphani, & expositii in eodem ab infantia & unguiculis primis educantur, literis imbuuntur, ac artibus variis pro ingenio & indole cujusque diligenter instituuntur ad ætatis usque maturitatem. Horum exercitia atque studia diversa in suas classes distributa diligenter animadvertere & perlustrare, Carulo, atque comitibus ejus valde jucundum fuit. Præclara profecto, laudandaquè modis omnibus est hæc Christianæ pietatis institutiò, quam Platonicæ politiæ quandam ex parte speciem referre, atque apum imitari œconomiám illam pulcherrimam à Xenophonte nobis descriptam, & à Marone poëtarum principe ad imaginem Platonicæ civitatis elegantissimè depictam; Corona Pighius tum Carulo declaravit; esseque magnis civitatibus, quæ nunquam sine pauperibus & egenis sunt, valde necessariam, ac veluti nutricem pacis, fomentum tranquillitatis publicæ, atque calcar ad virtutem. Haud quidem hæc absurdè. Ex veterum etenim historiarum lectione cognoscimus & experimur, prô dolor, quotidie, quòd intestinà civitatum mala plerunque nascuntur ex nimia fortunarum inæqualitate. Quæ cùm excedit inter cives sub iisdem viventes legibus, extrema paupertas infrequenti populo, rerum novarum inducit cupiditatem, adfert scelesta consilia, & excitat temerariam audaciam. Rursus privatorum aliquot opes immensę sicuti pariunt luxum, superbiam, ambitionem, contumelias, atque tyrannidem: ita pauperum animos pungunt, invidiaque perstringunt, & maturant discordiarum, secessionumq; semina. Quæ cùm invalescunt, potentissimis monarchiis, atque felicissimis etiam civitatibus haub dubium adferunt interitum. Florent igitur & vigent potissimùm illæ, in quibus Evangelici præcepti temperatura quadam salubri mutua flagrat charitas, & amor proximi colitur in eum maximè finem, ut quę propria singulis natura vel sorte sunt, religiosà spontaneaque largitate communia quodammodo fiant necessitati publicæ, atque

Αποροκομεῖον vel pauperum hospitium.

Platonica resp. imago.

Seditionũ fomites qui.

ducit, via, sepulchrorum antiqua ædificia magna, sed ruinosa. Et in angulo, qua se via in Appiam fundit, Marci Tullii Ciceronis sepulchrum ostendunt Campani antiquitatum studiosi ex Joviniani Pontani sententia, cujus ætate volunt ibidem repertum fuisse fragmentum epitaphii Ciceronis. Pighio Coronæ tamen non tantæ videtur antiquitatis monumentum illud esse: quod rotundum opere lateritio concameratur, media columna testudinem sustinente, & ad dexteram introitus per scalas lapideas patet ascensus ad superiora quæ dumis & arbustis obsepta sunt. Cùm deinde trajecisset Carulus Lirim amnem, occurrit Suessanus Antistes cum comitatu suo, mox & magnæ nobilium catervæ venientes obviam principi gratulantur adventum, deducuntque cum honore tubis præcinentibus per urbem suam myrto & herbis odoriferis conspersam, & lauri ramis ornatam, in Palatium ducis Suessani. Intranti in atrio primo præsentatur illi ex majorum more sumptuoso, ut verè vocare possumus, lautia multiplicia & magnifica Ducis absentis nomine. Nimirum in cadis vina nobilissima quæque Campana, carnes & pisces omnis generis, volatilia, pinguesque ferinæ, casei, fructus, ac mensæ secundæ bellaria exquisita. Nec deerat hordeum equorum pabulum, nec quippiam quod ad opiparas dapes instruendas requiri posset. Tractatur ibidem sumptu regio splendidissimè cum comitatu omni. Postridiè cùm Principem Episcopus vir humanissimus ad Ecclesiæ suæ sacra visenda deduxisset, ibidem re divina peracta non sine præcipuæ nobilitatis, quæ frequens ad templum confluxerat, sequela perlustrat urbem antiquitate, veterumque scriptorum frequenti mentione celebrem; in quam Pometinos à Tarquinio prisco rege Romanorum Pometia deleta pulsos commigrasse Dionysius Halicarnassæus lib. v. tradit, unde Suessa Pometia vocari cœpit. Postea & Auruncorum Suessa dicta, teste Livio, cùm Aurunci à T. Manlio consule Sidicinis opem ferente victi cum liberis & uxoribus eò patria deserta confugissent. Posita quidem urbs in agro vestino ad montem Massicum in Appia via, regioneque in amœna atque fertili: quæ aliquandiu Volscorum inter præcipuas urbes nominata, tandem Romanis cessit, factaque colonia circa annum urbis CDXL. ut ex Livio colligimus. Vellejus autem triennio post Luceriam deductam scribit.

M. Tullij Ciceronis sepulchrũ.

Lautia quæ Carulo advenienti oblata.

Suessæ antiquitas.

Situs.

Quando colonia R. m. Suessa facta.

Passa

Passa deinde est sæpius clades Annibalico, civilibusque Romanorum bellis: quam tamen admodum postea floruisse Cæsarum sub monarchia, maximè sub Hadriano & Antoninis Piis, colligimus ex statuarum titulis, & elogiis, atque marmorum scripturis, quæ sparsim ibidem reperiuntur, & Corona Pighius diligenter annotavit, ea studiosis aliàs communicabimus occasione commodiore. Redeunti porro principi ad palatium, lautia denuò magistratuum ac reip. nomine præsentata sunt, eduliorum ut pridie copia dapsilis. Quæ munera licet Carulo viderentur ociosa & superflua, cùm mensas ubique reperiret apparatissimas; non potuit tamen non amplecti benevolenter principis ac reip. studia humanitatis officiosa, jussitque deinum ex œconomi sui consilio cibos illos omnes pauperibus ibidem distribui. Prandio refectus, non sine magno comitatu Capuam pertexit: qui item crevit in itinere ubique locorum, perhumaniter nobilitate Campana ex locis vicinis ad ipsum confluente. Gubernator item Capuanus cum magistratu ac optimatum turma quatuor tubis præcinentibus obviam occurrens gratulatur adventum; cinctusque mox princeps magna comitatus illustris corona, ad urbem pergit. Juventutis urbanæ plures cohortes sub vexillis tendunt obviam advenientibus, atque ingenti cum armorum applausu, festivaque velitatione principem salutant, & per urbem myrto, floribus, & herbis variis conspersam, ornatamque lauri ramis è fenestris vtrimque per omnes ferè plateas tandem ducunt ad hospitium ipsi paratum in amplissimo quodam palatio. Sumptus, epulæ, torquatorum ministeria luxum & delicias Campaniæ priscas repræsentare videbantur, musicis acroamatibus, morionum atque ludionum variis actibus interpositis. Atqui jam antiquitus Capua Campaniæ caput insolentis arrogantiæ proterviæque vitio laboravit. Nam & M. Tullius in agraria secunda contra P. Rullum testatur Campanos semper superbos fuisse bonitate agrorum, & fructuum magnitudine, urbis salubritate & pulchritudine. Ex eademque copia & rerum omnium affluentia natam arrogantiam, quæ alterum urbi Romæ consulem è Capua postulavit: eamque luxuriem natam, quæ ipsum Annibalem armis invictum voluptate vicit, & enervavit. Eleganter igitur appellat

Lautia altera.

Capuam proficiscitur Carulus.

Capuanorum luxus.

appellat Capuam domilium superbiæ, ac sedem luxuriæ: aitque ingenerari hominibus mores, non tam à stirpe generis ac seminis, quàm ex iis rebus quæ ab ipsa natura loci, & à vitæ consuetudine suppeditantur, quibus alimur & vivimus. Atque ita loci Genius sibi similes plerumque colonos gignit. Quod etiamtum Corona Pighius se animadvertisse mihi asseruit, & admiratum fuisse, in hac Capua nova ex antiquæ ruinis alio licet loco duobus passuum circiter milibus distante suscitata, cùm videret altero adventus die tam celebri in conventu principum & in hospitalitatis tanta festivitate juvenem nobilem privatas ob inimicitias in atrio palatii ab hoste sica per fossum cadere ante cænaculum, in quo Princeps Carulus paulò antè cum præfecto magistratibusque fuerat pransus, mox ut dimissis convivis se subduxisset in cubiculum, & dum ad iter accingitur. Sicarius per turbam elapsus, eo die non reperitur, nec admodum diligēter investigatur. Adeò non tot sæculorum intervallum, non colonorum frequens mutatio, non denique Christiana religio vetera illa loci vitia corrigere, contagionemque ex copia & luxu nascentem effugere, aut occulere potuit hactenus: quin in quibusdam turpiter adhuc temporis detegantur, & emineant. Posita est nova Capua ad Volturni ripam, altero, ut dixi, lapide ab antiquæ ruinis quæ ingentes adhuc cernuntur juxta D. Mariæ Gratiarum ædem: utpote portarum urbis, theatri, aquæductuum, aliæque moles immensæ templorum, porticuum, thermarum, atque ædium amplissimarum. Item subterraneæ concamerationes vastæ, & aquarum castella, visunturque in vepribus ac dumis columnarum ac marmorum omnis generis infinita fragmina, ex quibus potentiam ac superbiam veteris Capuæ colligere possumus, quamvis magnas ejus reliquias nova Capua vicinæque urbes inde distraxerint. Strabo Capuam appellatam tradit ab agro campestri, eademque ratione P. Maro Campanam urbem, & Tullius Liviusque frequenter ejus cives & incolas Campanos nominare videntur à camporum uberrimorum cultu. Poëtæ tamen, Maro jam dictus, Lucanus, & Silius, aliique Capyn Trojanum Æneæ socium urbi colonos, mœnia ac nomen dedisse canunt. Eam, auctore Strabone, prius Opici & Ausones tenuêre: dein Osci Tuscorum gens, à quibus Osca dicta. Hos ejecêre Cumani posteaque iisdem pul-

Cædes ante cænaculum principis facta.

Capuæ situs

Nominis origo.

sis

ſis Etruſci eam ampliatam caput undecim urbium aliarum inſtituêre, volturnumque etiam dixêre à vicino flumine, ut Livius teſtatur. Potentem atque vicinam in Italiæ meditullio, nec non inimicam ſemper atque æmulam Imperii non minus quàm ipſa Carthago, ferocemque præſentis Annibalis amicitia atque ſocietate Romani maximis operibus circumvallatam & obſeſſam fame demum ſubjugarunt: Senatuſque ſecuri percuſſo, civibus reliquaque multitudine ſub haſta venditis, urbem atque agrum omnem publicarunt. Nec impoſterum civitatis ullum corpus, non conciliū publicum, non magiſtratus aut ſenatum urbi permiſere, vel ulla inſignia reip. ſed ædificia ſedes aratorum eſſe juſſerunt; utique dumtaxat urbs à Libertinis, & inſtitoribus, viliique operaria plebe frequentaretur, permiſſum fuit. In hunc itaque modum Capua adflicta jacuit ultra annos centum triginta, atque ager Campanus populi Romani publicus fuit uſque C. Cæſaris conſulatum. Qui lege Julia contra ſenatus optimatumque ſententiam lata militibus eum viritim diviſit, Capuamque muro ductam, uti fragmenta Julji Frontini demonſtrant, primus coloniam fecit. Quæ ex eo quidem tempore reſurgens auſpiciis Imperatorum, floruit ſub populi Romani poteſtate; donec à Genſerico Vandalorum rege capta ſubverſaque, ab Oſtrogothis dein occupata, atque his pulſis à Narſete reſtaurata, tandem à Langebardis iterum exciſa fuit atque deleta. Ceterùm quo tempore hæc nova Capua ex ipſius ruinis excitata, quóve auctore ad ſecundum ab altera lapidem, ut dixi, traducta fuerit, non ſatis conſtat. Et quidem veriſimile, quòd vi metuque barbarorū pulſi, atque diſperſi cives tandem eò confluxerint, atque ſenſim extra deſertæ Capuæ ruinas ſedes fixerint ibidem ad Volturni ripam; ubi nunc novam Capuam in urbem peramplam atque potentem emerſiſſe videmus. De qua Julius Scaliger poëta non minus falsè quàm obſcurè cecinit:

Romani cur Capuam ſubjugarint, omniq; libertate ſpoliarint.

Capua quando Rom. colonia facta.

Ejus urbis mutationes.

Flammea, ſi valeat ſuperare ſuperbia faſtum,
Pinguem luxuriam delicioſus amor:
Hoc mollem pinges Capuam Capuaq; colonos,
Et quæ aliis viſa eſt, nec ſibi meta fuit.

Carolus Princeps poſtridie quàm appulerat cùm ſacris inter

tersuisset, à præfecto & nobilitate Capuana ductus est ad Castrum, excipiturque ibidem à militibus Hispanis magno cum tonitru atque applausu tormentorum bellicorum, tubis ac tympanis ubique sonantibus. Ubi illi diligenter à præfecto monstrantur propugnaculorum opera sumptuosa, fossis muris ac turribus spelæisque subterraneis munitissima. Cùm singulatim hæc bellicumque apparatum omnem perlustrasset, convivio splendido refectum præfectus atque magistratus magna cum pompa comitantur properantem Neapolim. Extra portas cùm ipsum deduxissent, eos humanissimè dimisit ac valedixit: quamvis non parum turbatus nefariæ cædis casu, qui paulò ante discessum illius in palatio contigerat: dolens adventum præsentiamque suam opportunitatem ejus latrocinii dedisse. Per agrum Stellatem inde camposque Leborinos pergit Aversam. Historiæ Neapolitanæ scriptor Pandulphus Collenucius Adversam prius oppidum appellatum fuisse contendit, eo quòd ibidem Normanni castra in ruinis Attellæ veteris munierint adversus Capuam Neapolimque; medio itinere novi hujus oppidi initia firmantes, uti duarum potentium urbium vires ex eò loco divellerent. Fuit quidem Attella vetus ab antiquissimis Oscorum populis conditum oppidum, famosum imprimis ac celebre quondam satyricis fabulis lascivis ridiculis atque dicacibus; quæ ab ipso dicuntur Attellanæ: & hæ quidem jocis ac salibus ridiculis eam auctoritatem nactæ sunt postmodum: ut è municipalibus ludicris irrepserint etiam in theatra Romana. Nunc temporis autem illustrium aliquot palatiis atque prætoriis suburbanis excultum est oppidum, ubi tum nobilitas Campana, cùm dies esset admodum pluviosus viaque difficilis, principi Carolo convivium hospitiumque nocturnum paraverat perquam splendidè, atque sumptuosè. Quem magna cum importunitate ibidem retinere conantur invitum etiam amica contentione ex equo sublevantes: sed nullis precibus obtineri potuit, ut obsecundaret & remaneret, expectatus eo vespere à Cardinale Granuellano, qui regis Hispaniarum Philippi nomine tum, ut divi, regnum illud florentissimum administrabat. Contendit igitur ante noctem nobilitate præcipua prosequente per octo millia passuum vlterius Neapolim. Occurrit ad primum ab urbe lapidem ipse Cardinalis, stipatus ingenti ducum atque

Castrum Capuanum

Carolus Neapolim properat.

Attella nūc Adversa.

Attella Oscorū prius.

Attellana fabula.

Vt Cardinalis Granuellanus Carolum Neapoli exceperit.

qui principum comitatu: qui Carulo præmiserat obviam caballum generosum phaleris aureis ditissimè ornatum, ut eum conscenderet. Nam ab urbe veredis eò vectus fuerat conductitiis, cùm equos suos suorumque consultò Romæ reliquisset, uti longis itineribus fatigati, diuturniore quiete vires colligerent. Fit conventus & gratulatio inter illos regulos quàm humanissimè, moxque Carulus inter Cardinalem & Lannojum principem Sulmonensem excipitur medius, summoque cum honore atque pompa cum nobili ad urbem ducitur. Ubi advenientibus è portis atque propugnaculis fit ingens applausus militaris cum magno tonitru tormentorum bellicorum. Cardinalis Carulum cum comitatu suo universo magnificentissimè hospitio excepit in Palatio regio prope castellum novum, totoque illo octiduo sequente conatus est omnibus humanitatis atque liberalitatis officiis illi declarare favorem Philippi regis Catholici, suamque erga parentes: atque propinquos ipsius universos benevolentiam & observantiam. Honoribus maximis animum adolescentis generosum erigere, munusculis prosequi raris ac preciosis; capiti mensæ dexteroque lateri suo semper ipsum applicare, inter præcipuos etiam regni regulos, atque provinciarū consulares: quos ejus familiaritati atque consuetudini insinuavit, ut tali in conversatione fieret rerum Italicarum peritior. Itaque primo die dum apparatur in Palatio sacrificium matutinum, Cardinalis perhumaniter ipsum deducere, atque monstrare Palatii opulentissimi magnificas structuras, habitationum commoda, supellectilem ac ornamenta in auleis, statuis, & picturis artificiosis, antiquitatumque monumentis variis inæstimabilia & omninò regia; item cultissimos Palatio junctos hortos, amplitudine & varietate rerum visu dignarum mirabiles. Dum deinde rei simul intersunt divinæ, confluunt ad aulam legati principum externorum, & illustrium optimatumque regni in urbe præsentium maximi quique, ut Carulum singuli convenirent, congratularentur adventum, & amicitiæ cuncta officia præsentarent. Quos cùm ipse, re divina peracta, peramanter audivisset, & singulis vicissim ex animo satisfecisset; præcipui quique à Cardinale ad convivium invitati sunt. Eo autem finito, post meridiem urbanæ Hispanorum militum cohortes plures sub vexillis centu-

Legati & principes audiuntur a Carulo. Hispanorū cohortium concursus & pugna.

centuriatæ prodeuntes ex diversis urbis regionibus, tendunt militari gradu Palatium versus: & in area patenti, quæ est inter hortos Palatinos & ædem D. Ludovici concurrere instructis aciebus visi sunt telorum cum omni genere, perpetuoq; tubulorum ferreorum cum strepitu. Et dum cohors cohortem, acies aciem loco pellit repellitque, pulchra non minus, quàm insignis principibus, aulicoq; cōmitatui, dum ex hortis & fenestris omnes spectant, velitationis ac prœlii species aliquandiu exhibetur. Reliquū quod superaret diei, dum Cardinalis consilio præsidet in senatu, principes juvenes sphæromachia vel pilæ certamine transegêre. Taliq; exercitio fessis vesperi ante cœnā in atrio Palatii majore tanquam in theatro, ludiorum & ludiarum spectacula ad faces exhibita sunt, quibus recrearentur. Quod & singulis deinde diebus, quamdiu Carulus adfuit, varie continuatum fuit. Nam vel comœdi vel pantomimi, saltatores aut saltatriculæ, musicive artifices instrumentorum concentu ante cœnam semper principum consessum oblectarunt. Curatum insuper à Cardinale est, uti quotidie cum selecto comitatu illustrium atq; peritorum hominum duceretur ad celebria quæq; loca, quæ in urbe atq; suburbanis circumquaq; visu erant digna. Et ea quidam sunt plurima sumptibus stupendis atque cultu magnifico superba. Nam urbs spatium complectitur magnū, posita inter amœnissimos colles à Septentrione & Oriente, & maris sinum à meridie & Occidente, è cujus portu Misenus, Minervæque promontaria, celebresque antiquitus insulæ Capreæ, Ischia & Prochyte sereno cælo conspicua sunt. Eā Cumanos vicinos primùm condidisse, & Parthenopen à Syrenarum una ibidem sepulta nominasse, Strabo, Virgilius, aliique auctores consentiunt. Subversam deinde fuisse volunt ab ipsis conditoribus, cùm nimium efflorescere & augeri propter agri ubertatem, matremq; vicinam Cumas sensim supplantatura videretur. Quo facto Cumanos immani peste, vexatos, oraculoque monitos ferunt, ut urbem restituerent, & Parthenopes deæ sepulchrum annuis sacrificiis colerent. Itaque cùm eam restaurassent, Neapolim voce Græca tum appellari à re cœpisse volunt. Sunt tamen & aliorum opiniones diversæ. Lycophron enim Chalcidensis in Alexandra sua Phaleri murum eam urbem appellat: & ejus interpres

Vrbis Neapolitanæ descriptio. Parthenope

terpres Isacius Tzetzês adjicit, Phalerum Siciliæ tyrannum Neapolim in Italia condidisse: & quia crudeliter is torquebat, occidebatque suos hospites, atq; advenas quoscunque; natam inde fabulam esse, Parthenopen Sirenam ibi excidisse, ejusque sepulchrum ab incolis exstructum, deamque volucrem sacrificiis annuis ipsam coli. Nobis quidem perspectum est, à Campanis in eo tractu magnæ Græciæ pro deabus cultas olim fuisse Sirenas, inter tutelares, & topica numina, Romanorum etiam florente Imperio. Nam memini me Neapoli ante plures annos vidisse Sirenas cum Hebone & Sebetho tutelaribus Neapolitanorum diis exsculptas in ara rotunda marmorea, quæ quidem nunc est accommodata in cratere fontis excitati in extrema mole portus Neapolitani. Rursum ab Hercule Neapolim extructam esse, veterum aliorum scriptorum testimonia sunt: ut Diodori Siculi, & Oppiani, qui ad urbis nomen alludens in poëmate suo de venatione novum Herculis campum Neapolim appellat. Omnium tamen una est opinio, eam antiquissimam esse, & ante Romana tempora celebrem inter præcipuas urbes Græcas Italiæ floruisse Pithagorica philosophia. Ceterùm crescente per Italiam Imperio Romano, quod se facilius submisisset ea civitas cùm Campania subigeretur, inter liberas atq; fœderatas est recepta: quæ deinceps in amicitia fideque populi Romani constanter permansit, ut Livius, aliique plures testantur. Quinetiam adflictis Annibalico bello rebus contra Capuam vicinam & alias perfidas urbes, illa Romanis adhærere non solùm non dubitavit: verùm etiam legatos Romam mittere, pateras aureas quadraginta magni ponderis, ut idem Livius pulchrè memorat: immo vires, opes, & quicquid à majoribus thesauri relictum, ad Imperii, urbisq; Romæ subsidium in curia senatui liberaliter & ingenuè præsentare voluit. Quibus tum actæ sunt gratiæ pro munificentia curaque, atque una dumtaxat patera, quæ minimi ponderis fuit, accepta est. Itaque propter fidem singularem atq; perpetuam inter civitates Italiæ liberas & fœderatas Neapolis amicissimè semper est habita cultaque, tam consulum quàm Imperatorum temporibus. Quæ Capua oppressa atq; præfecturæ jugo gravata, plurimum incrementi cepit, feliciterque diutissimè fidei suæ fructu gavisa est. In hanc etiam urbem, ut Strabo nobis auctor est, studiorum caussa juven-

Sirenarum cultus.

Neapolitanorũ fides erga populum Romanum.

Neapolis antiquissima.

schola. tus, aut ætate confecta seniores, quietis & ocii caussa plerumque secedere ab urbe Roma solent: quemadmodum & Silius Italicus de eadem cecinit dicens, esse

Nunc molles urbi ritus, atque hospita Musis
Ocia, & exemptum curis gravioribus ævum.

Cælum etenim nusquam est mollius aut clementius in Italia bis floribus annuè vernans: ager undecunque fertilissimus, & varietate nobilium fructuum, fontium, aquarumque salubrium copia, necnon naturæ multiplicibus miraculis abundans, & prorsus inæstimabilis est, ut non immeritò Paradisus Italiæ dici possit. *Paradisus Italiæ.* Quæ tam præclaræ dotes in caussa fuere, uti hæc semper urbs ab Imperatoribus, regibus, principibusque maximis, atque etiam nobilibus ingeniis frequentata semper fuerit. Quemadmodum & nostra hac ætate multi reguli, illustres atque potentes viri sua ibidem habent magnifica palatia, & splendidas ædes: in quibus plerumque vitam pro anni majore parte degunt. Constat Titum Livium Patavinum historicum, Q. Horatium Flaccum, Statium Papinium, Claudium Claudianum, poetas celebres, Annejum Senecam philosophum, aliosque infinitos, qui ingenio scriptisque suis præclaris nomen sibi pepererunt immortale, sæpius eò studiorum causa secessisse, P. Virgiliũ Maronem Neapoli diu suavissime vixisse, atque Georgicorũ libros ibidem composuisse legimus: & cùm Brundusii moreretur, corpus suum eò transferri ac sepeliri voluisse, ut & *P. Virgilii sepulchrũ.* veterum poetarum plura testimonia suffragantur. Servius commentator illius, altero lapide à Neapoli via Puteolana prope fauces perfossæ per Pausilypum cryptæ monumentũ ejus fuisse scribit. Locum nunc ostentant accolæ, monstratusque est Carulo principi è vicinis hortis S. Severini. Sed Neapolim inde revertamur, urbem nunc quidem temporis civium & incolarum nobilitate magnificentiaque non minus quàm structuræ sumptibus atque ædificiorum omnis generis splendore celebrem. Etenim Caruli V. Aug. ac deinde Regis Hispaniarum Philippi auspiciis hanc mirum in modum ampliarunt, muris, propugnaculis, fossis, turribus, atque castellis munierunt, & quasi inexpugnabilem fecerunt eorum principum legati, qui proximis annis regnum Neapolitanum

politanum provinciam obtinuere. Sacris etiam ædibus, & collegiis, item curiis, atque principum hominumq; illustriũ palatiis mirifice ubique locorum est exornata. Extant & antiquorum ædificiorum priscæ reliquiæ plures, epitaphia, statuæ, cippi, columnæ, aræ, marmoraque sculpturis artificiosis pretiosa, quas longum hic esset recensere. Inter hæc imprimis Carulo principi comitibusque ipsius non immeritò placuere quadrati templi Castorum magnæ illæ ruinæ, licet incendiis deformatæ: cujus ex præclaro propylæo columnæ sex priores marmoreæ cum imposito fastigio adhuc erectæ symmetria Corinthia pulcherrima conspicuæ, nec non amplitudine & artificio suspiciendæ. Quarum capitula calathorum in effigiem efformata, volutis floribus, atque reflexis acanthi foliis eleganter vestiuntur. In trabeationis autem zophoro legitur Græca talis inscriptio: *Templum Castoris & Pollucis.*

ΤΙΒΕΡΙΟΣ. ΙΟΥΛΙΟΣ. ΤΑΡΣΟΞ. ΔΙΟΣΚΟΥΡΟΙΣ. ΚΑΙ. ΤΗΙ. ΠΟΛΕΙ. ΤΟΝ. ΝΑΟΝ. ΚΑΙ. ΤΑ. ΕΝ. ΤΩΙ. ΝΑΩΙ. ΠΕΛΑΓΟΝ. ΣΕΒΑΣΤΟΥ. ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΣ. ΚΑΙ. ΕΠΙΤΡΟΠΟΣ. ΣΥΝΤΕΛΕΣΑΣ. ΕΚ. ΤΩΝ. ΙΔΙΩΝ. ΚΑΘΙΕΡΩΣΕΝ.

Liquet igitur ex eadem, Castorum hoc templum fuisse, linguamque Græcam apud Neapolitanos usitatam quoque tum florente monarchia Romana; quemadmodum ex ipsa inscriptione, characteribus, & operis totius superbo sumptu, ac artis exquisita perfectione colligimus. In fastigii quidem tympano triangulari supra columnas exsculpta fuere plura deorum simulachra, sed majore ex parte flammis ac vetustate consumpta sunt. Apollo cognoscitur adhuc stans ad tripodem, & utrinq; in angulis inferioribus Terra & Aqua, quo formari solent modo, jacentibus ac semierectis signis, & ad umbilicum usque nudis. Nam Tellus ad dextram posita tumulo incumbens dextro cubito, sinistra tenet erectũ Copiæ cornu. Sebethus ad sinistram manu cannam tenens, fluviorũ more dolio everso, & aquam effundente pronus incumbit. Reliqua sunt indiscreta atq; comminuta nimium. Ædes nostræ religionis sacræ maximis impendiis apparatissimæ atque ornatissimæ per urbẽ plures, nõ secus ac in horto cultissimo *Apollinis simulachrum. Telluris. Sebethi.*

D. Claræ templum.

ſimo varii flores,ſparſim viſuntur. Ut D. Claræ templum cum parthenone ſacro peramplo:liberaliter extructum opus ab Hiſpana Sanctia regina, Roberti regis conjuge, quam Agnetem alii vocant. Excomptum eſt atque celebre regum veterum ex illuſtri Dyrrachina domo ſepulchris eximiis,quę Principi Carulo monſtrata ſunt: ſicut in D. Dominici, & Oliveti montis, aliiſque ſacris delubris Hiſpanorum regum, heroum,aliorumque Principum ditiſſima monumenta, ſtatuæq; marmoreæ ad vivum factæ. Ad ſummum urbis templum cùm tertio Idus Januarias magna principum caterva comitatus mane duceretur Carulus, Antiſtes & frequens Canonicorum ſacerdotumque collegium in habitu ſacro, cruce argentea prælata cum pompa ſolemni principem exceperunt,orationeq; gratulati ſunt adventum in pronao. Princeps ipſe gratias egit,& deinde ductus ab Antiſtite,concinentibus organis, atque muſicis inſtrumentis, ad delubrum ſacratius, ante ſummum altare cum ductore ſupplex oravit. Dumque perluſtrat ſumptuoſam templi ſtructuram, atque auro argentoque reſplendentia ſacella picturis ſtatuiſq; pulcherrimis plena: Miſſæ ſacrificium paratur in religioſiſſimo D. Januarii ſanctuario, in quo Divorum ſacræ reliquiæ plurimæ ſervantur. Atqui divina re peracta,deprompta ſunt atque monſtrata ſingulatim viſu digna quæque, utpote Divorum oſſa atque reliquiæ, auro, argento, gemmiſq; incluſæ, &regum principumq; precioſiſſima donaria, & quæ vix ſemel annuatim in publicum proferuntur,atque oſtenduntur. Inter quæ magna cum religione ſervatur caput D. Januarii Epiſcopi Puteolani, & martyris: item ſanguis ejuſdem in ampulla cryſtallina conſervatus, ſed ob ſiccitatem durus & concretus. Quæ quidem ampulla cùm producitur in altari, & capiti martyris, choro preces concinente, admovetur; ſanguis ille (ſtupendum) liqueſcere, ac muſti recentis in modum incipit ebullire, quemadmodum ab omnibus tunc non ſine magna admiratione viſum fuit. Perrexerunt inde ad Annunciatæ virginis Mariæ,quam vocant,ædem ſacram, multa religione celebrem,donariiſq; locupletem: ubi etiam multæ inſignes ac raræ Divorum reliquiæ oſtenſæ ſunt, & inter alias infantum innocentum ab Herode rege, Chriſto ſervatore noſtro nato in Bethleem, occiſorum corpuſcula duo ſeſquipedalia, adhuc integra cute contecta; in quibus vulne-

Regum ac principum monumenta.

Summum urbis templum.

Divi Januarii ſanctuarium cum reliquiis.

Miraculū rarum.

Aedes divæ Mariæ quā vocant Annūciatam.

Infantum corpora martyrum.

Ἀποροκομεῖον vel pauperum hospitium.

vulnerum patebant hiatus in unius capite, & alterius pectore. Transeunt hinc in ἀποροκομεῖον, ut una voce dicam, templo junctum, magnitudine atque structura municipii perampli instar: in quo supra duo millia pauperum, omnis generis, ægroti, senes, debiles, & ad operandum impotentes aluntur, atque curantur pro cujusque conditione, ætate, atque valetudine. Plusquam octingenti utriusq; sexus orphani, & expositítii in eodem ab infantia & unguiculis primis educantur, literis imbuuntur, ac artibus variis pro ingenio & indole cujusque diligenter instituuntur ad ætatis usque maturitatem. Horum exercitia atque studia diversa in suas classes distributa diligenter animadvertere & perlustrare, Carulo, atque comitibus ejus valde jucundum fuit. Præclara profecto, laudandaque modis omnibus est hæc Christianæ pietatis institutio, quam Platonicæ politiæ quandam ex parte speciem referre, atque apum imitari œconomiam illam pulcherrimam à Xenophonte nobis descriptam, & à Marone poëtarum principe ad imaginem Platonicæ civitatis elegantissimè depictam; Corona Pighius tum Carulo declaravit; esseque magnis civitatibus, quæ nunquam sine pauperibus & egenis sunt, valde necessariam, ac veluti nutricem pacis, fomentum tranquillitatis publicæ, atque calcar ad virtutem. Haud quidem hæc absurdè. Ex veterum etenim historiarum lectione cognoscimus & experimur, prô dolor, quotidie, quòd intestina civitatum mala plerunque nascuntur ex nimia fortunarum inæqualitate. Quæ cùm excedit inter cives sub iisdem viventes legibus, extrema paupertas infrequenti populo, rerum novarum inducit cupiditatem, adfert scelesta consilia, & excitat temerariam audaciam. Rursus privatorum aliquot opes immensę sicuti pariunt luxum, superbiam, ambitionem, contumelias, atque tyrannidem: ita pauperum animos pungunt, invidiaque perstringunt, & maturant discordiarum seceſſionumq; semina. Quæ cùm invalescunt, potentissimis monarchiis, atque felicissimis etiam civitatibus haub dubium adferunt interitum. Florent igitur & vigent potissimùm illæ, in quibus Evangelici præcepti temperatura quadam salubri mutua flagrat charitas, & amor proximi colitur in eum maximè finem, ut quę propria singulis natura vel sorte sunt, religiosa spontaneaque largitate communia quodammodo fiant necessitati publicæ, atque

Platonica resp. imago.

Seditionũ fomites qui.

que expendantur in seminaria virtutum. Curentur ex iisdem, foveanturque piè & prudenter tenera ac debilia Christi membra, ne illa torpeant, néve putrescant: sed ita vegetentur & adolescant, ut tam digno corpori sint utilia, semperque cohæreant. Transgreditur eadem die Carulus à sacris ad profana. Nam cùm in Palatio prandium sumpsisset, ducitur á Cardinale & Principibus cōvivis per hortes ad Νεοφρούριον, vel castrum novum, ut nunc appellant; ante trecentos amplius annos extructum à fratre D. Ludovici Francorum regis gis Carulo primo Neapolitanorum rege, & Andium comite; ut urbi & portui adversus maritumos hostium insultus esset præsidio. Instauravit proavorum memoria rex Arragonum Alphonsus primus, Gallis expulsis, regnoq; subiugato; maximisque operibus ampliatum adeo munivit, ut inter Italiæ firmissimas arces nunc celebretur: cum maximè proximi reges Carulus V. Imp. & Philippus ejus filius, nostro sæculo hanc. & alias ejus urbis, annona, præsidio militari valido. nec non omni apparatu bellico ad hostes propulsandos necessario firmarint abundè. Excepti sunt advenientes principes læto clangore tubarum, armatorum militum applausu festivo, velitationeque ludicra. Audiuntur interim ingentia æneorum tuborum tonitrua è turribus & propugnaculis effusa. Armorum, atque instrumenti militaris copia multiplex, summaque varietas ad miraculum usque visebatur in armamentariis, in vallis, & ubique locorum. Verùm in medio castri amplissimi umbilico refulgebat instar Palatii prætorium ingens, refertum regia splendidaque supellectile: in quo Rex quispiam vel etiam Imperator cum aulico comitatu suo hospitari commodè posset. Stupebant advenæ prius machinas, vasta tormenta, globorum cumulos magnos, auro argentoque fulgentes galeas, clypeos, gladios, lanceas, & reliquum Martium apparatum: sed in prætorio perstringebant intuentium oculos aulæa holoserica, gemmis auroque intexta, sculpturæ, statuæ, atque picturæ artificiosæ, variusque splendor supellectilis planè regius. Principi Carulo humanissimè gratulatur adventū præfecti absentis uxor, Ferdinandi Toletani Ducis Albani filia: quam cùm principes familiari colloquio comiter recreando nonnihil detinuissent, Cardinalis accepta missione ad habendum senatum properavit in Palatium. Alii cum Carulo pergunt ad visendum

Castrum novum.

dum Ovi castrum, quod propter formam ovalem scopuli marinis undis insulæ in modum circumfusi, in quo positū est, illud nomen accepit. Conditam arcem illam Collenurius prodit à Guilielmo III. Normanno, & inde Normannicam appellatam diu fuisse. Restauravit hanc item Alphonsus primus Arragonum rex, ornavitque plurimum. At scopulum veteres Græca voce Myagram vocitasse ferunt, vel à plantæ silvestris nomine, vel ob loci atque situs conditionem, difficilesque elapsus, quasi captorum muscipulam. Præsidium excepit principes more suo, tympanorum ac tormentorum cum sonitu militariter. Tum præfectus monstravit singulatim excisa in cautibus antra, vias angustas, atque exstructa in saxis præruptis munimenta; simul armorū telorumq; vim maximam. Hæc cùm perlustrassent, ad portus molem principes tendunt, classis atque triremium visendarum caussa. Decretum fuerat exspaciari in prætoria per sinum maris quem Strabo craterem vocat à forma, uti Carulus cognosceret disciplinam atque labores servorum navalium, & perlustraret obiter vicina littora, circumjacentes insulas ac promontoria; Misenum, Prochyten, Pithecusas, Capreas, Herculaneum ac Athenæum, sive Minervium, ubi Sirenum quondam sedes fuit, teste Plinio. Promontorio nomen est, quòd Ulysses ædem sacram Minervæ dedicarit in ejus ora, cùm Sirenum insidias evasisset, ut Strabo memorat. Sed venti vehementiores in caussa fuere, ne hæc perlustratio fieret; quæ utilis admodum alioquin, atque jucunda fuisset. Stabant in portu triremes ferè quadraginta, exploratoriis, navibusque aliis exceptis. Portus amplissimus à tempestatibus præmunitus est aggere latissimo per quingentos plus minus à littore passus in mare, brachii incurvi forma, procurrente. Is quidem vestitur, atque in altum evehitur è mari quadrato saxo immani. Per medium aggerem fons aquæ dulcis ab urbe tubis subterraneis deductus in capite molis solet erumpere, cujus crater marmoreus ibidem adhuc extat. Molem ex re nunc vulgò quoq; Latina voce nominant aggerem istum, cujus initia posita constat fuisse annos ante ducentos octoginta à rege GalloCarulo secundo. Adampliavit majorem in modum operibus maximis adjectis Alphonsus primus Hispanus: qui rex ejus urbis ædificia publica magnificentissimè provexit, & exornavit, sicut

Ovi castrū.

Myagra.

Moles portus Neapolitani.

Crater.

Minervium promontorium.

ſicut etiam noſtri ſæculi reges Carulus V. Imp. & ejus deinde filius ſucceſſor Philippus ſplendidiſſimè muniunt, excolunt, & adaugent. Tricrarchus occurrens advenientibus ex mandato principi Carulo ſuisque gratulatur adventum, & offert officia quæcunque. Hinc comitatum actuariolis in triremes vexit, atque per ageas inter tranſtra circumducens oſtendit ſervorum nitida lacertoſaque corpora, varias eorum artes ſedentarias, quas ibidem dum ociantur, magiſter, & ingenii largitor venter (ut Perſii poëtæ verbis dicam) aſſiduè docet. Deinde perluſtrant armamenta, bellicumque navalem apparatum multiplicem: atque demum in uno ducum ornatiſſimo taberaaculo conſidentes diſcunt nauticam illam diſciplinam, atq; diæteticam, qua corporum ſanitas ibidem conſervatur: officia nauſtidicarum, nauſtologorum, & comitum celeuſtarum: nec non ſingula quorumcunq;, vel meſonautarum, miniſteria. Sic itaque dies iſte pulcherrimis occupationibus in occaſum ducitur. Sub noctem reverſi in Palatium principes ſpectaculi in atrio repperereunt apparatum, in quo ſaltatores peritiſſimi geſtibus artificioſis, & agilitate mirabili corpora jactantes ad muſicum concentum, eos usq; in cœnæ tempus oblectarunt, Cardinale & Antonio Auria claſſis regiæ præfecto præſentibus. Sequenti die cùm princeps Carulus ſolito cum comitatu apud Carmelitas ſacris interfuiſſet, ductus extra urbem perluſtrat ſumptuoſiſſima regis equilia, in quibus generoſorum equorum armenta ſelecta ſtabulantur atque domantur: ubi dies antemeridianus abſumptus, dum detinent principum oculos atq; animos equorum pulcherrimorum pernices in ſtadio curſus: rotationes agillimæ, tolutim glomeratis hinc inde circulis: multiplicati ad virgulæ rectricis nutum ſaltus in altum quadrupedantes. Mandatum erat ſtabuli præfecto, tacitè uti notaret, quinam equorum Carulo, vel ejus œconomo maximè placerent. Statuerat etenim Cardinalis hoſpitem Principem regio proſequi munere: quod largiter etiam præſtitit, in diſceſſu, cùm prius equum eximium valde, regiis item phaleris apparatuque precioſo dignè veſtiri atque adornari juſſiſſet. A prandio pergunt ad Santeremenſe caſtrum, longè munitiſſimum, quod in vertice vicini montis poſitum deſpectat ac detegit urbem, littora, portum, atque maris inſulas. Exſtruxit autem illud Caruli ſecundi filius Robertus rex, ante annos

Nautica tura & officia.

Equilia regis Philippi.

Caſtrum Santeremenſe.

annos ducentos quinquaginta. Auxit propugnaculis magnis, reddiditq; quasi inexpugnabile Carulus V. Aug. atque rex. At verò Philippus ejus filius his annis prælerlapsis ampliato pomœrio conjunxit urbi, eamque prolatis mœnibus atq; castellis magno spatio novis ædificiis suppleto adauxit. Medio clivo in adscensu montis occurrit pulcherrimum atque sumptuosissimum templum cum cœnobio Carthusianorum peramplo: ubi Carulum Principem salutavit Pœni regis Tunetanorum filius, juvenis XXIV. circiter annorum: qui Christianus cum quinque ministris nobilibus factus, in illo monasterio regiis impensis vivebat. In castro quidem excipitur Carulus magno cum honore. Tubarum clangor, æneorumq; tormentorum vasta tonitrua resonabant longè lateq; per altos montes, atq; latum pelagus, dum ascenditur. Nec poterant satis admirari qui prius castrum non viderant peregrini summis impensis atque laboribus opera è saxo vivo excisa: plura nimirum propugnacula, atque castella: cuniculi, viæ, scalæque jumentis æquè ac hominibus commodæ. Machinarum item atque armorum vis ubique magna, nec non annonæ copia inæstimabilis, tormenta bellica prægrandia ex ære & ferro monstrabantur. Quæ cùm singula diligenter considerassent, principes inde reversuri ad Palatium ex itinere invisunt hortos Garciæ Toletani non longè dissitos, spatio cultuque peramplos & conspicuos. At sumptibus æstimantur vulgò superbi, feruntque compeditorum maledictis damnatos sæpius devotosq; fuisse: quorum sudore & sanguine sunt elaborati, dum pater illius Petrus Toletanus per non pauca lustra Caruli V. Cæsaris auspiciis urbi regnoque dominatur. Nec injucundum quoque Carulo sequentibus diebus fuit, sereno cælo suburbana visu digna perlustrare. Quæ quidem in agro circumquaq; fertili, præsertim litoreo reperiuntur ut amœnissima situ, sic ædificiis villarum splendidis, hortorumq; pulcherrimorũ sumptuosa cultura per principes viros exornata. Quis narret singulatim Fontium ædiculas, antra Nympharum, atq; piscinas, coralliis & unionum ostreis, omniq; conchyliorum varietate renitentes? Quis laudet dignè porticus, ambulacra, scænas frondibus concameratas, florum fructuumque multiplici colore distinctas; parietes malorum punicorum tapetis vestitos; peristylia, & exedras picturis, signis, statuis, & marmorum antiqui-

Cœnobium Carthusianorum.

Horti Garciæ Toletani.

Suburbana villæ Neapolitanæ.

tiquitatumque reliquiis preciosis decoratas; quibus hord magnatum variis in locis resplendent? Ex his ostensi sunt pulcherrimi, atque celebriores: ut Marchionis Vicensis, aliorumque principum: ut in littore maris, Vesevum versus, Bernardini Martizani villa, variis antiquitatum decorata reliquiis: item secessus regalis, amplissimum Palatium extructum olim à rege Ferdinando Arragonio, quod vulgari voce Pogium vocant Itali. Eò namq; se recipere rex solebat, quiescere à laboribus, animumq; recreare cupiens: tanquã è negociorum fluctibus in portum tranquillum. Quatuor quadratæ turres totidem porticibus peramplis in quadrum conjunctæ Palatium statuunt, quod in longum, duplici latitudine patet. Singulæ turres infra, supraq; cænaculis & cubiculis splendidis commodissimæ sunt: è quibus patet trantransitus ab una in aliam per porticus illas tectas. In area media gradibus descenditur paucis ad fontem atq; piscinã limpidam: ubi per pavimentum circumquaque pro nutu domini aquarum uberes venæ subterraneæ per infinitas ac tenues fistulas artificio ductæ, tam erumpunt è latebris copiosè: ut incautos spectatores subitò conspergant, & largissimè contra calores æstivos refrigerent. Aquarum enim dulcium copia felix atque fœcundus in ager est propter vicinum Vesuvium; cujus circum radices interna incendia non possunt non expellere frequentes dulcium aquarũ scaturigines affatim purgatas & percolatas. E quibus Sebethus item in alveũ collectus, & aquarum castellum inde per aquæ ductus subterraneos totam Neapolim vicatim fontib' irrigat abundanter, adeò uti per palatia, diversoria, & ædes etiam privatas divisæ in plurimos digitos fonticulorum venæ distribuantur; quas ubiq; locorum in atriis & cænaculis videmus erumpere. Tantas igitur commoditates rerum omnium adfert incolis suis Paradisus Italiæ (velut à Corona Pighio vocari non ineptè solet) florentissimus ille Neapolitani territorii tractus: licet gravibus sæpè bellis adflictus fuerit, & terræmonibus aliquando sit obnoxius. In eodem est, ab urbe vix quatuor millia passuũ distans, pulcherrimus, atque optimi vini Græci largitor Vesevus vel Vesuvius mons, quem & Vesuium à favillis veteres appellarunt. Nam Ætnearum flammarũ imitator est, & assecla: ex terræmotibus atque incendiis nat', quorum materiam in imis visceribus perpetuò fovet. Quæ cùm anno-

Pogium regale.

Vesuvii motus luculenta descriptio.

annorum plurium ſpacio matureſcens invaluerit, atque ſuperabundaverit: acceſſus ſpiritibus ſubterraneis ignis montium clauſtra rumpit, intimaque terræ viſcera cum ſaxis, flammis, fumis atque cineribus eructat in altum ſummo cũ fragore, tantaque cum vi, ut Gygantæum Veſuvius bellum imitari, atque Jovem ſuperosque flammis, & ſaxorum ingentium telis oppugnare, ſolem in terram trahere, diem in noctem vertere, cælum ipſum obruere videatur. Conſtat experimentis multis, item Vitruvii, Strabonis, pluriumq; veterum auctorum teſtimoniis, eſſe ſub Veſevo, & aliis illius oræ maritumæ montibus atque inſulis ex ſulphure, bitumine, atque alumine maximos ignes ardentes: uti oſtendunt etiã ſudatoria, ſulphureique fontes bullientes. Hinc Veſevus cum ignibus redundat accenditur aliquando, nonnunquam terræmotus & clades ingentes concitare ſolet. Ceterùm illud fuit famoſiſſimum incendium, quod Titi Veſpaſiani ſub Imperio contigit, & graphicè nobis à Dione Caſſio aliisque auctoribus deſcribitur: cùm ejus incendii cineres non ſolùm Romam, ſed & ultra mare in Africam & Ægyptum deferrentur ventis: cùm in mari bulliente piſces coquerentur, aves in aëre ſuffocarentur, celebres urbes vicinæ, & antiquiſſimæ Stabiæ, Herculaneum, atque Pompeji ſaxis, & cineribus, dum populus in theatro ſedebat, obruerentur: cùm C. Plinius Hiſtoriæ nuturalis ſcriptor celeberrimus, qui claſſem Miſeni cum imperio tunc regebat, dum avidius cauſas ejus incendii perſcrutari & propius accedere cupit, ad Herculaneium portum vi æſtus atque vaporis ſuffocaretur: quem Franciſcus Petrarcha falsè notans, videt in Famæ triumpho ſuo multa ſcribentem, & imprudenter morientem. Non potui tamen non ipſe etiam, cùm juvenis ante annos triginta ſtudiorum cauſſa Latium, Campaniam ac Neapolim perluſtrarem, propius tantorum miraculorum ſedem licet præcelſam & adſcenſu difficilem perſcrutari, atque diem integrum huic labori impendere. Cum duobus igitur comitibus montem peragravi penè totum, atque verticem illius exuperavi: nec ſatiari contemplatione potui, cùm ipſius, tum latè patentis circum regionis, inſularum, ac maris. Exurgit namque ſolus in altum è planicie fertiliſſimorum agrorum, & vicini littoris ab aliis montibus ſeparat⁹. Itaq; cineres ejus flãmis diſperſi per agros proximos, item ſaxa, glebæque igni-

Incendium Veſuvii ſub T. Veſpaſiano.

C. Plinii Secundi mors.

bus excoctæ, pluviisq; dissolutæ, mirifica stercoratione lætificant, & fœcundant omnia: ut nunc apposite vulgus agrum atq; montem ipsum Summanum, ac oppidum quoq;, quod unum monti suppositum est, Summam appellet: à summa vini nobilissimi, atque optimorum fructuum abundantia. Vestitus est etenim majore ex parte circumcirca Vesevus pulcherrimis vineis: uti colles, agerque vicinus. Sic suo quoque tempore Martialis poeta Vesevum pampineis umbris viridem fuisse canit, ejus atrox illud incendium, quod Imperatore Tito contigit, eleganti deplorans epigrammate, lib. primo. Vertex tamen ejus ex omni memoria temporum, ætatum, historiarumque semper adustis saxis sterilis ac veluti flammis depastus manet. In medio verticis vasta patet vorago, rotunda, velut ingentis amphitheatri quædam cavea: craterem vocant à forma, cujus tamen fundus in intima terræ viscera penetrasse constat, cùm ignium eruptio per illam olim fieret. Nunc tamen friget, nec quippiam caloris aut fumi videtur emittere. Nam in barathrum illud ipse descendi, quo usque non impediebant præcipitia, vel locorum obscuritas. Superius enim crateris labrum non secus ac amphitheatri sedilia declive terra, cineribusque superfusis fertile est: & viret abietibus, magnisque arboribus: ubi solis calor penetrat, atq; cælestibus pluviis irrigatur. Inferiora verò, quę sicuti fauces contrahuntur in majores angustias: rupium & saxorum fragmina immania, nec non trabes & trunci prolapsarum arborum obstruxerunt. Quas tamẽ obstaculorum moles ignium materia interiore superante tanquam leves palearum fasciculos fumi flammarumque vis illa præpotens facilè exturbat, & in cælum evehit. Certum est etiam, nõ solùm per craterem, sed prout casus aliquando postulat, alibi quoq;, vel per ima montis latera sibi viam incendium aperire. Sicut ante ducẽtos septuaginta sex annos, Benedicto IX. Pontifice summo, contigisse tradunt Italorum annales; cùm ingens flammarum flumen è latere montis erupit, atq; igne liquido in mare profluxit; cujus alveus, scrobiumq; vestigia videri etiamnum posse ferunt. Atqui præter craterem habuisse meatus alios, exitusq; flammarum antiquissimis etiam temporibus, ex historia Romana colligimus. Nam Spartacus gladiator, cum bellum fugitivorum in Campania Romanis concitare cœpisset, montemque Vesevum cum sua cohortu

veles

Summanus cur dicatur Vesuvius.

Aliud Vesuvij incendium.

Velut arcem ac sedem belli primam ac tutam occupasset, obdionem Romanorum, qua circumvallatus erat, rara via fefellit. Nam per fauces cavi montis vitigineis delapsus catenis, ad imas ejus radices cum suis descendit, ut L. Florus historiæ Romanæ libro quarto succinctè memorat, & elapsus exitu * inviso nihil tale opinantis Clodii obsidentium ducis castra subito impetu diripuit. Nunc verò temporis, an per latera montis reperiantur in vineis meatus aut cuniculi vergentes in craterem, incompertum mihi est. Memini tamen me in cacumine circum craterem plura vidisse spiracula calorem cōtinuum exhalantia, vulpium foveis haud absimilia; in quibus cùm insererem manum, facilè calores emergentes sentiebam, tenues tamen, ac sine fumo vel vapore. Sed hæc de Vesevo, vel Vesuvio satis. Cùm jam per plures dies omnibus officiorum cumulis à Cardinale Carulus præoccuparetur, atq; ipse cerneret honoris sui causâ crescere impensas atque ordinum studia: cogitare de discessu, & à Cardinale missionem flagitare cœpit. Nam intelligebat, agi inter plures de sumptuosioribus exhibendis epulis, atque à Sulmonensi, reliquisq; principibus juventutis splendidissimos apparari ludos equestres. Sollicitant igitur hæc verecundum principis adolescentis animum, qui ubique terrarum toto caverat itinere, ne sui hospites profusioribus impensis gravarentur. Quare seriò maturare profectionem, & suis diem statuere; quo vellet omnes ad iter esse paratos. Quod cùm Cardinalis animadverteret, Homerici præcepti non immemor, legitimæ censet hospitalitatis esse, non amare nec odisse nimis hospitem: advenientem comiter excipere, & tractare; abiturientemque non retinere pertinaciter. Et quamvis admodum cupiebat ipsum proximè instantibus anniversariis epulis suis Antonianis interesse; quibus amicorū præcipuos Januario mense boni ominis caussâ festo die Divi cognominis solet excipere; non tamen inciviliter morari properantem, non importunè flagitare voluit. Sed satis illi visum est, hoc tantùm impetrare, ne fraudaret expectatione speque sua juventutem nobilem, atque ejus principes: sed ut sua præsentia temporis exigui cum detrimento decoret ludos equestres, quorum erat ipsius in gratiam apparatus jam factus. Se curaturum pollicetur, uti committerentur primo quoq; die feriato: scilicet, intra quatriduum proximo dominico.

**exitu in uno legitur mendosè in vulgatis Flori exemplaribus etiam nuper correctis: utitur in eadem significatione voce inviſus, pro, non viſus, Cicero de aruſpicum reſponſo.*

Carulus discessum parat.

nico. Qua in re Carulus non se difficilem prębuit. Paciscitur tamen, ut sibi postridie dein proficisci liceat. A. D. XVI. Kal. Feb. mane Cardinalis comitatus amplissimo senatu, proceribusque regni præcipuis, Carulum magno cum honore, ut regis sui adfinem, duxit ad D. Ludovici palatium vicinum templum regium; ut sacræ concioni simul interessent, solemnéque diem dominicum à rebus divinis inchoarent. Et quidem Cardinalis ex auctoritate tum Belga quidam doctus, facundus, & magnæ spei juvenis, (qui Marchioni Piscariensi familiaris, & à studiis erat) Latina oratione luculenta decreverat, sacris finitis, publicè in concessu tot principum testari lætitiam ordinum, atq; universæ civitatis ex Caruli adventu conceptam: eo quòd datum omnibus esset, tot Imperatorum, Regum atque Ducum sobolem intueri generosam, ejusque frui benigna præsentia. Declarare præterea, quàm in oculis esset principum maximorum Italię, ac totius Europæ: Quantam expectationem de se daret bonis omnibus, quòd adolescens, & unus nostro sæculo principum juventutis Augustarum imaginum splendore refulgens, non ambitionis accensus ardore, sed virtutum excitus studio tot longinquas regiones, tot populos linguis dissonos non sine immenso sudore, sumptuq; penetret, atque invisat: ut scilicet illustrium sui temporis atq; optimorum hominum amicitiam sibi compararet; civitatum conditiones varias disceret: ac denique fructus peregrinationis uberrimos, videlicet mores probos & exquisitos, linguarum peritiam & optimarum legum cognitionem reportaret in patriam, adultiorq; judicio, quàm annis, & rerum experientia peritior multarū provinciarum gubernacula capesseret. Cujus si vestigia plures sui ordinis sequerentur, fore brevi felicem reip. Christianæ statum, concordiam, & pacem majorem: cùm principes rerum experientia prudentes, non peregrinarum virtutum contemptores nancisceretur. Et hæc quidem ille, & alia consessui auditorioque tanto congrua: quæ tamen orator ne diceret, sed scripto tantùm Carulo præsentaret, sacræ cæremoniæ diutius in templo productæ in caussa fuerunt. At orationis exemplum mihi Corona Pighius exhibuit. Finitis sacris, cùm simul pransi essent Cardinalis & Carulus, ut erāt à Sulmonensi principe non semel invitati, ad ejus ludos spectandos cum magno comitatu perrexerunt. Horum appara-

Templum D. Ludovici.

Ludi equestres.

tus

tus pro brevi dierum spatio quo fieri cœperat, fuit (me hercle) magnificentissimus. Equitum personatorum turmæ plures (jam enim Bacchanaliorum ludicra hospitis in gratiã ac recreationem præveniebantur) in campum prodierunt, ante Sulmonense Palatium; ubi conventus erat principum, & matronarum virginumque cœtus exquisitus. Turmæ singulæ suis coloribus, atque insigniis distinctæ: habitu tamen similes, & ornamentis variis resplendentes totius civitatis oculos in se converterunt. Certatumque non minus est equorum generosorũ pulchritudine, dotibus & corporibus eximiis, sumptu ac precio phalerarum, nec non armorum, atque vestitus peregrina varietate, quàm militari velitatione, vel hastarum concursatione. Ad ambitionem etenim usque Pulcherrimorum equorum studiosa productrix, & omnium elegantiarum mater est Neapolis. Ludi in occasum fere solis protracti sunt. Quibus finitis, indultum nonnihil choreis est. Verùm mox Carulus, impetrata à Sulmonensi principe discedendi licentia, cum Cardinale revertitur in Palatium: ubi ante cœnam gratias illi pro omnibus officiis, liberaliter atque humanitate summa perquàm diligenter egit; atque sua parentumque gratitudinis debita quæcunque vicissim offerens, petit ut amica missione bonaque cum ejus gratia sibi postridie proficisci Puteolos, atque inde Romam pergere liceat. At Cardinalis conquestus ista festinatione se præoccupari nimium, præripiq; copiam & occasiones ulterius testandi Regis erga ipsum benevolentiam: nihilominus se deliberato ejus consilio nolle inciviliter reluctari dixit. Optat igitur ut imposterũ major offeratur oportunitas, qua possit ipsi, parentibusque ipsius propensam suam voluntatem, atque animum domui Austriacæ devotum uberius declarare. Hinc accito Palatii magistro, mandat, ut sollicitè curet apparari Puteolis in Auriano prætorio præfecti classis cũcta necessaria ad Carulum Principem cum comitatu ibidem dignè tractandum. Sequenti igitur die, cùm simul matutinis Missæ sacrificiis interfuissent, à Cardinale Carulus amantissimè dimissus est: qui ipsum amplexus, se dolere testatur, quòd honoris caussa prosequi extra urbem ob urgentia regni negocia tum non posset. Idem fecère præfectus classis Antonius Auria, reliquique proceres, qui interesse senatui mox debebant. Reliqui principes magna cum frequentia

Neapolis mater elegantiarũ, & equorũ generosorũ nutrix, atque productrix.

Carulus proficiscitur puteolos.

Y 4 comi-

comitantur & deducunt Carulum ad Pausilypi cryptam usque; ubi eos ulterius progredi non passus, gratiis actis dimisit. Pausilypus mons arduus quidem, vineis attamen pulcherrimis excultus; & villis, etiam olim, ut ex Plinio & aliis constat, opulentis habitatus; instar promontorii procurrit in mare Siculum, viam præcludit inter Neapolim & Puteolos: qui quidem summo cum labore molestiaque viatoribus superandus erat, vel ambitu longo circumeundus; priusquam majorum industria perfoderetur. At verò per imas radices atque intima viscera pertusus, viam itinerantibus recto tramite planam atque facilem aperire cœpit. Hinc quidem ab antiquo Græci montem non inepto videntur insignìisse nomine, παυσίλυπον appellantes, velut ademptorem molestiarum atq; laboris: quo cognomine & Jovem ipsum celebrarunt Græci veteres, ut apud Sophoclē legimus. Mons quidem pertusus est ad passus plus minus mille, viaque per fodinam illam patet lata pedes XII. ac totidem alta: qua sicuti Strabo testatur, duo contraria plaustra simul commeare & transire possunt. Speluncam appellat ipse, Seneca cryptam Neapolitanam: ubi sortem athletarum omnem se perpessum scribit ad Lucilium epistola LVIII. cùm per illam Bajis Neapolim repeteret. Repperit nimirum in via luti cæromata perabundanter, & in ipsa crypta Puteolani pulveris haphen. Eandem experiri tum inspersionem Carulus ejusque comites; sicuti omnes solent, qui multi simul vel pedites vel equites illam transeunt. Itaque cùm ex tenebris illis flavi prodirent, invicem intuiti non sine cachinno admirabantur, excutiendumque satis repperrerunt. Caussa perpetui pulveris istius in promptu est, quòd ventus, aut pluvia nunquam eò penetret, nihilque, nisi in specus ostiis, humectet. Cùm igitur illic pulvis motus, ut idem Seneca dicit, in se volutatur, & sine spiramento sit inclusus; in ipsos, à quibus incitatus est, recidit. Ex cujus verbis quidem colligimus, Neronis temporibus nullas speluncam istam habuisse luminum fenestras, vel aëris spiracula, præterquam in utrisq; faucibus. Nam carcerem longum & obscurum appellat Seneca, in quo nil aliud, quàm ipsas tenebras videre est. Asserit attamen Cornelius Strabo, per montis crepidinem olim fenestras plures variis locis ex alto lumen infudisse. Quibus omnibus demū vel terræmotu vel negligētia temporum obturatis;

Pausilypi montis descriptio.

Nominis ratio.

Via per Pausilypū.

turatis; tenebras profundas speluncam longissimam illam obsedisse, non est mirum. Hoc quando contigerit, in obscuro nunc item est. Petrus Rassanus Siculus, Episcopus Lucerinus, ante sua tempora, scilicet ante annos centum quinquaginta plus minus; foramina, quibus lumen admitteretur, in ea crypta fuisse nulla, testatur. Obstructas item ferè ruinis, atque vepribus utrimque fauces; ut ingressus absque lumina cunctis esset perhorrendus. Tunc Arragonum regem Alphōsum primum in potestatem provincia redacta, complanasse, dilatasseque viam ac fauces; perforasse montis dorsum, atque duas aperuisse fenestras, quæ lumen obliquum in mediam speluncam ex adverso nunc infundunt. Tanquā nix quædam insparsa solo lux illa transeuntibus apparet à longè resplendens in obscuro, priusquam fenestræ videri possunt. Est item in tenebrosæ viæ medio sacellum exiguum excisum in pariete saxeo; in quo nocte dieque lampas ardens viatoribus æternæ lucis memoriam suggerit, nec non in tabula picta nostram salutem è virgine matre diva Maria natam ostendit. Adampliavit opus immortalitate dignum; restauravitque magnificè nostra memoria Petrus Toletanus, dum Caruli v. Imp. auspiciis regnum Neapolitanum administrat. Itaque nunc tam recto tramite via per montem ducta est, uti cryptam intrantibus lumen à longè veluti sidus quoddam per ostium, adversum resplendeat, ad quod euntes in tenebris iter dirigant: quibus item facilè atque jucundum est, obvios quosque per lumen illud in speluncam intrantes, tanquam pygmæos procul, vel equites vel pedites cernere. Quisnam primus animo Xerxeio tam immensum opus agressus fuerit, aut quo tempore factum sit, feruntur eruditorum variæ sententiæ. Sed prætereamus vulgi sermonem insulsum, magicis poëtæ Virgilii (cujus ante fauces cryptæ sepulchrum fuisse plures tradunt) incantamentis istud attribuētis. Item eos, qui Bassum, nescio quem, ejus auctorem asserunt; cujus nemo, quod sciam, veterum meminit. Nos ex Strabone Cornelio quidem colligere videmur, atque his ex Ephoro, Homero, Græcisque scriptoribus aliis, Cimmerios antiquissimos populos in illo Campaniæ tractu juxta Bajas, Lucrinum, atque Avernum in antris atque subterraneis specubus habitasse, cavernisque quibusdam inter se commeantes effodisse metalla, pertudisse mon-

Alphonsus rex.

Petrus Toletanus.

tes

tes: nec non per sacerdotes suos necyomantiam, ac divinationes suas in speluncis profundis exercuisse, peregrinos & advenas ad inferorum oracula deducendo. Qua gente deleta, Græcos, qui regionem illam pòst incoluere, quique Cumas ac Neapolim condidere, Cimmeriorum fodinas illas, ut opinantur plures, ad hypocausta, thermas, vias, aliosque varios usus accommodasse. Nec minus Romanus Græcorũ exemplo pro sua magnificentia plurimum auxisse subterranea illa opera, cùm iam rerum domini, secessus ac villas oppidorum instar ibidem extruerent, atq; Puteolani pulveris ex iis montibus extracti raræ virtutes ad ædificiorum structuras firmandas, fundamentaq; in aquis solidanda jam innotuissent. Adfirmat autem Strabo, sua quidem ætate, cùm Averni montis saltus aërem corrumpentes excinderet sub Augusto M. Agrippa; tum inter alia antiqua, & magnifica opera, specum subterraneum usq; Cumas effossum apparuisse, quem unà cum alia, quæ inter Puteolos atq; Neapolim est, Coccejum quendam perduxisse, fama tenebat. Cujus, inquit, ætate fortassis usus regionis obtinuit, ut ejusmodi subterraneæ viæ, cavernæq; fierent. Ex ejus autem hisce verbis elicimus, diu ante Strabonis tempora Coccejam gentem in Campania floruisse, cryptamq; dictam ibi fuisse, nec de ejus auctore quid aliud tum certi constitisse. Nec verisimile mihi videtur, opera L. Luculli, quæ maxima & sumptuosa supra modum in iis locis fecit, quorum ob causam Xerxes togatus à Pompejo Magno, Tuberone, Cicerone, ceteris principibus urbis appellatus fuit, Straboni ignota fuisse. Quapropter nec in eorum sententiam pedibus eo, qui volunt ab ipso propter villam suam ibidem Pausilypum perfossum: errore ducti quòd à Marco Varrone, Plinio, atq; aliis memoriæ proditum sit, à Lucullo montem juxta Neapolim majore impendio, quàm villam suam ædificaverat, excisum esse. Sed in quem usum? quæso. Non ut iter viatoribus commodum faceret, sed ut euripum aperiret, ac maris undas, cùm placeret, piscinis suis immitteret: utiq; piscibus per vivaria tam æstate, quàm hyeme cõmodas stationes intra montis cavernas pararet. Occurrit exeuntibus cryptam paulatim sulphureus odor per aëra sparsus ex diversis terræ cavernis hinc inde promanans. Nec diu pòst ostendũt Principi Carulo lacum Anianum amphitheatri in modum circularem

L. Lucullus Xerxes togatus.

Lacus Anianus.

cularem,& collibus undiq; conclusum,atq; per apertũ ferro montem immensas maris undas: excisos rupium parietes, cavosq; specus ad piscium stabula, atq; recessus factos, sed arenis ac limo nunc,ædificiorumq; ruinis oppletos. Fundum in medio nõ reperiri,ex accolarum relatione Leander, & alii quidã scribunt:vernoq; tempore serpentium globos convolutos è summis rupium crepidinibus magno cum impetu provolvi in aquas, nec denuo conspici. Nec procul inde monstrabantur cellæ sudatoriæ D. Germani cõcameratæ, sub quibus è solo calidi vapores erumpunt vehementes; ut si quis vel nudus iatroierit, repentè sentiet extrahi è corpore sudores quàm maximos. Itaq; consulunt hæc vaporaria plurimum podagricis, evacuantq; noxios ac nimios humores, ulcera interiora sanãt, & valet ad multiplices corporum morbos: quæ si quis accuratius cognoscere cupit, legat Io. Francisci Lombardi synopsim eorum,qui de balneis,atq; miraculis Puteolanis scripsere tã prosa quã carmine. Nobis ad alia properãtibus singulatim omnia persequi non vacat. Est enim in agro Puteolano, Bajano, Cumano, atq; in Ænariis vicinis insulis,quas & Pithecusas Græci veteres appellarũt,miraculorum similiũ multitudo,varietasq; magna:uti naturam credere sit in iis locis Apollini, Æsculapio, Hygiæ, atq; Nymphis perpetuò servire, nec non pro coqua famulari. Quod autem non sine ratione certa fieri videmus. Quandoquidem terræmotus, atq; ignium eruptiones frequentes,qui contingunt, abundè demonstrant: diversis in locis sub maris etiam fundo, montiumq; radicibus,in imis terræ penetralibus æstuare quàm maximos ignes: quorum fervidi vapores atq; flammæ per intervenia meantes inter aluminis,sulphuris, bituminis, aliasq; materias, variis in locis calidos ac bullientes excitant fontes, formantq; vaporaria in montium cavis ad sudationum utilitates egregiè commoda. At horum omnium natura virtusq; dissimilis est, pro materiæ, terræq;, è qua nascuntur,proprietate. Nam inter medicas tot aquarum,& exhalationũ terrestrium vires, non desunt etiam noxiæ atq; pestiferæ: cùm nimirum aquæ vel calidi vapores ex uliginosis, ac malè affectis terræ visceribus erumpũt. Plinius libro naturalis Historiæ secũdo testatur,cũ alibi in Italia,tũ in agro Sinuessano, & Puteolano ejus generis reperiri spiracula,vocariq; Charoneas scrobes, mortiferũ spiri-

Sudatoriũ S. Germani.

Pithecusæ.

Pontiũ calidorũ causa.

Charoneæ scrobes, & earum natura.

ſpiritum exhalantes. Oſtendebatur quidem tum Carulo Principi ad pedem montis, quo lacus Anianus cingitur, haud procul ab equis ipſis, antrum ſimile fundo plano in montem abiens per paſſus decem vel octo: cujus fauces amplæ ſatis duos vel plures in ingreſſu ſimul intromittere poſſunt: ſed ſenſim declivi in arctum teſtitudine deſinit, ubi è profundo per ſaxi poros inviſibiles ferventes exhalat ſpiritus, verùm adeò tenues, ſiccos, atque ſubtiles, uti eorum nullus videatur fumus aut vapor: quamvis aërem ventis infuſum, cavernæque frigora calore vehementi mox ſpiſſent, & mutent in aquam: ſicuti ſtillæ in ima teſtitudine dependentes, & ex obſcuro adverſis oſtii lucem ſtellularum in modum ſcintillantes indicant. Hydrargyrii, vel argenti vivi guttæ apparent à longè; quemadmodum etiam plurimorum fert opinio, vulgoque perſuaſum eſt. Quin etiam ab omnibus creditum eſt, ſi quid vivi ultra limitem in ingreſſu foſſula deſignatam tranſierit, vel projiciatur in cavernam interiorem; id ipſum mox concidere, & exanimari, immo prorſus enecari, niſi protinus extractum in aquis ſtagni vicinis immergatur, quarum frigore recreari quamprimum, ac ſenſim reviviſcere conſtat. Cujus rei periculum faciunt indies peregrini & advenæ cognoſcendarum rerum ſtudioſi, pullos gallinaceos, aut canes funibus nexos, aliudvè quid vivi in antrum projicientes. Leander Albertus memoriæ prodidit Caruli VIII. Galliæ regis juſſu (cùm his ante annos centum quatuordecim plus minus, pulſis Hiſpanis, aliquandiu regno potiretur Neapolitano) aſinum intruſum confeſtim vertigine captum cecidiſſe & expiraſſe. Alius, qui de balneis illis ſcripſit ante ducentos ferè annos, temerarium militem armatum ſuo tempore in eodem antro miſerè periiſſe tradidit. Ceterùm præſente Carulo Principe, veluti Corona Pighius meus aſſeruit ſe vidiſſe, ductores Hiſpani duos validos canes villaticos projecerunt in antrum, quamvis admodum reluctantes, ſic ut idem periculum & antea ſubiiſſe viderentur. Extracti exanimes, per aquarum baptiſma revocati ſunt ad vitam: ſed alter eorum principis juſſu retractus in antrū denuò, cùm periclitari coactus eſſet, nec anabaptiſmate reviviſceret, tanquam cadaver in ripa relictus eſt: non magna tamen interpoſita mora, veluti exitus profundo ſomno reſurgens, nonnihilque ceſpitans ac vacillans, quàm ocyſſimè

potuit

potuit,fugam arripuit: cunctis, qui videbant ridentibus,& Carulo canem laudante quod Orco victima cadere noluiſſet. Poſt hæc facem ardentem ultra limites in cavernam porrexere: quæ demiſſa ſolum verſus extingui protinus, evecta nonnihil in altum rurſum inflammari viſa eſt. Illudque profectò docuit experimentum, ſpiritus ex fundo prodeuntes fervore ſiccitateque validiores in imo, mox levia flammarum nutrimenta diſſipare: laxiores autem atque imbecilliores in alto, rurſum calidos ac pingues facis fumos inflammare: quemadmodum videmus accenſæ candelæ flammam per alterius extinctæ fumum in admotam tranſilire, ſoliſq; radios vehementiores ſpeculo injectos ſtupam admotam comburere. Equidem cùm ante annos, ut dixi, triginta ſtudiorum cauſſa peragrarem Italiam, diligentius perſcrutandi ſingula, ex quibus doceri poſſem cupidine flagrans: & Puteolis jam dicta naturæ miracula videns attonitus, cauſſas eorum non potui non inveſtigare propius. Non perſuadebar enim Hydrargyrii vel argenti vivi guttas eſſe, quas a longè reſplendentes in extremo cavernæ videbamus. Igitur juvenili quadam audaciâ foſſulam tranſgredior, & corpore paululum inclinato propius accedens, aquæ limpidiſſimæ guttas eſſe, didici, digitiſque detergens eas è ſcabra mōtis teſtudine comitibus meis oſtendi: juſſique ut crederent, vel intrarent & experirentur. Quod & factum fuit. Nam acceſſerunt ambo, ſcilicet Antonius Amſtelus, & Arnoldus Niveldius Batavi Vltrajectini ex equeſtri ſtirpe juvenes, qui erant ejus itineris mei comites. Et quamvis aliquantiſper moram in antro traxerim, vel ad horæ ſemunciam, ampliúſve; atque calores à pedibus per crura genuaque ſenſerim exurgentes: non tamen vertigo, vel capitis dolor ullus acceſſit: ſudores tantum in fronte ac temporibus ob loci caliditatem erumpebant. Experientia nos docuit itaque, fervores ſive ſpiritus illos noxios prope ſolum, ubi primùm erumpunt, vehementiores eſſe: atque opprimere ibidem animalia puſilla, vel quaprupedia verſus terram ſemper capite prona: atque æſtu nimio quamprimùm ſuffocare vitales eorum ſpiritus, dum ſiccas illas & ferventes exhalationes anhelitu coguntur attrahere: quas aquarum repentina frigora rurſum expellunt, ſi confeſtim ſtagno mergatur animal caloribus nimiis oppreſſum. Interim ductor Italus, noſter ſtabularius, mirari vehe-

vehementer temeritatem meam, obstupescere successum & exitum, & rogitare non semel, an magiæ peritus essem; nec aliud sibi persuadere, quàm me secretis quibusdam incantamentis præsentissimam illam pestem averruncasse. At verò nos plebejam hanc simplicitatem risimus affatim, quæ magicis artibus adscribere plerumque solet opera quæcunque magna, & effectus raros, quorum caussas non intelligit. Jam ad iter nostri principis revertamur oportet, qui à scrobe Charonea ducitur ad Sulphuraria, sicut nunc appellant hæc loca, poetarum fabulis antiquissimis celebria propter naturæ miracula. Etenim cecinere sub his montibus Gigantes sepultos eructare flammas ab inferis:

Sulphurariarum fores.

Et moto scopulos, terrasq; invertere dorso,

Gigantum carceres.

nimirum, quando terræmotus interveniunt. Montes autem sunt sulphuris, aluminis, atque vitrioli, ut appellant, venis fœcundi: quorum præcipuus coloniæ Puteolorum antiquæ vicinus admodum imminebat olim, teste Strabone, nunc tamen ab oppido novo distat ultra mille passus. Cujus vertex quondam præaltus perpetuis tandem ignibus depastus in vallem profundam subsedisse, ex ipsa loci forma colligere est. Itaque qui quondam vertex, nunc ingens in plana valle fossa est: quæ costæ vel latera montis olim, nunc scopulorum ac rupium cacumina sunt, vallo quodam circum ambientium planitiem extensam ovata forma per pedes plus minus mille quingentos in longum, & in latum circiter mille. Plinius colles illos ab albedine, Leucogæos, planitiem verò, campum Phlegræum à flammis & ardore vocari scripsit, cui Silius Italicus astipulatur. Cornelius autem Strabo forum Vulcanium appellat locum ubi & ab Hercule superatos Gigantes quidam fabulantur. Colles illi passim flagrare videntur in imo fundo. Nam magnos ubique cum odore sulphureo per plura foramina semper exhalant fumos: qui per omnem vicinam regionem ventis, etiam Neapolim vsque defertur. Antiquitus hi colles, ut ex Dione Cassio, atque Strabone colligimus, majores quidem ignes evomebant: & alii vicini montes plures circa Lucrinum, & Avernum ardebant, & velut è fornacibus fumos ejiciebant spissos, ac aquas igneas. Nunc temporis autem ipsa planicies, non secus ac colles Phlegræi flammis perpetuis exhausti foraminibus infinitis cavernosi sunt, & materia, coloreque sulphu-

Leucogæi colles & campus Phlegræus. Forum Vulcanium.

sulphureo flavent ubique. Solum itaque pedum ingressu cùm tangitur, quasi tympanum propter concavitates resonat & crepitat: sentiesque non sine stupore sub pedibus ferventes aquas, fumosque densos & ignitos sibilare, ac fluere hinc inde cum magno fragore per tubos atque cavernas subterraneas vi exhalationum factas. Quæ quanta sit, experieris; si foramen aliquot obtures, vel gravi lapide, eundem mox impetum fumi videbis ejicere. Lacuna ingens in eadem planicie semper reperitur aquis nigris bullientibus plena: quæ locum aliquando mutat, ac indurescentibus aquis (ut in lebete pinguedo frigescens per margines solet) arctatur vel ampliatur simul cum exhalationum impetu majore, vel minore. Tum verò cùm aderat Carulus, ingentis instar cacabi livido luto pleni bulliebat cum magno sonitu, fumóve, non tamen evehebatur extra limites, ac labra sua. At memini, cùm ego locum perlustrarem, voraginem illam aquas ultra humanam staturam ad octo vel decem pedes in altum ejecisse in modum pyramidis; easque pingues ac luteas sulphureique ferè coloris. quod etiam vicini Puteolani non diffitentur; qui perbibent ad XVI. vel XXIV. aliquando palmos ebullire, cum tempestatibus æstuat mare. tum color aquarum varius, ac plerumque sulphureus, nimirum quas varia materia mixtas è profundioribus terræ venis majore cum impetu venti subterranei agitati marinis æstibus, & inter flammas invalescentes eructant. at cùm venti sub terra quietiores sunt, hærentes tantùm in Lacunæ faucibus, pingues ac nigra fuligine squalidas aquas propellunt. Hæc quidem ingeniis naturæ secreta perscrutantibus offerunt considerationem haud inutilem aut injucundam; quàm M. Cicero perappositè atque luculenter naturale quoddam animorum pabulum appellat: utpote terrarum orbem non ubique solidum, sed anfractibus multis cavernosum, venis ac poris infinitis pervium esse, experientia cognoscimus: atque velut corpus animantis vivum à contiguis elementis aëre, aquaque motu continuo penetrari: ab iisdem vegetari, augeri ac minui cum plantarum & stirpium excrementis suis omnibus: quin etiam per fistulosos suos meatus terram æquoris circumfusi vim multam absorbere, & spiritus vehementes aquarum concursum

Fōs sulphureus ebulliens.

Pabulum animi naturæ consideratio.

Terræ motuū caussa.

concursum motumque concitare in imis ejus visceribus strictisque latebris, ibidem collisos, inter saxa ventos effervescere, & ignes incendere maximos: qui cùm devorant obstantia quæque; exhauriunt & evacuant terræ penetralia, contrahunt eò per terræ poros, velut laxis & expansis follibus, vicinos ventos & fumos simul ingentes: ubi tandem invalescentes supra modum, quærunt exitum, horrendoque cum mugitu, terrarum ac montium conquassatione

Ignium subterraneorũ causa

Pellunt oppositas moles ac vincula rumpunt.

Sicut latiùs in Ætna sua Cornelius Severus doctissimus poëta cecinit. Atque hisce de causis terrarum motus, voragines & hiatus exurgunt: nec non flammarum eructationes, ignium rivi bullientesque fontes, atque fervidæ è terris exhalationes oriri hinc constat. Memoriæ proditum autem à Dione Cassio, jam dictos montes Puteolanos suo tempore plures habuisse fontes fluidorum ignium, in quibus aquæ nimiis caloribus ignescerent, & ignes aquarum commixtione liquescerent: sic ut contraria illa elementa nunquam separarentur. Ceterùm nunc quoque temporis videmus ibidem aquis conservari atque nutriri flammas & sulphura, totque jam sæculis perpetuari, nec consumi; quamvis in iisdem ferè meatibus semper durent, atque scaturiant. Quod item poëta Severus non præteriit, pulchrè canens in Ætna sua, quo pacto flamma nutriatur humoribus:

Contrariorum elemẽtorum connexio.

Atque hæc ipsa tamen jam quondam extincta fuissent,
Ni furtim aggeneret secretis callibus humor
Materiam, silvamq; suam: pressoq; canali
Huc illuc ageret ventos, & pasceret igneis.

Jam & de campis Phlegræis, & eodem, de quo nunc agimus, loco inter Neapolim & Cumas dicit, quòd

Ejus ab æterno pinguescens ubere sulphur
In merces legitur. Quemadmodum nunc temporis vectigal ingens ex sulphurariis illis atque aluminis mercibus regi provenire dicitur. Videmus insuper aquas illas sulphureas maris salsugine, cineribusq; incendiorum infectas, cùm longius profluendo refrixerint lapidescere, atque propagare vim eandem in amnes ac rivos, quibus commiscentur: experimenta non solùm ibi, sed & in aliorum Italiæ fluminum

Cur aquæ nonnullæ lapidescant.

minum aquis occurrunt omnium oculis; ut in Anienis, Albulæ, Velini, Naris, & aliorum: quæ ripaũ margines, & aquæductuum formas, per quas fluunt; item aquarum castella, in quibus stagnant & conservantur, solent incrustare. Luce clarius constat, & videmus indies, earundem aspergi-nibus continuis ligna, plantas, stirpium ramos, truncos, ac radices, herbarumque stramina ac folia sensim corticibus lapideis involvi, atque vestiri. Quin illas casu formari in coriandri, anisi, fœniculi, cinnamomi, amigdalorúmve dulciarias quasi condituras, veluti saccaro candidissimo tectas: quibus incautum, & avidum gulonem decipere haud difficile est. Nec sanè nobis absurdum videtur, neque etiam ex Vitruvio, Seneca, Dione, Plinio & aliis, qui de Vesuvii & Puteolanis miraculis scripserunt, aliud ferè colligere est; quàm aquas naturam atque contagionem illam accipere ex tenuissimis exustarum glebarum cineribus, quos ignis velut in atomos partim contrivit, partim in liquores dissolvit, vaporque subterraneorum incendiorum per terrarum ac fontium intervenia permeans egerit. Videmus etenim densiorem quoque terram ac saxa similibus incendiis exhausta, dissolutaque in grossiorem pulverem, quem Puteolanum à loco veteres nuncuparunt, receptis aquis conglutinari & humore solidescere in saxum. Et aquas per ea loca permeantes vicissim tale quid glutini contrahere; ut corpori, quod contingunt, cohærescant, & coëant in petram. Stupenda, me hercle, visu in Apennini speluncis & cavernis occurrunt ejus rei miracula sub Anienis alveo veteri in Æquicolis ad Vicum Varium, sive Varronis, ut de nomine docti discrepant; in quibus olim stillantes per rupium fissuras, ac hiatus aquæ, dum sensim in saxa concrescunt, multiformes atque sublimes columnas, arborum magnarum ramosos truncos, centaurorum ac gigantum monstrosa corpora temerè cadendo fabricarunt. Ingredere speluncas obscuras, vel potius cæcum labyrinthum cum tædis; invenies affatim, quibus indagatorem rerum secretarum animum pascere & satiare poteris. Sed lumen observes oportet diligenter, ne vespertilionum ingruentium crebro volatu suffocetur; quorum aliquot milia in iis antris stabulantur, atque dum lucem diurnam fugiunt; eò se, tanquam in tuta castra recipiunt. Carulus cùm colles Leucogæos & in eorum circũ-

Pulvis Puteolanus.

Spelunca in Appennino ad Vicum Varium.

Vespertilionum castra.

quaque radicibus diversas medicatorum fontium ac balneorum scaturigines, vaporaria, cryptasque perlustrasset, per veteris coloniæ ruinas latè patentes pergit Puteolos. Excepit eum in itinere præfectus, oppidana nobilitate, Hispanorumque peditum satellitio stipatus, & duxit in hospitium quod illi Cardinalis mandato prælautum & regali sumptu splendidum præparaverat. Nil deerat quippiam, quod ad eum honorificè tractandum cum comitu requiri poterat: tempus duntaxat & ocium ob officiosorum hominum strepitu atque concursu desiderabatur; ut rectè cuncta visu in vicinitate digna cognosci possent: quod valde molestum Coronæ Pighio fuit. Etenim florente Romano Imperio, fuit ille maritumus tractus Campaniæ circum Cumas, Misenum, atque Puteolos, propter cæli temperiem, situs amœnitatem, aquarum salubrium copiam, agrorumq; summam fertilitatem nobilissimus: ideoque frequentibus, & penè contiguis optimatum prædiis, principũque virorum sumptuosissimis villis ubique locorum excultus renitebat. Nec ulla pars Italiæ provinciarúmve Imperii Romani visa fuit accommodatior ad earum spolia dilapidãda, vel ad opes orbis terrarum effundendas: quam ille Campanus ager à Capua Neapolim, ulteriusque protensus, atque inde per littus usque Cumas recurrens; Ubi Liberi Cererisque certamen esse dicitur: in cujus ora maritima atque insulis vicinis luxus atque deliciarum illecebræ Sirenum domicilia atque diversoria constituerunt in antiquissimis poëtarum fabulis. Quapropter etiam non ineptè veterum poëtarum quidam non postremi volunt, non in Ogygia Thebanorum, vel Lacinii Promontorii, sed in Puteolani littoris insula contigisse, quæ de Ulysse & Calypsone nympha narrantur. Hæc autem dea nomen à cultu & deliciis obtinuit, quam & Homerum νύμφην ἐυπλοκάμον appellat, quasi pulchris cincinnis bene comptam. Nil etiam Puteolano litore cultius, deliciosumve magis; mari quoque nil hospitalius esse solet: ut ibi Ulyssem cum nympha diversatum peregrinationis ac fumi Ithacensis immemorem hæsisse, fingãt, cujus item apud Dionem Cassium, atque Philostratum Lemnium in Apollonii vita mentionem factam invenio. Et quamvis in præsentiarum ibidem omnia sint ruinis oppleta, nec non bellorum temporumque injuriis prostrata jaceant: infinita

Carolus ut Puteolis exceptus.

Fabula Calypsus.

infinita tamen sunt, quæ non perfunctoriam, sed diligentem considerationem flagitant ab iis, qui ex antiquarum artium & historiarum indagatione fructus aliquid consequi volunt. Jam verò Puteoli juxta litus ad sinum maris imposita colli civitas est: quæ, licet non inelegans aut exigua sit; nulla tamen ex parte respondet opulentia, vel amplitudine veteri coloniæ: quemadmodum ex viis silice stratis, & publicorum ædificiorum fundamentis colligimus. Hujus enim partem jam occupavit haud exiguam mare; magnam terræmotus & bella sepeliere. Antiquissima fuit olim Græcorum colonia, Tarquinio Superbo regnante per Samios condita in fine Olympiadis LXII. sicut Eusebius in Chronico prodit, & Stephanus Buzantius astipulatur in urbium onomastico. Cùm scilicet Samiorum respublica tyrannide premeretur trium fratrum, Polycratis, Syli, & Pantagnosti. Tum & Pythagoras Samius fugiens relicta patria manebat apud Crotoniatas potentes Italiæ populos, atque princeps novam philosophiam, quam Italicam appellarunt, invehens, admodum clarus habebatur. cujus legibus Italæ Græcorum civitates reformatæ per trecentos ejus discipulos, ut Diogenes Laërtius scribit, aristocraticam in rebus publicis administrationem acceptarunt, feliciterque per aliquot secula continuarunt. tum & hanc Samiorum coloniam à justitiæ principatu, ac sanctissimo Imperio Dicæarchiam nuncupatam volunt: quo nomine Græci scriptores omnes illam appellarunt, ac sæpius etiam Græcorum exemplo Latini. Strabo Dicæarchiam aliquando Cumanorum emporium fuisse scribit, appellatamque dein à Romanis Puteolos, vel à puteorum frequentia; vel ut aliqui volunt, ab aquarum salientium putore sulphureo. In Potestatem verò Romanorum venisse constat Annibalico bello Capua obsidione capta, gravissimeque multata propter perfidiam, & ingratitudinem. Cui jus magistratuum, atque libertas omnis adempta est; impositusque quotannis à populo Romano præfectus, qui jus diceret, anno urbis DXLII. Tum oppida Campaniæ plura, quòd Annibalem armis defendissent, eandem fortunæ conditionem subjere, sicut ex Livio manifestum fit. Itaque Sex. Pompejus nominat Puteolos inter decem Campaniæ præfecturas, in quas præfecti juris dicundi quotãnis à populo Romano creati mittebãtur. Lege

Puteoli civitas vetus.

Samiorum colonia.

Cur Dicæarchia dicta.

Cur Puteoli dicta.

Præfectura quando primum.

 Acilia

Quando colonia Romanorum facta primũ. Acilia deinde post annos XVII. eò colonia deduci civium Romanorum cœpit inter quinque maritimas, quæ lege eadem tribunitia tum deductæ sunt, anno urbis DLIX. ut Livius auctor est. P. Scipione Africano II. & Ti. Sempronio coss. Vellejus autem Paterculus tribus amplius lustris tardiùs deductam ex quorundam opinione tradit, additque non hoc planè tamen liquere. Ceterùm à Livio nil ferè discrepant Puteolana monumenta vetusta, quæ Neapoli quondam exscripsimus in ædibus Hadriani Guilernii, viri non minus humanitate summa præstantis, quàm eruditione & antiquæ historiæ studio præclari. Ubi inter alia multa vidimus; unam ex marmoreis tabulis, in quibus publicorum operum in eadem colonia faciundorum lex architectonica secunda legebatur, quæ Publio Rutilio Rufo, Cn. Mallio Maximo coss. lata fuerat, urbis anno DCXLIIX. sicut Capitolini Fasti demonstrant. Atque is fuit tum annus deductæ coloniæ Puteolanæ nonagesimus, ut in ipso capite legis ostendunt hæc verba:

AB. COLONIA. DEDVCTA. ANNO. XC.
N. FVFIDIO. N. F. M. PVLLIO. DVO. VIR
P. RVTILIO. CN. MALLIO. COS
OPERVM. LEX. II.

Ex quibus liquidè constat, ejus coloniæ deductæ primum annum fuisse M. Porcio Catone, & L. Flacco coss. urbis DLVIII. quam Livius anno sequenti DLIX. deductam dicit. Augustus denique bellis civilibus victor, cùm pace parta Janum clausisset, & veteranis militibus præmia daret, inter duodetriginta colonias, quibus, ut Suetonius ait, Italiam frequentavit, & Puteolos coloniam militarem fecit. Idipsum nobis ex Frontini fragmento de coloniis militaribus manifestum fit. Nimirum Puteolos ab Augusto deductam, & coloniam Augustam appellatam tunc esse; agrum ejus in jugeribus veteranis & tribunis legionariis assignatum fuisse: iter tamen uno latere pedum XXX. populo deberi. Ex prædictis autem liquet ejus coloniæ antiquitas, in eamque sæpius deductos vel adscriptos esse colonos: quapropter jam dudum suspectus mihi fuit Taciti locus Annalium lib. xiiij. tanquam truncus & malè multatus per librariorum

Colonia militaris quãdo facta.

Cornelii Taciti loc⁹ mu

rum ignaviam: quem optarem doctos, ac imprimis Justum Lipsium, pensitare, & excutere diligenter, qui nunc temporis præclaram in illo auctore restituendo illustrandoque navat operam. Etenim in actis anni urbis DCCCXII. Nerone Aug. IV. & Cosso Lentulo coss. legimus hæc Taciti verba: At in Italia vetus oppidum Puteoli jus coloniæ, & cognomentum à Nerone adipiscuntur. Et nil addit præterea, quasi non antea jus habuissent, quod tamen ante annos CCXL. Puteolanis fuisse docuimus ex Livio. Sed cur non verius, per antitheton, una, quæ deest, adjecta vocula, sic legeretur? At in Italia vetus oppidum Puteoli novum jus coloniæ, & cognomentum à Nerone adipiscuntur. Nam cùm prius colonia Augusta, tum etiam Augusta Neroniana dici cœpit: ut novum jus ac cognomentum tum etiam adepta fuerit. Nec explicat Tacitus caussam tum deductæ coloniæ, vel quinam eò, vel qualenam jus adepti fuerint; ut plura deesse videantur. Etenim, At, copula discretiva superiorum dictorum, ac differentias rerum notans; dein particula (non tamen) in medio sequentis periodi, truncum esse locum ostendunt; cùm intuentibus nebulas offundant, atque scrupulos diligenter excutientibus moveant: qui nescio an auferri rectè possint, nisi in hanc ferè sententiam totum illum orationis circuitum suppleamus. At in Italia vetus oppidum Puteoli * novum * jus coloniæ & cognomentum adipiscuntur * æquè cladem passi. Queis iritum principis beneficium fecere coloni ex diversis legionibus undecunque coacti, Numero licet frequentes, ut * veterani Tarentum & Antium adscripti, non tamen infrequentiæ locorum subvenere, dilapsis pluribus in provincias, in quibus stipendia expleverant. Atque eo modo discernetur per, At, copulam inter Laodiceæ Puteolorumque fortunas; quarum urbium illa propriis viribus revaluit, hæc verò nec suis, nec principis beneficio resurgere potuit, sicut nec Tarentum, nec Antium. Cujus etiam infelicitatis caussas pulchrè Tacitus mox explicat. Sed examinent, inquam, locum docti, asteriscis notent hiatus; donec ex antiquis exemplaribus quid certius constet. Jam verò non diu post Neronem denuo Puteolos deductam coloniam Vespasianorum sub Imperio, tumque Flavium appellatā fuisse, animadverti ex antiquis ejus colonię monimētis; quas ipse, cùm ibi essem,

tilus & trà cus.

Colonia Aug. Neroniana Puteolanorū.

Colonia Flavia Aug. Puteolanorum.

diligenter exscripsi. Nam inter ea tunc repperi quadratum marmor ingens literis pedalibus insculptum, ac marinis fluctibus diu pulsatum, veluti exesi docent undequaque characteres: in quo pars elogii adhuc extat plusquam tertia in arcu marmoreo quondam inscripti: quem gratitudinis ergò Colonia Flavia erexerat Antonino Pio Cæsari propter portus structuras, ejus liberalitate restauratus. Fragmentum elogii paulò post adferam. Carulus ante prandium Puteolis in oppido atque vicinia, quæ visu digna perlustrat. imprimis summum templum D. Proculo martyri nunc sacrum, quod olim Augusto Cæsari dedicarat opere Corinthiaco pulcherrimum Calpurnius: quemadmodum porticus in frontispicio tituli fragmentum testatur his verbis:

Templum D. Proculi olim Augusti.

L Calpu RNIVS. L. F. TEMPLVM.
AVGVSTO. CVM. ORNAMENTIS. D. D.

Quis autem fuerit hic Calpurnius L. F. quæritur inter tot Calpurnios illustres sub Augusto, qui non infimæ sortis inter primos templum illi vivo dedicavit. Si conjecturæ locus, nemo meæ vicinior est eorum temporum; quàm L. Calpurnius L. F. Piso Frugi, qui post consulatum & provinciam in urbis etiam præfectura successit. T. Statilio Taurobis consuli, ac triumphali, & eandem sub Augusto Tiberioque viginti per annos administravit, ut auctor est tacitus Annalium lib. V. qui patrem ejus censorium fuisse testatur. Quare non potuit non pater ejus esse L. Piso tantopere M. Tullii oratoris facundia proscissus, quòd in ipsius consulatu pulsus in exilium fuisset: qui censuram gessit anno urbis DCCIII. bellante cum Pompejanis Cæsare dictatore. Inter amplissimos enim honores plurimos gens Calpurnia duas tantùm censuras habuit: quarum priore L. Piso Frugi, qui tribunus plebis legem primus de repetundis tulit, post consulatum functus est anno urbis DCXLV. & ante secundam jam dictam LVIII. ut præfecti urbis ille pater esse non potuerit. Non tempus edax rerum, non hostiles injuriæ tot sæculorum spacio soliditatem ejus ædificii convellere potuerunt. Nam ex quadris marmorum trabib' ita compactū est, ut uno ex saxo videatur, & vix juncturas ostendat. At terræmotuum

L. Calpurnius Piso Frugi.

ræmotuum impetus crebri nonnihil illud conquassarunt, ut tympani dexter deciderit angulus cum tituli parte, & scissuræ quædam videantur. Quare non puduit architectum operi ad unguem facto nomen suum adscribere, qui fuit L. Coccejus L. & C. Postumiorum libertus Auctus: ut in pariete templi sinistro legitur his characteribus:

L. COCCEIVS. L.
C. POSTVMI. L.
AVCTVS. ARCHITECT.

Aliæ, quæ plures ibidem ædes sacræ fuerunt, vel funditus interiere, vel graviores passæ sunt injurias. Templum Neptuni, in ea colonia magnificentissimum fuisse constat ex Cicerone, visunturque adhuc ejus reliquiæ magnæ ad ædem D. Francisci, utpote testudines, arcus, grossi, atque alti muri cum statuarum loculis. Sed omnia nunc columnis marmoreisque ornamentis suis nudata sunt. Apparent item non procul ab amphitheatro vestigia & ruinæ templi, quod opulentissimum exstruxerat Antoninus pius Augustus Hadriano patri Imp. mortuo Bajis in Ciceroniana villa, velut Spartianus auctor est. Ex ejus ruinis statuæ pulcherrimæ plures, columnarum atque marmorum ingentia fragmenta proximis annis extracta sunt, cum Nervæ, Trajani, atque Hadriani Imperatorum elogiis: patris videlicet, avi, ac proavi. Quibus in Divorum numerum relatis, ibidem Antonius sacrificia, agones, flaminum ac sodalium sacerdotia, instituerat; unde & Pii cognomentum obtinuisse quidam opinantur, ut ex eodem Spartiano, & Julio Capitolino discimus. Nympharum verò templum fluctus marinos, aut terræmotus absorbuisse verisimile est: quod extra Puteolos in litore maris fuisse Domitiano Imp. legimus apud Philostratum Lemnium in Apollonii Tyanei vita libro viij. Ex albo lapide constructum, & vaticiniis olim celebre scribit, in eoque fontem aquæ perennis fuisse, quæ nunquam summa crateris labra excedere, nec exhauriendo decrescere visa fuerat. Sed hæc cum infinitis aliis veterum monimentis jam interierunt. Fons tamen aquæ dulcis in mari ipso non procul à continenti apud viam Campanā exilit adhuc cum impetu vehementi; cujus scate-

Templum Neptuni.

Templum D. Hadriani Augusti.

Antoninus Aug cur Pius appellatus sit.

Templum Nympharū in litore maris extra Puteolos.

Fons aquæ dulcis in mari

bra in fundo pelagi tranquilli ex arenis emicans ſpectaculo ſemper eſt, & ingentem cunctis præbet admirationem. An verò ibidem Nympharum templum quoque fuerit, videant antiquitatum ſtudioſi. Nec adeò hæc abſona veri conjectura Philoſtrati verba diligenter excutienti videbitur, referentis Apollonium Tyaneum apparuiſſe diſcipulis Damidi ac Demetrio extra Puteolos ſecus mare in templo Nympharum de dicti fontis natura diſputantibus; ubi Calypſonis eſt inſula, & contigiſſe feruntur, quæ de hac, & Ulyſſe narrantur in ſabulis. Jam in coloniæ veteris ſere medio

Amphitheatrum. viſitur adhuc amphitheatrum ex quadrato ſaxo peramplum & integrum penè. Quod quamvis terræmotibus nonnihil deformatum, ſaxiſque multis ſpoliatum ſit, atque ejus arena nunc aratro ſæpius proſcindatur: apparet attamen ejus forma & magnitudo circumquaque protenſa circulo oblongiore, quàm Cæſarum temporibus in uſu fuit. Interioris enim areæ longitudo eſt pedes CLXXII. latitudo tantùm XCII. quemadmodum Leander Albertus eandē dimenſus eſt. Amphitheatrum antiquiſſimum eſſe colligit Ferrans Lofredus Marchio Trevicinus, & ante libertatem à Cæſaribus oppreſſam extructum autumat; quondoquidem marmoris inſcriptio vetus ibidem reperta eſt; quæ docet quibus conſulibus Puteolanorum impenſa publica reſtauratum hoc opus fuerit. Quam quidem inſcriptionem

Aquaeductus. videre mihi, quod doleo, non contigit. Aquæductuum reliquiæ multæ, qui vel montes penetrabant vel ambiebant circumducti, ſparſim ubique locorum apparent. Nec nu-

Aquarum caſtella. merari facilè poſſunt aquarum caſtella multiformia, partim integra, partim terræmotibus ſubverſa: quorum ſunt ſubterranea pleraque, & admodum ſpacioſa, labyrinthis per angiportus, & oſtiola, ſemitaſque flexuoſas diverſimodè ſabricatis inextricabilia ſine lumine, funiculo, aut peritiſſimo duce. Aquarum igitur dulcium copiam abundantem in litore, & illo maritimo tractu cultiſſimo maximis impenſis Romanos olim congeſſiſſe cognoſcimus: quibus quod natura negavit, labor & induſtria ſemper & ubiq; ſuppeditarunt. Inſcia veteris hiſtoriæ plebecula per uſus ignorantiam hæc ſimiliaq; ædificia nominibus ridiculis inſignivit; piſcinas mirabiles, centum cellas, & cryptas Traconari-

Therma as appellando. Nec minore macularunt ineptia fontiū, thermarum

marum & hypocaustorum nomina: quæ inter Puteolos, Misenum & Cumas varii generis ac medicaminis efficacissimi adversus morbos quoscunque numero ultra quadraginta repetiuntur. Ceterùm nostri nunc non est instituti, singulatim hæc omnia persequi, cùm Leander Albertus,& alii à me prius adducti,quæ rara, & visu digna in iis locis reperiuntur,locupletissimè jamdudum explicarint. Ad quos avidum hujus cognitionis lectorem remittere satius videtur. Cùm ex jam dictis præcipua quæque Carulus, aliique perlustrassent; ad prandium in Auriano præparatum pergunt:atque ibidem epulis refecti permagnificè;totum littoris tractum à meridie celocibus speculatoriis percurrunt. Et stabant ad Misenum triremes duæ præsto futuræ, si forte princeps sereno cœlo trajicere in vicinam Ænariam, naturæ item miraculis,& thermis variis celebrem vellet. Verùm temporis angustia impedimento fuit,neque is dies sufficere rebus in continenti visundis potuit.Detinent enim peregrinum spectatorem non immeritò tanta rerum miracula passim occurrentia.Nam exeuntibus ad litus,apparent à longè tanquam alti in vndis tumuli, vel colles aliqui Gigantea veteris portus opera: pilæ nimirum vastissimæ tredecim turrium quadratarum instarè mari exurgentes,fornicibus densissimis connexæ pontis in formam quondam omnes quæ fuerunt.Nunc verò tempestatibus,atque vetustate structuræ tam stupendæ soliditas divulsa est; & concamerationes collapsæ multis in locis pilas ab invicem separarunt, ut ab una in aliam non pateat transitus. Universum opus lateritium est,testitudinesque spissas ac fornicatas è lateribus coctis in quadrum bipedalis latitudinis citius credere est terræmotuum,quàm fluctuum vehementes impetus dissolvisse. Latissimi pontis forma procurrisse constat in mare, & circumflectendo se nonnihil arcus in modum, litus atque Avernū respexisse; atque ita defendisse portum adversus tempestates & æstus aperti maris: cujus impetum periculosum spissitudo pilarum facilè coërcebat. Fornicibus idcirco concavum ac pervium opus antiquitas fecisse videtur, ut fluxu atque refluxu continuo limum expurgarent undæ marinæ; quem rivi & aquæ pluviales è continenti & vicinis collibus defluentes in portum ingerunt: qui alioquin congestus ibidem annorum paucorum intervallo profunditatem illius adim-

& hypocausta.

Sinum Bajanum navigat Carulus.

Portus antiqui Puteolani descriptio.

Cur moles Puteolana sit fornicibus concava.

pleret, nisi per meatus undæ inter pilas ingruentes limum ac terram è solido maris fundo discuterent, & everterent. Quod sanè vitium in Neapolitano portu. & in multis aliis aggere continuo septis nunc primum agnoscitur. Molem Puteolanam à magnitudine vocat Suetonius Tranquillus in vita Caligulæ, qua per maris sinum Bajas usque per tria milia sexcentos fere passus pontem temporarium ex navibus ad anchoras collocatis fecisse Caligulam scribit aggere terreno superjecto, & in Appiæ viæ formam directo. Per quem ultra citroq; commeavit biduo continenti. Primum in equo phalerato, deinde quadrigario in habitu incurriculo bijugi, comitante prætorianorum agmine, & sequente in essedis cohorte amicorũ. Denique cum multos è litore in pontẽ evocasset ad se, repente præcipitavit omnes; quosdam gubernacula navium apprehendentes remis contisque detrudi in mare jussit. Hæc ejus monstri ludicra tum ibidẽ spectacula fuere. Igitur ante Caligulæ tempora molem istã stetisse, haud dubiè colligimus: atque etiam silice stratam, pluteisq; marmoreis ab utroque latere septam fuisse putamus, Pilas appellat Seneca in epistola LXXVIII. Omnis, inquit, in pilis Puteolanorum turba consistit, cum Alexandrinarum navium conspicitur adventus. Itaque Puteolanis, quando sudum erat, moles ista tanquam in hypæthrio perjucundæ deambulationis commoditatem præbebat. In cujus ingressu stetisse diximus sublimen arcum marmoreum Antonino Pio Aug. quondam à Puteolanis erectum gratitudinis ergò, quod ad molem portus restaurandam liberaliter reip. subvenisset: quemadmodum ex elogii fragmento nobis liquet, cujus antè mentionem fecimus: quodque hic studiosorum in gratiam adjicere libet:

Moles cur dicatur. *Pons caligula.* *Arcus Antonini Pii Aug. marmoreus.*

AESARI, DIVI,
IICI. NEPOTI. DIVI,
ONINO, AVG. PIO,
OLONIA. FLAVIA
VPER. CETERA. BEN
VSPILARVM. VIGEV,
QVO. ET. MVNITION.

Et quam

Et quamvis hæ paucæ characterum ejus reliquiæ, marinarumque aquarum attritu non parum deformatæ sint: attamen ex arcu tali ibidem decidisse, qualem in Anconitano portu Trajanus Aug. habet, ipsius elogii forma demonstrat: cujus argumentum, ac sententiam ex paucis istis characteribus non solum divinare; verumetiam ex ipso linearum ductu atq; ordine qualitercunq; supplere nos posse videmur in hunc ferè modū. Imp. CÆSARI. DIVI. Hadriani. filio. divi. Trajani. PARTHICI. NEPOTI. DIVI Nervæ. pron. T. Ael. Hadriano. ANTONINO. AVG. PIO. pont. max. trib. pot.*. coss.*. p. p. COLONIA. FLAVIA. Aug Puteolanorum.

Quod SVPER. CETERA. BENEficia. ad. hujus. etiam. tutelam. portVS. PILARVM. VIGINTI molem. cum. sumptu. fornicum. reliQVO. ET. MVNITION. ex ærario. suo largitus sit.

Adstipulatur huic elogio non parum Jul. Capitolinus, scribens in Antonini Pii vita, ipsum multas civitates adjuvisse pecunia; ut opera publica vel nova facerent, vel vetera restituerent. Cùm emporii atque navalium antiqua & vasta fundamenta perlustrassent, Carulus à portu, atque pilis navigio recta trajecit ad Miseni promontiorium Virgiliano carmine, celebriumque auctorum scriptis famosum, & immortale. Mons ille procurrens in mare sicut olim, ita nunc etiam cryptis atque cavernis multis pertusus atque concavus est, ut admodum apposité poëta ingeniosus, ac locorum illorum gnarus, Aërium prius appellatum fuisse canat, quasi propter meatus & concavitates ventosum. Insuper sub eodem mortuo, vel immolato ad Avernum, ut Servius tradit, Miseno tubicini remigique suo sepulchrum Æneam posuisse: qui, inquit Æneidos libro VI. *Miseni promontoriū.*

Imponit suaq; arma viro, remumq; tubamq;
Monte sub Aerio, qui nunc Misenus ab illo
Dicitur, æternumq; tenet per sæcula nomen.

Insinuans & designans per remum ac tubam, montem illum celebrem perpetuo futurum, propter classem atq; bellicarum navium stationem, quam ibi juxta Misenum Augustus ad tutelam maris inferi mediterranei tunc collocaverat primùm. Accommodavit statione illam M. Agrippa, sicut a Dione memoratur, bello Siculo cōtra Sex Pompejū *Classis ad Misenum.*

præfectus

præfectus classis ab Augusto factus, atque in eo sinu maris posuit, qui inter Misenum & Cumas collibus cinctus instar lunæ corniculatæ incurvus & inflexus erat: loco nimirum capacissimo, vel maximè classi oportuno propter vicinos maris sinus triplices ab altero Miseni latere inter Bajas atque Puteolos ingruentes: Bajanum videlicet, Lucrinum & Avernum lacus: quædam maris ocia pulchrè nuncupatos à L. Floro. Quorum Avernus ab intimo stationis sinu (quem Mare mortuum nunc appellant, quod ejus faucibus oppletis arena stagnum, vel palus videatur) vix mille passuum spatio distat. Itaq; classiariorum militum hibernis ora circumvicina, atque etiam Misenus mox adaptari cœpit. Excisus Averni saltus propter silvarum densitatem aeris salubritati adversus, sicut Strabo, & commentator Virgilii Servius tradūt. Perfossi montes, atque duræ cautes, quo viæ paterent planæ percompendia ad Bajani Lucrinique littora. Atque ne deesset vnquam aquarum dulcium copia, maximis sumptibus laboribusque fluminum ac fontium procul adducuntur rivi; ædificantur cisternæ & aquarum castella spatiosa & multiformia pro locorumoportunitate; vel in plano, vel subterranea: atque etiam in excisis montium penetralibus, uti per æstivos calores frigida semper esset præsto. Hinc est quod videmus magna ex parte Miseni montis exhausta viscera: immo totum ferè concavum & cacumine pensilem esse. In quo nunc etiam apparent lavationum solia, balnea, lacus, & ad cænas faciundas triclinia. Nam cryptis, viis, ædificiisque fornicatis intus plenus est, quæ crebris hinc inde columnis incumbunt, partim lateritiis, partim ex ipso montis saxo cæsis. Atqui inter ea quidem ædificia imprimis est spectabile castellum illud aquarum amplissimum, quod Traconariam cryptam appellant vulgò, à fistulis sive meatibus, ut ajunt, per quos in illud aquæ pluviæ ex promontorio defluebant. Ejus, me hercle, capacitas est immensa, quæ multis doliorum milibus impleri nequiret. Nam in altum exurgit ultra pedes x x v. longitudo latitudoque non satis comperta est, quia collapsæ testudines quædam loca ruinis oppleverunt. Intus autem omnia tectorio denso tunicata sunt, quēadmodum castella ejus generis munire contra fissuras consuevit antiquitas. Medium ejus spatium patet inter duos parietes in longum pedes c c. in latum pedes octodecim. I-

Avernus.

Aquæductus & aquarum castella.

Misenus concavus.

Traconaria crypta.

vro.

utroque latere medii transitus per portas quatuor intratur in cellas amplas quaternas, quarum testudines decussatim fornicibus junctæ parietibus intermediis impositæ sunt. Sunt non minoris amplitudinis & alia in vicino castella, structuræ tamen artificio, & mole differentia. Centum camerellas, quod vulgò nunc appellant à cellarum, in quibus aqua conservabatur multitudine, inter ejus generis opera non minus est admirabile tam magnitudine, quàm architectura. Cujus interiores parietes decussatim inter se commissi totam sustinent testudinem, & quadratas efformant ubique cellas, ostiolis angustis a quovis latere pervias ad invicem: ut penetrare in singulas servi publici possent, cum aquis exhaustis castella purgari debebant. Per concamerationum testudines spiracula & foramina sunt; per quæ tanquam è puteis aquæ in usum quemlibet hauriri poterant. *Cētū cellæ.*

In piscinam quoque mirabilem, ut noto nunc nomine nuncupem celebre castellum illud, princeps Carulus tum ducebatur: quod integrum penè totum adhuc conspicitur in clivo Miseni promontorii classis portum, ac Cumas versus. Spatio patet illud ædificium, ut Leander Albertus affirmat, inter quatuor extremos parietes in longum pedes D. in latum pedes CCXX. Cujus suprema concameratio modicum à parietibus subvexa pilis XLVIII. quadratis innititur pedes ternos ab unoquoque latere crassis: quæ quatuor ordinibus numero duodenario partitæ symmetriam quintuplicis porticus elegantem per castelli longitudinem efficiunt. Totum opus est lateritium, summæ soliditatis propter murorum crassitudinem magnam: cujus interiores parietes atque pilę diligenti tectorio cōtra percolationes aquarum vestitæ sunt. Atque in testudine sunt item foramina multis in locis, per quæ olim aqua hauriri solebat. Et ex alto patebat ingressus utrimque tam à fronte, quàm à tergo per scalas lapideas graduum XL. quorum alter jam obstructus est. Pavimentum à lateribus altius est ad mediam porticum usque, per cujus intercolumnia gradibus quinque descenditur utrimque in aliud inferius mediæ porticus, in cujus fine gradibus rursum aliquot descenditur in humilius aliud quoddam soliū juxta scalas & ingressum obstructum; in quod olim aquarum sordes confluxisse videntur, quæ per scalas exhaustis aquis denique per castellarios servos exportabantur. Pavimētum *Piscina mirabilis.* *Castellarii servi publici.*

tum

tum autem omne ex opere signino denso diligentissimè constipatum, atque complanatum est; ut nunc etiam temporis aquas facile contineat pluviis infusas, & in infimo dicto solio restagnantes. Tantæ molis fabricam quis primus ædificaverit, conjecturæ sunt variæ. Plures arbitrantur L. Licinium Lucullum auctorem esse, propter vicinas villæ Lucullinæ ruinas, quam ipsum magnificentissimam in Bajano ad Miseni promontorium habuisse constat ex Plutarcho & Marco Varrone de re rustica: quibus adstipulantur etiam Suetonius & Corn. Tacitus, cùm scribant in eadem villa decessisse Tiberium Imperatorem, quando tempestatibus impeditus non poterat æger inde trajicere in insulam Capreas. Sunt qui Neronis opus illud autumant esse, atque inde piscinam quoque nunc appellari; eo quòd apud Suetonium in ejus vita legatur, Neronem inchoasse piscinam à Miseno ad Avernum contectam, porticibusque conclusam, quo quicquid totis Bajis calidarum aquarum esset, committeretur. Ceterùm hęc quidem conjectura, non mihi, non aliis, qui loca illa diligentius perscrutati sunt, & veterum similium structurarum rationes non ignorant, satis probatur; quibus nil aliud unquam, quàm aquarum castellum fuisse videtur. Et quia hęc tantæ magnitudinis, atque capacitatis vasa vel castella, quę tria jam descripsimus, tam sibi propinqua, portuique vetusto, marive mortuo vicina reperiuntur: non absurde quis opinari posset, ad usum classis, atque classiariorum militum, quorum ibi hiberna, stationesque perpetue fuerunt, Augustum, successoresque principes ea condidisse. Castrorum enim in iis locis magna sunt vestigia, classiariorumque militum epitaphia è sepulchris vicinis extracta me quondam vidisse, & exscripsisse memini; in quibus etiam erãt expressa prętoriarum navium nomina, veluti Fides, Isis, Gallus: in quarum classe singuli militaverant. Breviora ex his quędam studiosorum antiquitatis in gratiam adscribere non pigebit.

Classiariorum castra ad Misenũ.

D M	D M
C. SENIO.SEVERO	C.IVLIO.QVARTO
MANIPLARIO.EX.III.FI.	VET.EX.PR.N.GALLO
DE.NATIONE.BESSVS	M. CECILIVS.FELIX.S
	VIXIT

VIXIT.ANNOS.XXXXVI INONIA.HERACLIA
MILITAVIT.ANNOS.XXVI.ÆMI S.ET.S
LIVS.DOLENS.ERES.B.M
FECIT

D M
TI.PETRONI.CELERIS
NAT. ALEX. EX. III.ISIDE.VIX
ANN. XL. MIL. ANN. XVII. TITI
VS.AQVILINVS.EPIDIVS.PANSA.III.ISID
H B M FECERVNT

Habebant etiam ibi continuè manentem classis præfectum. Ut erat Anicetus libertus Neronis antè pædagogus qui fuerat;cujus ministerio & technis ille princeps ibidem apud Baulos matrem Agrippinam occidit.Ut item huic dissimilis C.Plinius naturalis Historiæ scriptor sub T.Vaspasiano;qui Miseni erat, classemque imperio præsens regebat, quando Vesuvius ardebat cum terræmotu, atque ipse cum quadriremibus tam ad succurrendum oppressis, quàm ad explorandos ejus ignes propius accedens, ejus cineribus atque vapore suffocabatur : quemadmodum nos antè diximus,& Plinii ex sorore nepos C. Cæcilius, qui tum cum avunculo Miseni erat, ad Tacitum historicum scribit latiùs. Non equidem refragor, quin & Lucullianæ, villarumque plurium,quæ in illo tractu pulcherrimo stabant circumquaqua frequentissimæ usui deliciisque dulces aquæ adductæ conservatæque fuerint.Negari etenim hoc non potest, cùm inter ædificiorum veteres reliquias tot ubique locorum reperiantur tubi,formæ,canales,& aquarum castella.Horrent profectò nunc ruinis pagorum,atque villarum litora,& oræ maritumæ totius Campaniæ: sed omnis maximè plaga inter Formias,atque Surrentum,quæ florente Imperio Romano unius continuæ quasi speciem urbis à longè navigio appellentibus sereno cælo repræsentabat ædificiorum omnis generis maximo splendore maximaque frequentia. Sed quis ea nunc distinguet , aut in tabulas referet ? Alterius opus commentarii, hoc esset , atque justi voluminis. Villas tantùm nobiliores percurrere non incongruum erit studiosorum in gratiam. L. Luculli illa celebris hiberna in continente ad Miseni promontorium tegebat

Præfectus classis Misenatis.

Florentis Campaniæ maritumæ species.

L. Luculli villa hiberna.

tegebat collis alti verticem cum clivis vicinis inter classis portum, & Bajanum sinum: ubi C.Marii à L. Sulla proscripti villam à Cornelia prius comparaverat, eandemque prætoriis, hortis, atque piscinis sumptuosissimis ampliarat. Hortorum spacia discernuntur adhuc Cumas versus, non procul à Centumcellis: & piscinarum grandia vestigia in Bajano litore cum cryptis & stagnis in montem excisis, quæ piscibus æstate contra solis ardores erant manufacta refugia. Quemadmodum & M. Varro de re rustica luculenter meminit, scribens L. Lucullum potestatem architectis suis fecisse dilapidandi pecuniam quantamcunq; ad facienda piscibus æstiva contra calores sub montibus stabula: atque opere hoc absoluto dicere solitum, se non amplius invidere Neptuno bonitatem piscium. Adeò non uno loco prætoria, & piscinas suas habuisse videtur. Et apud eundem Q. Hortensius orator redarguit M. Lucullum, quòd non eandem, Lucii fratris sui exemplo, piscibus commoditatem æstivandi extra solem in frigore fecisset in suis vivariis. M. Luculli villam autumant fuisse ad radicem Miseni in Littore versus Prochyten, ubi & sub undis visuntur piscinarum ruinæ. Q. Hortensii oratoris autem villa in sinu Bajano juxta Baulos fuit, cujus ruinæ partim in undis marinis, partim in litore visuntur. Ipsum ibidem habuisse magnificentissimas piscinas constat, cum stagnis item sub monte tectis. Vir etenim erat in similes luxus ultra modum propensus, quem sæpius M. Cicero causam ob eandem falsè sugillat: ipsum Tritonem appellans, & piscinarium beatum: quod ejus pisces cicures ad manum vocati venirent, & quod murenæ mortem flere posset; quodque petenti amico duos è vivariis mullos, duos se lubentius lecticæ suæ mulos daturum dixerit. Villam hãc Hortensianam possedisse postea Claudii Imperatoris matrẽ Antoniam Neronis Drusi, & in iisdem piscinis amatæ sibi murenæ in aures addidisse Plinius scribit: ejusque propter famam nonnullos videre Baulos concupivisse. An in eadem deinde villa Neronis Cæsaris mater Agrippina filii jussu trucidata fuerit, dubito: certè, si non in eadem, haud dubiè proxima fuit illa Agrippinæ, quantum ex Corn. Tacito colligi potest: qui Annalium XIV. scribit Neronem Bajis existentem matri adventanti Antio per mare obvium exiisse in litora, manu & complexu excepisse, & duxisse Baulos. Id, inquit,

M. Luculli villa.

Q. Hortensii oratoris villa, & ejus viri luxus.

Antonia Drusi.

Agrippina Neronis mater in qua villa fuerit occisa.

quit, villæ nomen est, quæ promontorium Misenum inter, & Bajanum lacum flexo, mari alluitur. Ad Baulos igitur & ad Lucrini fauces fuisse istam, sortitamque nomen à vetusto loci nomine, Tacitus ostendit. Fabulantur autem Herculem cùm Geryonis per Italiam boves ageret, eo loci stabulasse, nec non aggerem inter Lucrinum lacum, marisque fretum fecisse boum traducendorum gratia, sicut Strabo tradit. Hinc prius Boalia locum dictum Servius Virgilii commentator ait: posteros corrupisse vocem, & Baulos brevitatis caussa dixisse. Cùm igitur ad Miseni radices inter Lucrinum & Bajanum sinum fuerint Bauli: Neronem natatoriam piscinam suam inde per Lucrini margines ad Avernum duxisse verisimilius videtur. Hoc enim ex Suetonio ferè colligere possumus, cujus paullò antè locum adduximus. Habuit & in vicinia villam cum piscinis Domitia, Neronis amita, in Bajano sinu; cujus Agrippina meminit obiter apud Tacitum lib. xiij. dicens Domitiam Bajarum suarum piscinas excoluisse, cum ipsa Neroni adoptionem, & cetera adipiscendo Imperio præpararet. Nec præteriit Dio Cassius, scribens Neronem amitæ Domitiæ veneno sublatæ bona possessionesque, quæ Bajis, & ad mare Ravennas habebat, invasisse. Ceterùm erga matrem, atque suos magis pius Alexander Severus Imp. fuit. Nam ut apud Ælium Lampridium legimus, præter eà quæ Romæ in honorem matris Juliæ Mammeæ construxerat ædificia: palatium etiam magnificentissimum cum stagno, quod Mammeæ vocavit, exstruxit. Sic & alia ibidem opera magnifica, in honorem affinium suorum, & stagna stupenda, admisso mari, fecit. Ut opinatur Ferrans Lofredus, Marchio Trevicinus, juxta Bajas illud Mammeæ Palatium fuit. Atque ibidèm sub monte apud sudatorium, & calidos fontes villa C. Pisonis: ad quam Nero Imp. ejus amœnitate captus crebro ventitabat, balneaque & epulas inibat, omissis excubiis, & fortunæ suæ mole: quemadmodum ait Tacitus annalium XV. In eadem autumant, & haud vero dissimile est, ipsum epulis in multam noctem protractis illusisse matri Agrippinæ invitatæ ad Quinquatrium solemnia, cùm inde navigio repetentem nocte Baulos villam suam, naufragio per insidias præparato perdere vellet: sicut Suetonius & Tacitus pulchrè describūt. Jam verò primos etiā illos principes,

Bauli.

Piscina Neronis.

Villa Domitiæ.

Stagnum & Palatiū Iuliæ Mammeæ Alexādri Severi.

Villa Pisonis.

ad quos fortuna populi Romani publicas opes transtulit, C. Marium, Cæsarem, atque Pompejum Magnum Annæjus Seneca docet epistola III. ad Lucilium villas suas in regione Bajana summis montium jugis imposuisse, potiusque castra eas fuisse, quàm villas. Videbatur enim, inquit, hoc magis militare ex edito speculari longè lateq; subjecta. De Marii villa suffragatur idem ferè Plinius libro XVIII. cap. VI. Posuit, inquit, in Misenesi villam C. Marius sopties consul, sed peritia castrametandi: sic ut comparatos ei ceteros etiam Sulla Felix cæcos fuisse diceret. Hanc à Lucullo possessam, & ampliatam fuisse diximus, & Miseno proximam, qua classis portum spectat. C. Cæsaris autem dictatoris villa supra Bajas in monte fuit, quod ex Taciti verbis colligimus, qui XIV. annalium scribit Agrippinam occiso Nerone tandem domesticorum cura levem accepisse tumulum, viam Miseni propter, & villam Cæsaris dictatoris, quæ subjectos sinus editissima prospectabat. Et visuntur adhuc ejus insignia fundamenta supra templum Veneris, cujus ruinæ suum vetus nomen adhuc retinent. Magni Pompeji villam locant in monte tertio inter Avernum & vicinum sudatorium Tritulinum: ajuntque restare cognominis vestigia in loco, & repertam ibidem olim esse Pompeji Magni statuam. At M. Ciceronis ubi fuerit villa scriptis ejus immortalis, quam velut Musarum suarum sedem sæpius laudat: nobis veluti digito demonstrat Plinius libro xxxi. cap. ij. occurrisse videlicet illam ab Averno lacu Puteolos tendentibus litori impositam, celebratamque porticu & nemore: cujus ob caussam Athenarum ab exemplo vocaverat Academiam: ibidem compositis ejusdem nominis volumnibus hanc illustrans excitarat in illa sibi monumentum quoque, tanquam in toto terrarum orbe non hoc fecisset. Admodum sibi in delitiis locum illum fuisse, ad Atticum suum scribens, frequenter indicat. Nam singulis ferè epistolis libri primi commendat eidem, qui tum Athenis & in Græcia versabatur, villarum suarum ornamenta, atque imprimis Academiæ quã in Cumano tũ excolebat & instruebat cum gymnasio, nemore, xysto, porticu atq; bibliotheca. Nec defuit Atticus, ipsi naves plenas omnium elegantiarum mittens utpote signa, statuas, ac hermas omnis generis, quæ tam huic quàm Tusculanæ videbantur convenire: in quibus

C. Marii villa quæ postea Luculli.

C. Iulii Cæsaris villa.

Pompeii Magni villa.

M. Ciceronis Academia villa.

quibus villis cum suo Tullio Pomponius Atticus sæpissimè familiariter atq; fraternè manebat. Probat itaque in dictis epistolis Pomponii sui curam diligentem Tullius, laudatque missa signa Megarica, & Hermas: imprimisque Hermeraclas, atque Pentelicianos Hermas ex Attico marmore cum capitibus æneis. Item Hermathenam, ornamentum, inquit, Academiæ proprium meæ: quod & Hermas commune omnium villarum, & Minerva singulare ejus esset gymnasii sui. Hæc in dictis ad Atticum epistolis explicatius invenies lector. Cùm verò in hac villa lacesseret literarium otium ab urbe republica seditionibus perturbata secedens Cicero; maximi civitatis principes ad ipsum excurrere, visitandi ejus, atque consultandi caussa sæpius solent. Fuit ibi C. Cæsar ipse jam victor belli civilis: fuit C. Octavius successor ejus, qui postea Augustus, priusquam invaderet Imperium: fuerunt alii plures qui tum temporis erant præcipui in republica, quemadmodum ex illius epistolis colligimus. Post ejus vero proscriptionem atque cædem, possedit villam C. Antistius Vetus, qui legatus Cæsaris partes ejus bello civili sequutus fuerat. Tum in prima villæ parte, non diu post Ciceronis obitum, ut Plinius loco suprà citato testatur, eruperunt calidi fontes oculis ac visui perquam salubres, quos Tullius Laurea Ciceronis libertus à Phœbi corona poetica cognomen habens insigni celebravit epigrammate, quod dignum Plinius judicavit, de aquarum miraculis scribens, ut operi suo insereret. Cecinit etenim poeta perappositè, villam ipsam fontes istos honori Ciceronis sui dedisse, nimirum, *Fons calid. in villa Ciceronis.*

Vt quoniam totum legitur sine fine per orbem,
Sint plures, oculis quæ medeantur aquæ.

Cùm non alia reperiantur inter Avernum ac Puteolos circum litus ædificia antiqua quàm in loco, qui nunc Stadium appellatur, Ciceronianæ à porticus forsan longitudine, cujus ruinæ visuntur, ac dimetiri adhuc possunt: doctis verisimile videtur, eo loci sitam fuisse Ciceronis villam. Nam atrii juxta, nec non habitationum ruinæ atque fundamenta discernuntur adhuc. Verùm hæc nunc procul satis à litore dissita sunt. Quod non mirum. Nam recessit

inde mare terræmotibus subinde, ac temporum intervallo mutans lectum suum; atque multis indiciis palam est, eò quõdam pervenisse. Itaque tum quidem fossa vel euripo tam contigua marinis undis fuit villa, uti Tullius è cænaculo suo manu pascere pisces, & hamo capere posset. In eadem villa Hadrianum Imperatorem apud Bajas mortuum sepulchro temporario condidit Antoninus Pius successor, ut Spartianus auctor est: ex quo colligere est, tum quoque Ciceronis villam appellatam fuisse. Fontium aquæ calidæ, quas Plinius Ciceronias vocat, in vicino prato visuntur in crypta subterranea ad rupis radicem: quæ mirificæ sunt naturæ & virtutis. Nam interdiu fons semel, sic item noctu cum Lunæ exortu occasuque, non secus ac maris fluxus atque refluxus, calidam ac fumantem aquam in balnei lacum immittit: qui cùm repletus exundat, pars aquæ rivulo quodam defluit in mare; pars ad fontem suum revertitur. Vocat vulgus Ciceronianum balneum, medici verò Pratense vel Tritulinum à loco: quod prædicant rheumata capitis, atque oculorum vitia detergere, corpus ab humoribus pigris expurgare, & podagram sanare, pituitam ac hydropisin educere, musculos ac nervos emollire. Sed hæc de Ciceronis illa celebri villa satis. Nam quæ supra cryptam in eadem rupe, & circum Avernum in eadem regione sunt balnea & hypocausta varii generis atque multiplicis virtutis, à Leandro & aliis abundè describuntur. A Ciceronis hoc Cumano prædio vel Academia non adeò procul distitam fuisse Romanorum doctissimi M. Terentii Varronis villam, ex Academicarum quæstionum exordio colligimus: sed locus ubi fuerit, ignoratur. Servilii Variæ villam Seneca ad Lucilium epistola LVI. ostendit fuisse ad litus inter Cumas & Avernum lacum: cujus magnificentiam antiquæ nunc etiam indicant ruinæ. Speluncas habebat laxo atrio magni operis, inquit, duas: quarum altera solem nunquam recipiebat, altera toto die in occidentem usque tenebat. Rivus piscibus alendis sufficiens euripi in modum prata dividebat, partim in mare, partim in Acherusium lacum defluens. In hac villa Servilius ille prætorius ac dives, Romam fugiens consenuit, captans otium atque secessum: & ob hoc unum felix habebatur, quo Tempore Tiberii Cæsaris crudelitate plures adfligerentur in urbe proceres. tũ etenim exclamabãt homines

Hadriani Imp. sepulchrũ.

Fontis mira natura.

M. Varronis Villa.

Servilii Variæ villa.

homines, O Vatia solus scis vivere: eo quòd in villa sua latirans, se de periculo subduceret. Sed hactenus de Bajanis veterum principum villis celebribus. Ceterùm thermas, sudatoria, hypocausta, calidorumque fontium miracula ab aliis abundè descripta prætereo. Nimis enim longum esset, omnia hic percurrere: immo describere exactius quid ubique fuerit, nunc quidem impossibile est. Nam majorum barbaries, bellicæ frequentes clades, atque terræmotuum impetus crebri totam illam politissimam regionis faciem murarunt in ruinas deformes, quę vix discerni nunc possunt. Bajarum antiquissimarum pulcherrima fundamenta cum plateis silicatis nunc demersa pelago visuntur in undis. Oppidi vix ullæ in continenti reliquiæ, balneorum atque thermarum cavernæ, & ædificia vetusta, & admirandi operis extant circumquaque in vicinis montium clivis, & radicibus. Interim multæ structuræ in cineribus incendiorum sepultæ jacent, multæ vastis terræmotuum voraginibus absorptæ sunt. Portus Bajani veteres pilas ex cocto latere maximas Puteolanæ molis instar sumptibus immensis factas inter fluctus scopulorum extantes forma videmus: sicut & claustrorum moles ac fundamenta, quæ quondam piscosos Lucrinum Avernumque lacus adversus aperti maris tempestates muniebant: Ab Hercule primum aggerem jactam ferunt longitudine stadiorum octo, latitudine, qua duo vehicula commeare poterant, ut Strabo testatur: cùm, ut dixi, Geryonis boves traducere vellet. Grata posteritas illum ad Baulos propterea templo rotundo coluit, cujus adhuc ostenduntur reliquiæ. Portum verò Bajanum atque Lucrini Avernique lacuum claustra tempestatibus dissoluta restaurasse C. Julium Cæsarem, colligimus ex Maronis Georgicis & ejus commentatore Servio: quibus suffragari & Suetonius videtur scribens, portum Julum apud Bajas Augustum perfecisse, cùm immisso in Lucrinum & Avernum lacum, mari, stationem classi pararet. Sed quo, inquies, in magistratu hæc Julius Cæsar Lucrino & Averno claustra posuit? Atqui in primo, ni fallor, consulatu: cùm optimatum consensu futuris Cęsari & Bibulo consulibus provinciæ minimi negotii, id est, silvæ callesque decernerentur à senatu, ut idem Suetonius in vita Julii tradit. A senatu namque publicanis orantibus, ne ibidem vectigalia deteriora

Baiæ veteres.

Portus Bajanus.

Herculeus agger.

Templum Herculis.

C. Cæsar.

Lucrini & Averni claustra.

fierent, eò Cæſarem miſſum fuiſſe uti provideret, Servius commentator indicat; & proinde opus id Julium appellatum eſſe exponens Maronis hos verſus in Georgicorum ſecundo:

An memorem portus? Lucrinoq; addita clauſtra,
Atq; indignatum magnis ſtridoribus æquor?
Iulia quà ponto longè ſonat unda refuſo,
Tyrrhenusq; fretu immittitur æſtus Avernis.

Mons nov⁹. Jam verò Lucrini & Averni ſpacia magna mons novus occupat, ex imis terrarum penetralibus excitus anno ſalutis noſtræ cIↃ DXXXVIII. in fine menſis Septembris, cùm fere biennio totus ille regionis tractus crebris terræmotibus fuiſſet concuſſus. Tum autem III. Kal. Octobris una nocte inter Gauri radices & mare juxta dictos lacus mons ille ſemet erexit in altitudinem mille amplius paſſuum, & maris fluctus cum litore toto per paſſus ferè CC. ſubmovit. Tripergulanum vicum peramplum cum celeberrimis balneis penitus abſorbuit, & lacus duos Lucrinum Avernumque vicinos magna ex parte ſaxis, cineribus & terra complevit. Quaterna paſſuum milia nunc radicum ſuarum ambitu complectitur. Quantum igitur veterum monumentorum ſub ſe ſepelierit, haud facilè dixeris. Crater in ejus cacumine circularis, per quem flammas eructavit, latè per diametrum patet paſſibus circiter quinquaginta, clivoſeq; deſcendens in arctum adhuc temporis in fundo fumantes atq; calidas aquas continere dicitur. Cùm in hiſce rebus perluſtrandis Carulus princeps ad noctem usque ſe fatigaſſe, ſequenti hinc die poſt matutina ſacra ſumpto raptim jentaculo proſequitur inceptum iter, atque officioſum illum comitatum Neapolitanum gratiis actis dimiſit. Tum illi per viam monſtrantur à Corona Pighio lacus Avernus Homeri, Maronis, aliorumque celebrium poëtarum carminibus illuſtris, & à Strabano, pluribusque diligenter deſcriptus propter Saturnia veterum ſomnia atque ſuperſtitiones quibus perſuaſum fuit, quòd illic

Carulus proficiſcitur.

Lacus Avernus.

Noctes atq; dies patet atri ianua Ditis.

Acceſſum videlicet ad inferos ibidem fuiſſe, evocari manes huma-

humana cede, dirisque sacrificiis solere, nec non antiquissimos accolas Cimmerios sacerdotes oracula petentes advenas inde per specus subterraneos ad Plutonem duxisse. vulgoque nunc etiam persuasum est, per vicini montis viscera, quem idcirco Sibullæ vocant, aditum patere ad Cumanæ Sibullæ penetralia subterranea, in quibus operatam sacris, oraculaque dedisse ferunt. quæ Leander Albertus in Italia sua non minus diligenter, quàm eleganter descripsit. Hæret adhuc opinio nunc temporis apud Campanos atque vulgus imperitum, ab Averno vel inferis istac Christum Servatorem nostrum, morte per mortem domita, retulisse spolia optima; sanctorumq; patrum animas ex infernis carceribus extractas per montem Averno, & novo monti vicinum traduxisse, qui propterea Christi mons nunc etiam appellatur. Suffragantur huic opinioni veteres item poetæ quidam, de balneis Puteolanis scribentes, ut Alcadinus: *Cimmerii.* *Antrum Sibulla.* *Mons Christi.*

Est locus, effregit quo portas Christus Averni,
Et sanctos traxit lucidus inde patres.

Item Eustasius quidam:

Est locus australis, quo portam Christus Averni
Fregit, & eduxit mortuus inde suos.

Quinetiam creditum fuit, ob propinquas circumquaq; ferventium aquarum scaturigines, lacum istum ex aquis Stygiis, vel infernis Acherontis fluvii venis ortum habere suum, ideoque vocari quoque paludem Acherusiam. Nec ab eadem opinione Maro poeta discrepare videtur canens: *Acherusia palus.*

Quando hic inferni ianua regis
Dicitur, & tenebrosa palus Acheronte refusa.

Sed hanc auxere vanam credulitatem tam locorum conditio, quàm naturæ rara miracula vulgo stupenda: quòd abruptis ferè montibus cinctus in profunda valle lacus olim silvarum densitate tenebrosus, horridus, & incultus accessum vix admitteret, ventisque difficulter pervius tetros

ab imo sulphureosque exhalaret odores, quibus supra volantes aves enecabantur. Hinc etenim Latinis Avernus, Græcis ἄορνος, quasi sine avibus lacus semper nuncupatus fuit. Et proavorum quoque memoria ex imo telluris pestilentes in lacum prorupisse venas è subterraneis vicinis incendiis, testatur & Joannes Bocatius in libello de lacubus, scribens se vidisse Roberti regis temporibus ejectam ex Averno lacu in litora magnam piscium mortuorum vim, quos scaturigo recentis alicujus noxiæ venæ sulphureæ in lacum immissæ vi sua repentè necasset: quemadmodum ex atro piscium colore, necnon gravissimo odore sulphureo, vix accessum hominum admittente, colligi tum facilè poterat. Demonstrabimus quidem ex Livio in magistratuum annalibus nostris, belli Samnitici tempore Romanis in Campaniam irruentibus hostium legiones integras aliquando saltus in istos tanquam in tutissima castra se recepisse. Ex quo colligere est, montes illos circum Avernum & Lucrinum tum temporis desertos & incultos jacuisse. Strabo tamen testatur, suo tempore cultu diligenti peramœnos fuisse, cùm jam Augustus aeris salubritati consulens, silvas lacum obsidentes excindere jussisset, veluti nos antè diximus ex Dionis historia, & Servio Virgilii commentatore. Avium igitur, animaliumque omnium accessum postea non reppulit Avernus nomini suo non respondens amplius, uti nec etiam hoc tempore: quin aves aquaticæ frequentes in ejus undis natantes haud rarò visuntur, quas & me vidisse memini. Ab Averno lacu descendentibus occurrebant in eadem via Cumarum ruinæ ingentes, urbis nunc penitus desertæ: cujus visuntur adhuc temporum, turrium, aquæductuum, atque operum amplissimorum magnæ moles, sed ruinis horridæ atque indiscretæ. Nec non in alto montis vertice templi item Apollinis longè conspicui celeberrimique sunt vestigia, cujus Virgilius, & ejus commentator Servius Grammaticus, meminere. Arcum Felicem nunc vulgò vocant altitudinis stupendæ fornices è cocto latere evectos in sublime; uti per eos via plana inter duos montium vertices pateret. Condiderant urbem antiquissimam Græci ex Euboica Chalcide, qui sedem quærentes, cum classe in Italiam profecti, primùm vicinam Campaniæ, promontorioque Miseno Pithecusas insulam occuparunt. Nec diu post etiam in com-

Cur Avernus dictus.

Cumæ.

Arcus felix.

Cumarum antiquitas.

in continenti montem in littore juxta Avernum, atq; in eo condiderunt opidum Hippocle Cumæo, & Megasthene Chalcidensi ducibus: quod ab undis marinis Græca voce Cumas appellarunt, vel ἀπὸ τῆς κύοντ☉, id est, à prægnante. Nam ibidem gravida prægnans mulier inventa fœcunditatis omen ipsis dederat: quemadmodum Strabo, Dionysius, ac Livius, aliiq; plures auctores sunt. Floruère deinceps admodum per vicinam Campaniam, imperium, rem publicamq; suam disciplina Græca Pythagorica temperantes æquissimè: sic ut colonias in eodem litore plures, videlicet Puteolos, Paleopolim, atq; Neapolim, successu temporum feliciter deduxerint. Antequam ex urbe Romani reges suos expulissent, legimus tyrannis Cumanos obtemperasse: non quia violento premebantur imperio, sed quia tum Græci principes suos, qui absoluta gubernabant potestate, tyrannos vocabant. Celebris ac potens tum apud eos Aristodemus tyrannus, cognomento Malacus; ut à Livio, & Dionysio Halicarnassæo scribitur. Qui principatum suæ reipublicæ plebiscito est adeptus ob insignem fortitudinē, quòd exiguis cum copiis ingentes Etruscorū, Umbrorum, atq; Ausonum exercitus contrivisset, quodq; ducem hostiū Aruntem Porsenæ regis filium manu in prælio trucidasset. Ad quem confugisse Tarquinium Superbum exulem, & Cumis in exilio mortuum esse, ab iisdem auctoribus traditur. Postea tamen à Campanis in potestatem redacti Cumani, servitute gravi, crudeliq; diu premuntur, ut Strabo memoriæ prodidit. At prævalentibus tandem Romanis, cùm nec Annibal, nec Capua, nec Italia denique tota diutius eorum potentiæ resistere posset: simul cùm Campanis vicinisq; populis libertatem nimis pertinaciter defensam amisere Cumani, atque eorum civitas in præfecturæ formam redacta est. Multarum igitur urbium Italiæ fortunā deinceps experitur, quæ Romæ potentia & amplitudine oppressæ in obscuros decrevere vicos: maximè cùm Campania universa capacissimis Romanorum principum villis oppleta luxuriaret nimium. Tum Cumæ quasi vacuæ ad secessum tenuiorum ac plebejorum civium patebant in introitu videlicet Bajarum, & Puteolani sinus ac littoris: quandoquidem horti, prætoria, & villæ locupletissimorum occupassent circumquaque vicinitatem omnem, ut agri nihil

Cumanorū tyranni quales.

Cumanis relinqueretur. Tale quid ex Juvenalis poëtæ satyra tertia colligimus, qui Cumas Bajarum januam videtur idcirco vocare, dum Umbricii sui discessum ab urbe Roma dolet his versibus.

Quamvis digressu veteris confusus amici,
Laudo tamen, vacuis quòd sedem figere Cumis
Destinet, atq; unum civem donare Sibyllæ.
Ianua Baiarum est, & gratum litus amœni
Secessus.

Collabente tandem Imperii Romani mole, cùm Italia propter tyrannorum impotentiam bellicis cladibus frequenter vexaretur, atque etiam barbararum gentium incursionibus pateret: inter alia urbes & Cumæ in abrupto monte supra litus positæ situs ob commoditatem operibus facilè muniri poterant. Agathias Myrrinæus librò historiarum belli Gothici primo, testatur hoc oppidum superiore loco turribus, ac propugnaculis firmis, validísque cinctum muris sui tempore fuisse. Ideoque Totilam, Teiamque Gothorum reges in eodem, perinde ac in arce tutissima atque inexpugnabili, thesauros & preciosissima quæque sua recondidisse; nec illud à Narsete Justiniani Imp. legato, nisi per longam obsidionem capi potuisse, Nunc autem inter ruinas ingẽtes adhuc murorum & turrium fundamenta, atque ex rupibus excisæ fossæ profundissimæ cernuntur. Cumis deinde cum Gauro monte relictis, viæ Domitianæ (quam admodum luculenter nobis Statius poëta in Silvis suis describit) sæpius interruptæ reliquias reperiunt: nec non ingentes lapidei pontis ruinas in Vulturno positi: quam viam ex Appia inter Minturnas ac Suessam Domitianus inchoatam per campum Stellatem, atque Literninas paludes duxerat usque Cumas; sicut ex hendecasyllabis dicti Statii Papinii poëtæ colligimus: qui etiam pontis in Vulturno meminit, nec non arcus triumphalis in viæ hujus ingressu ad Appiam Domitiano positi ex marmore Ligustico; cujus, nescio, an extent adhuc reliquiæ. Viderunt tamen ad viæ lævam in itinere Literni veteris Romanorum coloniæ ruinas, Pighio monstrante, juxta speculam in litore positã, quam vulgo nunc Turrem patriæ vocant à majoribus tradita nuncupatione: sic ut videatur inde defluxisse nomen hoc

Cumarum situs.

Arx Gothorum.

Via Domitiana.

Liternum colonia cur Turris Patria nunc.

hoc, quia P. Scipio major Africanus voluntario secessu suo locum nobilitarit, patriam Romam fugiens, ac privatim in villa sua vitam ibi finiens, civium suorum criminationibus iniquis offensus. Nam immortalem patriæ inurens ingratitudinis notam. voluntatis extræmæ decretum sepulchro ibidem suo insculpi jusserat: quo cineres ossaque sua negabat ingratæ, quam in cineres collabi, Pœnisque servire passus non fuerat. Animi, me hercle, pii, moderatique magnitudine major tum Scipio fuit, quàm tot antè partis victoriis. qui non armis, ac Cn. Coriolani violentia, sed sola ingratitudinis accusatione civium suorum injurias ulcisci satis habuit: patriam vivus, mortuusque voluntaria absentia sua, tanquam exilio quodam, multare volens. Plus etenim Roma perdidit in fortissimo cive principe senatus sui, quàm Scipio in patria sponte derelicta: quem nihilominus rerum præclarè gestarum gloria, virtutumque majestas semper individuæ sequebantur. Auctores sunt Livius, Strabo, Val. Maximus, aliique plures, Literni in villa sepulchrum Africani majoris fuisse. Quibus astipulatur item Annejus Seneca in XXCVII. ad Lucilium suum epistola, quam ex eadem Scipionis villa tum adhuc extante Literni scripserat, ubi & ejus frugalem structuram, locique situm exactius depingit. Plinius item naturalis historiæ scriptor testatur libri XVI. capite ultimo, sua ætate in Liternino durasse prioris Africani manu satas olivas: item myrtum * ejusdem in luco * conspicuæ magnitudinis, & sub ea specum fuisse dicit; in quo manes ejus custodire draco ferebatur. Hinc item fabula fortassis ad posteros dimanavit de monte Draconis non procul dissito, ubi & nunc affirmant accolæ Massici promontorii illius in specu vasto sub ara quadam in ædicula D. Marci vetusta latitare draconem, qui intrantes primùm exanimet tetro veneno, & postea devoret: atque castello montique nomen inde impositum esse, quemadmodum Jo. Pontanus in historia belli Neapolitani memoriæ prodidit. Vesperi Carulus princeps sub arce montis Draconis in prætorio & hortis cultissimis Bisiniani principis hospitio exceptus substitit: ubi antiquissima quondam Græcorum coloniæ Synope à Romanis Sinuessa pòst appellata, cujus peringentes circùmquaq; visuntur ruinæ, præsertim in ora litoris, ut immensi portus inter alia. Deduxere Romani

P. Africanus maior.

**sic lege pro eodem loco ex V. c.*

Mons draconis.

Synope, vel Sinuessa colonia.

Romani hanc coloniam, cum viciniș Minturnis bello Samnitico, quo frequenter involvebantur & Campani; urbis anno CDLVII. Appio Claudio II. & L. Volumnio II. coss. ut Livius auctor est; vel anno sequenti, quo Pyrrhus regnare cœpit, ut vult Vellejus Paterculus. Aquarum calidarum vi medica, cæliq; temperie mira fuit diu celebris colonia hæc: atque idcirco tepentem nominat Sinuessam poëta Silius Italicus. Balnea Gaurana nunc fontes illos appellant. At Tacitus Sinuessanas aquas annalium libro XII. scribens Claudium Imp adversa correptum valetudine, refovendis viribus mollicie cæli, & salubritate aquarum Sinuessam perrexisse, cũ boletos illi pararet venenatos uxor Agrippina. Rursum historiarũ sui temporis libro primo pulchrè refert, ut apud aquas Sinuessanas Ofonius Tigillinus præcipuũ Neronis ad omne facinus instrumẽtũ, inter stupra concubinarũ, & oscula, sectis novacula faucibus, infamẽ vitam finierit. Postridie mane Libri flumine trajecto, Minturnarum florentissimæ quondam coloniæ reliquias perlustrant, non procul à ripa protensas ostium ac mare versus.

Minturnæ.

Cernunt ingentes ædificiorum publicorum moles, saxis & marmoribus partim spoliatas, partim integras: inter quas est aquæductus sumptuosus & altus. item theatrum cum scena, proscenio, pulpito, membrisque suis aliis, operis antiqui, sed admodum solidi. Sic & amphitheatrum cum sedilibus, gradationibus, & cuneis, marmorum tamen atque saxorum quadris non minus spoliatum: ex quibus vicinum in colle castellum, quod Trajectum vocant, sũ citatum & munitum esse videtur. In ejus autem amphitheatri deserti ruinis tanquam in vallis rotundæ clivis capræ pecoraque versantur, ac arbusta graminaque nunc carpunt. Visunt insuper murorum & turrium magna vestigia, portarumque præaltos fornices, aliáque ædificiorum fundamenta solidissima: ex quibus colligere est, urbem opibus splendidam & potentem fuisse. Nunc solum aratro proscissum, campi deserti, ruinæ, ruderaque spectata: nec non vicinæ paludes C. Marii post plures consulatus & triumphos proscripti latebris celebres, inconstantis fortunæ, & vicissitudinis rerũ insignia cuivis exempla suggerunt. Illustres & multis sæculis postea Minturnæ prœlio maximo & cruento cõtra Saracenos, quo Christiani victores Ioanne X. summo Pontifice,

Paludes Minturnẽses.

& Al-

& Alberico Tusco ducibus hostem perniciosissimum Italia profligarunt: exceptis profugorum è prœlio reliquiis, quæ Garganum montem occuparunt. In quo se diu postea tenuere, prædationibus, & piratica vitam sustentantes. *Sarraceni Italia pulsi.*
Ad prandium inde secus Appiam via Herculanthea multarum, Tullio teste, deliciarum pergunt Formias. Molam nunc appellant castellum in litoris rupe positum, ubi in palatio, & hortis Cajetani cujusdam nobilis viri plantarum ac arborum eximiarum frequentia, fontiumque crebris scaturiginibus peramœnis princeps Carulus cum suis tractabatur opiparè atque eleganter. Ex situ, locorumque veteri descriptione Volaterranus, & antiquitatum periti plures conjiciunt M. Tullii Ciceronis Formianum ibidem fuisse. Nec refragor admodum Etenim ædificiorum antiquorum ruinæ, statuarum tituli, & epitaphia, quæ in Appia & vicinis villis reperiuntur, liquidè demonstrant Formias ibidem fuisse: atque inter alia hoc elogium, quod in basi statuæ legitur, quam *Formia.* *Formianũ Ciceronis.*

IMP. CÆSARI. DIVI
HADRIANI. FILIO. DIVI
TRAJANI. PARTHICI. NEP.
DIVI. NERVÆ. PRONEPOTI
TITO. ÆLIO. HADRIANO
ANTONINO. AVG. PIO. PONT
MAX. TRIB. POT. XI. COS. IIII. P.P.
FORMIANI, PVBLICE

ibidem posuerant. Alias marmorum inscriptiones omnes hic adferre longum esset. At Formias primum condidisse Lacones in antiqua Læstrigonum antropophagorum sede, Strabo, Plinius, Solinus, pluresque veteres consentiunt. Ideoque domum Antiphatæ compressam freto Silius poëta vocat, quòd ibidem Antiphates Lami filius, Neptuni nepos Læstrigonibus imperitarit: quos Siciliæ partem post Cyclopes prope Leontinos inhabitasse volunt, & ante Græcorum in Italiam adventum oram occupasse Campaniæ; ubi post à Græcis Cajeta condita: quam à Lamo Neptuni filio Læstrigonum rege regnatam Silius idem canit: item litus incoluisse, ubi Formias condidere Lacones: quas hi à commodis navium stationibus primùm Hormias Græca voce *Læstrigones*

vocarunt. Postea Campanis Græci succubuere, Romanisque deinde Campani: qui in præfecturæ formam, Annibale pulso, simul cum Capua Formias quoque reduxerunt: cùm prius tamen municipium fuisset, atque civitatis jus cum suffragii latione obtinuisset, sicut à Livio libro XXXIIX. docemur. Bello demum civili, ut Frontinus auctor est, a III. viris Cæsare, Antonio, & Lepido, inter colonias Italiæ militares Formiæ redactæ fuerunt. & Imperatorum temporibus propter cœli temperiem semper floruisse, ex Horatio, Martiale poeta, & auctorum multorum scriptis constat. quod ipsum & veterum ædificiorum, monumentorumque frequentia palam ostendit: quamvis denique barbari Saraceni hoc oppidum, sicut & Campaniæ plures urbes funditus exciderint, ante annos ferè ducentos. Tunc etiam ex loco deserto Formianum episcopatum Gregorius IIII. P.P. Cajetam transtulit, ut & ante diximus. A prandio deinde Carulus Appia proficiscitur Fundos, ubi regie cum suis exceptus pernoctavit. Atque postridie sumpto jentaculo pergens, cùm regni Neapolitani in finibus Granuellani Cardinalis procuratorem hospitiorum atque commeatus amantissimè dimisisset: via, qua venerat, biduo Velitras proficiscitur, Volscorum olim oppidum, antiquitate & potentia clarum: cujus in Romana historia frequens est mentio. Nam ab Anco Martio rege Rom. obsidione gravi ad deditionem compulsas Velitras, Livius & Dionysius Halicarnassæus scribunt: severissimeque tandem punitos Veliternos fuisse propter frequentem rebellionem, prodit item Livius. Nam muri eorum disjecti, & optimates, expulsi, atque ultra Tyberim habitare jussi sunt: carceris etiam adjecta pœna, si quis eorum citra flumen per mille passus pedem protulisset. Fuit item ab antiquo civium Rom. facta colonia, quam variis temporibus exhaustam, multiplici bello sæpius adauxere, novisq; colonis frequentarunt, sicut ex eodem Livio discimus. Sex. Julius Frontinus in fragmento de Coloniis tradit Velitras oppidum lege Sempronia fuisse deductum: postea Claudium Cæsarem ejus agrum limitibus Augusteis censitum militibus adsignari jussisse. Tum igitur militaris colonia facta est. Celebres quidem antiquitus Velitræ majoribus D. Augusti, gente nimirum Octavia nobili & antiqua; quæ originem ex hac colonia duxerat. Atque nutrimentorum Augusti locum

Velitræ.

Augusti hæredium.

eum extitisse suo tempore, Suetonius auctor est, inclytum religione in ejus avito suburbano, casa permodica, & instar cellæ penuariæ juxta Velitras. Nunc antiquitatum pauca visuntur vestigia, quamvis amplum & frequens sit opidum, & ædificiis excultum satis. Ager ejus fructuum omnis generis nunc etiam ferax est, ut olim propter urbis Romæ vicinitatem villis & hortis nobilium expolitus haud dubiè fuit. Nominat quidem inter generosa sui temporis vina Veliternina Plinius libro XIV. quæ tamen nunc degenerarunt, ac auctoritatem amisere suam: quia propter cruditatem, austeritatémve coqui aheno debent. Quapropter aut falsò palam esse contendit idem, sua quibusque terris tempora esse, sicut suus rerum proventus & occasus. Postridie, cùm sacris Carolus mane interfuisset, jentaculo refectus per montes Tusculanos Tibur perrexit. Monstravit ex itinere ad sinistram Corona Pighius Lanuvium, templo Junonis Sospitæ religiosum antiquitus: Ariciam à Siculis conditam, ut Hemina Cassius prodidit; Albæ quondam Longæ situm, montemque templo Jovis & feriis Latinis celebrem: atque subjectos montibus inclusos lacus, Albanum quondam Vejentibus fatalem, atque Nemorensem vetustis Dianæ Tauricæ, ac Hippolyti Virbii barbaris sacrificiis famosum, cujus quidem tractus frequenti contemplatione, diligentique investigatione antiquitatum studiosi, propter veterum auctorum de his locis scripta, vehementer delectantur. Perlustrãt deinde in agro Tusculano villarum sumptuosissimarum crebras atque dolendas ruinas. Vident ad dextram in supercilio mõtis antiquissimam Aboriginum sedem Præneste: & tantæ quidem antiquitatis, ut de ejus exordio & conditore non consentiant auctores, & diversi diversa tradant. Virgilius VII. Æneid. fundatorem ejus urbis fuisse canit ex Prænestinorũ libris Cæculum Vulcani filium, qui item Cæciliæ Romanæ gentis auctor fuit: de cujus nativitate satis longam Servius commentator fabulã refert, & nominis etymon ἀπὸ τῶν πρίνων, id est, ab ilicibus ibidẽ frequentibus deducit. Malũt alii, ἀπὸ τῆ πρανιός dictã, quòd pronus & declivis sit locus, in quo sita est. Pompejus Festus, quòd montibus præstet, Prænestẽ vocatam putat. Solinus ex Zenodoto prodit à Præneste Ulyssis nepote & Latini filio conditã & nuncupatã: quẽ Stephanus

Vina Veliternina.

Lanuvium.

Aricia.

Alba lõga.

Præneste.

Cæculus Vulcani filius.

nus

nus Byzantius in urbium lexico Prænestum Latinum Ulyſsis & Circes filium dicit. Plutarchus in Parellelis ex Aristoclis rerum Italicarum tertio Telegonum Ulyſsis & Circes filium, quam & Tuſculum condidiſſe volunt, deorum oraculo monitum etiam hoc opidum conſtruxiſſe tradit, ubi ſaltantes cum coronis colonos invenerat; & tum appellatione coronæ ilignex Priniſtum nominaſſe, & hinc Preneſten Romanos poſtea vocitaſſe. Quapropter & Stephane Græcis quondam dicta fuit, teſte Plinio; vel ut Strabo vult, Polyſtephanos quaſi multarum coronarum: qui affirmat originis eſſe Græcanicæ cum Tibure, & ab eo diſtare ſtadiis centum, & à Roma ducentis. A coronis igitur nomen hoc oppidum accepiſſe conſtat, tam ex oraculo dicto, & occaſione ſui ortus, quàm propter votivas multorum coronas, quibus inclytum ibi antiquiſſima ſortium religione templum Fortunæ frequentabatur: quod quidem florente Romano Imperio fuit admodum celebre, ſumptuoſaque ſtructura permagnificum: ſicut ex reliquiis adhuc colligere poſſumus. Memini me ibidem vidiſſe Fortunarum ſigna, & imagines plurimas, tam ex ære, quàm ex marmore, ac etiam ex terra cocta fictiles pulcherrimas diverſiſque ſymbolis multiformes. Sic etiam coronas varii generis, ac nummos æreos grandes, characteribus ac notis ſortium multiplicibus efformatos: Item aras, tabulas, ac cippos marmoreos cum ſuis elogiis & inſcriptionibus, ex voto ibidem Fortunæ, Jovi puero, Spei, Cupidinibus, aliiſque diis conſecratos: quæ ſingula hic enarrare longum eſſet, & aliam adhuc in occaſionem ſervantur. Unū tamen epigramma lectu digniſſimum præterire nequeo, à nemine, quod ſciam, correcte publicatum hactenus. Inſculptum quidem eſt in magna marmorea baſi, quam cum effigie patris T. Cæſii primi negociatoris frumentarii, qui ex voto centenas annuatim coronas Fortunæ Præneſtinæ donabat, T. Cæſius Taurinus filius in eodem templo dedicarat: in cujus fronte viſuntur exſculpti duo modii ſpicis pleni, & in angulis item binis ſingulæ columellæ ſpicis tribus erectis coronatæ: ſubſcriptum his epigramma ex eadem baſi in area palatii pontificii Præneſte quondam excepimus ipſi Quod quidem tale eſt;

Stephane vel Polyſtephanos cur dicta.

Fortuna Praneſtina templum.

TV QVÆ

TV QVÆ TARPEIO COLERIS VICINA TONANTI
VOTORVM VINDEX SEMPER FORTVNA MEORVM
ACCIPE QVÆ PIETAS PONIT TIBI DONA MERENTI
EFFIGIEM NOSTRI CONSERVATVRA PARENTIS
CVIVS NE TACEAT MEMORANDVM LITTERA NOMEN
CÆSIVS HIC IDEMQ; TITVS PRIMVSQ. VOCATVR
QVI LARGÆ CERERIS MESSES FRVCTVSQ. RENATOS (DESQ.
DIGERIT IN PRECIVM CVI CONSTAT FAMA FIET
QVI DIVITIAS VINCIT PVDOR IRE PER ILLOS
CONSVETVS PORTVS CVRA STVDIOQ. LABORIS
LITORA QVI PRÆSTANT FESSIS TVTISSIMA NAVTIS
NOTVS IN VRBE SACRA NOTVS QVOQ. FINIBVS ILLIS (ARATOR
QVOS VMBER SVLCARE SOLET QVOS TVSCVS
OMNIBVS HIC ANNIS VOTORVM MORE SVORVM
CENTENAS ADICIT NVMERO CRESCENTE CORONAS (NIS ARAS *Adicit pro Adiicit.*
FORTVNÆ SIMVLACRA COLENS ET APOLLI-
ÆGERIVMQ. IOVEM QVORVM CONSENTIT IN ILLO (TÆ
MAIESTAS LONGÆ PROMITTENS TEMPORA VI-
ACCIPE POSTERITAS QVOD POST TVA SECVLA NARRES *Seculum sine diphthongo.*
TAVRINVS CARI IVSSVS PIETATE PARENTIS
HOC POSVIT DONVM QVOD NEC SENTENTIA MORTIS (TESTAS *Carus sine aspiratione.*
VINCERE NEC POTERIT FATORVM SVMMA PO-
SED POPVLI SALVO SEMPER RVMORE MANEBIT

Quod initium autem habuerit antiquissima hęc sortium superstitio, pulchrè nobis explicat ex Prænestinorũ ipsis monumentis Cicero de divinatione libro secundo, N. Suffuciũ nobilem Prænestinum somniis crebris, ac minacibus jussum certo loco silicem, civibus ridentibus excidisse: vbi perfracto saxo sortes eruperunt in robore sculptæ priscarum literarum notis, quarum occasione Fortuna ibidem coli cœpit. Septũ deinde locũ fuisse religiosè, propter Jovis pueri simulachrũ,

qui lactens cum Junone in gremio Fortunæ sedens, mammā appetens ibi castissime colebatur à matribus. Eodē tempore, ubi pòst Fortunæ templum cōditum est, mel ex olea fluxisse, & haruspicum jussu ex eadem arbore factam arcam, in eaq; conditas sortes illas, quę Fortunæ monitu, pueri manu miscebantur, educebanturq;. Fani pulchritudo & vetustas non tantū Ciceronis tempore, verùm etiam ad extrema ferè Romani Imperii tempora sortiū illarum oracula celebrarūt: atq; originem habuisse antiquissimā, tam ex ipso Cicerone, q̃ ex aliis colligimus. Quare non suffragor eorum sententię, qui L. Sullam dictatorem templi istius conditorem fuisse volunt; decepti, ut reor, Plinii verbis, q lib XXXVI. de pavimentis nobilibus, arteq; paviendi scribens, lithostrota primùm in Italia sub L. Sulla cœptasse dicit è parvulis marmorum fructis versicoloribus commissa, & picturam imitantia; cùm antè diu pavimenta picturæ ratione elaborata apud Græcos expulissent. Et affirmat suo tempore Præneste lithostrotū durasse, quod ibidem in Fortunæ delubro fecit Sulla: cujus magnam partem loco subterraneo me ibidem non semel vidisse memini cum figuris peregrinorum animalium, quorum nomina quoq; Græcis litteris expressa in eodē pavimento leguntur. Opus musivum Latini postea lithostrotum ejus generis vocaverunt, ut apud Spartianū in vita Pescennii Nigri legimus; & artifices ipsos musivarios, sicut Theodosi[9] & Valentinianus Augg. Codicis lib. X. titulo LXIV. de artificum excusationibus, ubi & marmorarios & musivarios nominãt inter excusatos, si modò correcta sunt exemplaria. Nam in antiquis epitaphiis museiarios appellari reperimus. Ut igitur antè diximus. L. Sullam ejus antiquissimi templi auctorem non putamus; sed quòd post bella civilia victor religione tactus illud suis armis destructum atque profanatum restaurarit, verisimilius videtur, & ex Plinio quasi colligere est. Profanasse quidem constat, cùm maximè C. Marium juniorē ceterosq; inimicos ibidem circumvallatos pertinaci obsidione ad mortem compelleret, opidumq; tandem captum, Prænestinis omnibus exarmatis & trucidatis, spoliaret, sub hastaq; venumdaret. Contigit ergo, quemadmodum & Strabo sentit; ut quę ceteris urbibus commoditati tutelæq; solent esse, loci videlicet situs munitissimus, murorūq; firmitas, ea huic opido calamitati & exitio sæpe fuerint propter civilia Romanorum

L. Sulla dictator.

Lithostrotū in templo Fortunæ Prænestinæ.

Museiarii

norum bella: cùm eò se partes imbecilliores, tanquam in arcem tutam aliquando subtraxerint, opidumque simul sua clade involverint. Visuntur adhuc etiam cuniculi specusque subterranei ab opido per vicinos montes ad plana perfossi, tam auxilii intromittendi, quàm clandestinæ fugæ caussa. In quorum uno C. Marius junior obsessus, cùm fugæ nulla pateret via, ne caperetur vivus, cùm amico Pontio Telesino dimicans cecidit. Hinc vulgi etiamnum opinio manet, in cuniculis illis saxa cæsorum ibidem adhuc cruore rubere: cùm tamen in his vicinisque montibus tam Tusculanis quàm Albanis mollior lapis omnis sua natura rubeat obscurè. Non ineleganter de his itaque poeta quidam Germanus, Georgius Fabricius, in Hodœporico suo cecinit: *C. Marius Junior.*

——— Tua Cæcule regna
Nomen ab ilicibusq; tenens Præneste venimus.
Quo primùm Diva, quæ nullo tempore, nullo
Certa loco perstat, miramur nobile templum,
Pluribus in templo lithostrotaq; picta figuris,
Deinde tot effossos tecta tellure meatus,
Qui finguntur adhuc Mariana cæde rubere.

Libera & fœderata primùm Romanis civitas Præneste fuit, prætoremque suum habuit, ut ex Livio cognoscimus; quam Festus municipium sui juris vocat. Appianus Italico bello cum Tiburtinis in civitatem acceptos Prænestinos disertè scribit. Non tamen diu pòst L. Sulla victor, quantum ex Tullii Agraria, & Catilinaria colligimus, opido cædibus atque proscriptionibus exhausto colonos imposuit, agrumque eorum omnem divisit. At apud A. Gellium lib. XVI. cap. XIII. legimus, Prænestinos à Tiberio Aug. denique impetrasse, ut ex colonia in pristinum municipii statum redigerentur. Sed hæc pro studiosis antiquitatum, quibus pro occasione lubenter subservio, de Præneste satis hoc loco dicta sint. Carulus princeps eodem die Tibur usq; perrexit. Et cùm appulisset, ꝙ reliquum erat diei, consumptū in perlustrandis sumptuosissimis illis hortis, quos Hippolytus Atestinus Ferrariensis Cardinalis amplissimus ibidem in clivo mōtis cū permagnifico ꝑtorio statuis antiquis, picturis, & regia prorsus supellectile pleno ante annos aliquot instru- *Tibur. Tiburtini Hippolyti Atestini Cardinalis Ferrariēsis*

Bb 2 xerat

xerat prisci luxus & splendoris ad imitationem. Sed quis accuratè satis ejus villæ, prætorii, atque hortorum elegantes delicias, politissimamque maximo sumptu culturam explicabit? Quis labyrinthos, lucos, silvas, hemicyclos, janos, arcus cum antiquis statuis, antraque Nympharum, ac fontium infinitas scaturigines locorum ubique prorumpentes; item pergularum, & ædicularum topiaria pulcherrima disertè narrabit? Mihi quidem haud facilè foret. Nam post meum ex Italia discessum, excitari & excoli Tiburtinum illud Atestini Cardinalis cœpit. At Corona Pighius prædicare satis nequit, qui picturam prætorii istius & hortorum Romæ typis æneis publicatam in tabula mihi ostendit: quorum spectaculum meo judicio tam multos Tibur nunc pellicere, quam ad sese Roma tot miraculis visenda pertrahere potest. Nos autem ex dictis tabulis obiter hortos descriptione quadam percurremus in eorum gratiam, quibus nec illos, nec picturam videre contigit. *Prætoriũ.* Prætorium in colle complanato regii palatii magnitudine & magnificentia conspicuum exurgit arte symmetrica ad regulam è quadrato lapide constructum. A dextris habet hortos seclusos, quos secretos appellant: in quibus fontium marmorei crateres sedecim eructant limpidas aquas: in quorum medio stat Janus altior quadrifrons, quatuor item habens fontes, speculorum in modum perornatos. A sinistris prætorii spæristerium, aliaque exercitii loca sumptuosa non desiderantur. Fons autem ejus inter fenestras, item propylæum cum duplicibus scalis lapideis, quibus ab utroque latere ascenditur, variis exornatur marmoreis statuis, ac signis antiquis. Ante *Ledæ fons.* propylæum in area fons est cum Lædæ statua pulcherrimus. Hinc leni descendens clivo collis quatuor in locis in areas oblongas redactus & exæquatus quadruplices ante prætorium peramœnos & spatiosos hortos complectitur: in quos tergeminis utrinque & à medio scalis lapideis nitidè compactis descenditur & ascenditur: quarum latera per singulos gradus fontium digiti in suos decidentes lacusculos irrigant utrimque. Horti singuli in classes pulcherrimè distributi suis hemicyclis, exedris, & peristyliis ornatissimis sparsim distinguuntur: adeò ut ab una parte in aliam inambulantibus per ambulacra frondibus concamerata, pergulasque & vias, hedera semper virenti tectas, inter spiran-

tium

cium atque ridentium undique florum & herbarum plagas ac pulvinos mirificam præbeant speciem: varietateque sua detineant atque morentur omnium animos & oculos: dum interim nec satiare spectatorem infinita statuarum ac fontium miracula possint. Nam cùm ab area prætoriana deflectis ad dextram, per arbusta & locus occurrunt statuæ cum suis fontibus: primùm Thetydis, hinc Æsculapii & Hygiæ, dein Arethusæ, & Pandoræ, mox Pomonæ & Floræ. Cùm descendis in hortum primum, invenis ibidem in dextro latere Pegasi colossum in Parnaso: sub cujus ungula fons erumpit in altum eximius. Pòst in silva & rupibus spelæum, ubi apud Veneris & Bacchi statuas quatuor Cupidines cum cantharis fontes effundunt. Vicinus est magnus aquarum lacus, in quem per scopulos devolvuntur strepentes rivi inter duos colossos, Albuneæ videlicet Sibullæ vel Inus, ac Melicertæ filii. Jacent subtus ad lacum Anienis & Herculanei fluviorum statuæ doliis incumbentes: è quibus item aquas profundunt in lacum, sicut & circumstantes decem Nymphæ ex urnis quæque suis. Juxta sunt speluncæ binæ, una Sibullæ Tiburtinæ, & altera Dianæ Nemorensis cum fontibus & statuis pluribus ambæ, ac insuper coralliis unionumque conchis pulcherrimis item, pavimentis ex opere muscio pereleganter expolitæ. Hinc si pergas in alterum horti latus, ubi à longè Roma conspicua est ex hemicyclo magno, qui memorabilium ejus urbis ædificorum formas ac monumenta vetera coram bellè repræsentat. Nam vides in ejus hemicycli planicie media Romam deam bellatricem in septem collibus sedentem: Quæ statua est ex Pario marmore humana statura major, forma viraginis in tunica brevi, succincta, nuda genu, cum caligulis militaribus; cui suspensus ab humero dextro baltheus cum parazonio. Caput ejus est galea tectum, hasta manus armata, brachiumq; sinistrum clypeo. Sedet, ut dixi, media inter urbis suę miracula. Stant enim hinc inde circum celebriores ædes sacræ Panthcon, Capitolina templa, circus, theatra, amphitheatra, columnæ, cochlides, obelisci, & mausolea; arcus item triumphales, pyramis, aquæductus, & thermæ. Nec deest Tiberis deus à dextris cum lupa & gemellis in urbē suam ex urna capaci fluvium profundens. In cujus alveo est insula in navis lapideæ formam facta, in medio obe-

Hortus primus. *Pegasi fons.* *Lacus Albuneus.* *Spelunca.* *Roma bellatrix.* *Romana urbis ædificia præclara.* *Tiberis Deus.* *Insula Tiberina.*

liscum erectum gerens pro malo, templisque quatuor onusta: nimirum Æsculapii in puppe, Jovis, Berecynthiæ, & Fauni in prora. Si postea descendis in hortum subjectum, habes à sinistris sub hemicyclo grandi dicto viride inter rupes fontibus irriguas nemus: Ornithodeium nuncupare poteris, ubi visuntur in arborum ramis avicularum canorarum imagunculæ plures, quæ velut automata quædam plaudunt alis, cantillantq; concentu dulcissimo, quasi vivæ, per ramorum secretas fistulas arte hydraulica ventis & aquarum motu concitatæ. Cùm autem, artifice procurante, prodit in conspectum ex latibulis bubo, subitò conticescunt omnes: & eodem se postea subducente, concinunt denuo suaviter. Nec procul inde in horti illius medio stagnum rotundum ingẽs est, in quo labrum capax cum fonte Draconum gurgites aquarum vehementes è buccis evomentium. In eorum medio tubus exurgens aquas copiosas horrisonis cum bombis, tanquam tonitruis quibusdam in altum eructat. Ulterius si ad dextram procedis, ad Naturæ speluncam statuis multis ornatam venies. Ibidem miraberis hydraulum, multis fistulis politissimis compactum organum, quod non follibus, sed aquis agitatum reddit per mumtiplices sonos musicum concentum artificiosissimum. Subsequentem hortum tertium exornant non solùm fontes, sed & vivaria cygnorum, eximiorumq; piscium, situ, & formis eleganter destincta. In majoribus tribus metæ quædam, quas sudantes appellant, tenninique in marginibus dispositi, tantam vim aquarum in summam altitudinem ejiciunt: ut aërem vicinũ refrigerent nõ solùm, sed etiàm procellas ac imbres cælestes imitentur, pluviæque vehementis strepitum in aquis faciãt, & ventis spirantibus procul etiam dissita conspergant & irrigent. Juxta hæc vivaria, vasti Oceani species apparet in hemicyclo, theatri in formam facto. In ejus medio quadriga marmorea, conchæ Veneris marinæ in modum facta, junctis quatuor hippocampis est conspicua: in qua stat colossicus Neptunus, tridentem intentans. Si rursum descendas in infimum hortum, ad rupes occurrent fontes hinc Tritonis ac inde Veneris Cloacinæ. Et in reliqua planicie sub piscinis quatuor inextricabiles labyrinthi inter hortulos nobiliũ plantarum exoticarum quatuor alternatim dispositi sunt: ubi & ingressus egressusque in hortos datur per portam perã-plam,

Hortus secundus. *Nemus & avium concẽtus.* *Draconum fons.* *Naturæ spelunca.* *Hydraul⁹.* *Hortus tertius.* *Imber.* *Oceanus.* *Neptuni quadriga.* *Labyrinthi.*

plam, ex quadrata lapide Tiburtino magnificentissimè constructam. Hæc quidem de Tiburtina villa Hippolyti Cardinalis Atestini jam dicta sufficiant, si doctum epigramma in ejus laudem conscriptum adjecero, quod Corona Pighius Vienna secum attulerat exscriptum ex scenographia totius operis ac loci: quam pulcherrimè coloribus in tela depictam amplissimus ille Cardinalis Maximiliano II. Imp. Aug. cum antiquis aliquot maximi precii statuis tunc dono miserat:

Deliciæ veterum Tibur volventibus annis
Conciderat priscum perdideratq; decus:
Et nusquam rivi, nusquam pomaria, nusquam
Ulla super tanti signa decoris erant.
Illa loca antiquis toties celebrata poëtis
Horrebant turbi squalida facta situ.
Omnia tempus edax ita deformarat, ut hospes
Quæreret in media Tibure, Tibur ubi est?
Non tulit hanc speciem divini pectoris heros
Hippolytus, sacri gloria magna chori.
Ille loco senium abstersit, vultusq; priores
Reddidit, & solito jussit honore frui.
Illius imperio jussa revirescere silva
Cœperunt sparsis luxuriare comis.
Ille novos passim fonteis emergere jussit,
Nec mora fit, fonteis prosiluere novi.
Quos circum statuit prisceis egesta ruinis
Plurima Phidiaca signa polita manu.
Ipse Anio frontem pallenti incinctus oliva
Adfuit, & proprias consociavit opes.
Jure igitur, fon esq; sacri, silvaq; virentes,
Certatim Hippolyti nomen ad astra ferunt;
Et quotiens molli increpuit levis aura susurro,
Hippolytum alternis vocibus ingeminant.

Carulus admodum delectatur deliciarum omnis generis illo paradyso, nec ante noctem obscuram avelli inde potuit. Et isto spectaculo non satiatus, postridie qui dominicus erat, sibi matutinum sacrum in vicino eidem villæ religiosorũ cœnobio jussit apparari. Dũm eò prima luce pge-

ret, per eosdem hortos atque prætorium non sine sua suorumq; voluptate lustrationem reiteravit. Tum in templo inter alia visu dignum occurrit admirabilis sumptus & artificii ex vario marmore fabrefactum monumentum cum statua ex Pario magna ejusdem Hippolyti Cardinalis Atestini, cujus ossa reliquiæq; sunt ibidem conditæ. Sacris deinde finitis perlustrant opidum, & quicquid in eo visu dignum est. miranturq; imprimis præcipitem Anienis fluvii ex altis rupibus lapsum, & ut

Sepulchrũ Cardinalis Hippolyti.

Anienis cataracta.

——— præpete cursu
Fument, ac multa sudent aspergine cautes.

Vix unquam igitur ibi nebulæ, ventiq; desunt. Et quemadmodum ascendentes à cataractis in altum nubes sudo serenoque cælo; sic & in solem objectæ irides frequentissimè procul intuentibus apparent. Fama, veterumque scriptis fluvius hic celebris est: ex monte Trebanorum oriens, tres amœnitate nobiles lacus, qui & oppido ipsis subjecto nomen Sublaceum dedere, perfluit. Eos Tacitus Simbrivina stagna videtur appellare, scribens annalium XIV. apud illa fuisse Neronis villam Sublacensem in finibus Tiburtium, cujus etiam Frontinus de aquæductibus meminit. Inde per montes & silvas decurrens Anio juxta Tibur ex editissimis rupibus præcipitatur in subjectos campos maximo cum fragore molas aquarias plurimas variis locis exercens. Alicubi inter scopulos & saxa delapsus, sui magnam partem recondit, quam alibi tamen in descensu largiter revomit. Quin ad montium radices per imam planiciem egelidis venis sulphureis per subterranea metalla derivatis sparsim erumpit, quas Albulas vocant à colore seri lactis, cui similes videntur. Medica virtute multa pollere dicuntur tam in potu, quàm balneis, ut etiam Strabo testatur. Plinius eas vulneribus mederi scribit. Neque solùm Albulæ, sed & Albuneus supra Tibur, atque Anien ipse vi quadam sua naturali consolidant, & adglutinant corpora quævis, verùm & virgulta, ligna, folia, vel herbas, aliaq; solidiora, quæ perfluere contingit, cortice lapideo sensim obducunt, sicut & antè disseruimus. Hoc minus videbitur mirum latumias ac montes in agro Tiburti circum Anienem diligenter contem-

Sublaceũ. Simbrivina stagna.

Albula.

Albuneus fons.

Latumiæ Tiburtinæ.

contemplantibus. Apparebit his etenim, quòd etiam scopuli cautesque sæculorum successu ex aquis ibidem concreverint; & in planicie lacus atque paludes multis in locis in solidum lapideumque solum. A cataractis Carulus Princeps circum antiquas veterum ædificiorum reliquias atque vestigia ducitur à Corona Pighio: quæ Tiburi plurima, visuque dignissima reperiuntur: licet nunc ea civitas, non secus ab ipsa Roma, totaque Italia, majestate imperii collapsa, cladibus bellorum multiplicibus adflicta jaceat: cùm prius, ea florente, suburbanis principum, ditissimorumque civium prædiis circumvestita triumpharet voluptatum omnium genere: propter cæli temperiem ad æstivandum salubrem ac commodam, & soli fœcunditatem incredibilem. Græcos conditores opidum habuisse constat, sed quinam fuerint, antiquitatum Italiæ scriptores dissentiunt. At plures conveniunt in conditore Catillo, quem Arcadem nonnulli, & præfectum classis Evandri fuisse volunt: Argivum alii, filium scilicet Amphiarai vatis: quem post patris ad Thebas prodigiosum interitum, tradunt oraculo jussum venisse in Italiam multò ante bellum Iliacum, cum gentilitate sacrisque suis omnibus: atque auxilio vetustæ cognatæque gentis Oenotriorum Aboriginum expulisse ex iis locis Siculos, ac denique Tiburti majoris filii sui à nomine Tibur opidum Siculis ereptum appellasse. Nec discrepat admodum ab hac opinione Plinius, qui libro naturalis historiæ XVI. de arborū ætate scribens, asserit ætate sua tres ilices durasse apud Tiburtes, apud quas ejus oppidi conditor Tiburtus inauguratus fuerat. Sed Amphiarai filium hunc, non nepotem dicit fuisse, qui una ætate ante bellum Iliacum, & cum duobus fratribus Cora, & Catillo in Italiam venerit, oppidumque à suo nomine, ut major natu: inaugurarit: qua in opinione videtur & Virgilius esse libro Æneidos VII. Verùm Horatius, Carilli mœnia Tibur appellavit, aliorum opinionem sequutus. Quamdiu igitur ante Romam conditam hoc opidum steterit, ex jam dictis colligere est. Colebant imprimis Herculem Tiburtes singulari religione velut tutelare ac Græcanici generis deum: cujus festo quotannis die, magna ibidem populi multitudo confluere ad sacra solet. Erat & sortium oraculis celebre templum, non minus quàm Buræ in Achaja, cujus Pausanias meminit. Hinc Statius poëta in

Tiburis cōditores.

Catillus.

Tiburtus.

Hercules Tiburtinus.

Sortium oracula.

Manlii sui Tiburtino cecinit,ejus ob elegantiam villæ Tibur etiam Prænestinas Fortunas cum sortibus suis migrare potuisse, ut ibi responsa darent, nisi Hercules locum jam occupasset. Sed poetam ipsum audiamus:

Quod ni templa darent alias Tirynthia sortes,
Et Prænestina poterant migrare sorores.

Sorores quidem appellat, quòd sub duarum sororum personis colerentur,videlicet bonæ, malæque fortunæ. Herculis quidem ibi templum autumant illud fuisse periti antiquitatum,quod sub monte ad viam Tiburtinam videtur. Et altera fuit ibidem ædes Herculis Saxani,sicut docet nos titulus antiquus marmori insculptus,qui translatus nunc extat in foro, parieti domus privatæ insertus hujusmodi:

Herculis templa.

HECVLI. SAXANO. SACRVM
SER. SVLPICIVS. TROPHIMVS
ÆDEM. ZOTHECAM. CVLINAM
PECVNIA.SVA'.A.'SOLO.RESTITVIT
IDEMQVE.DEDICAVIT.K.DECEMB
L.TVRPILIO.DEXTRO.M.MÆCIO.RVFO. COS
EVTYCHVS.SER. PERAGENDVM. CVRA'VIT.

Ædes autem hęc ubi fuerit, obscurum nunc est. Colligunt tamen nonnulli differentiæ caussa Saxanum Herculem ideo nuncupasse Tiburtes, quòd ejus ędes in saxo posita fuerit,non secus ac apud Insubres Mediolani à situ templi Hercules in petra dictus fuit. Videndum itaque num quę adhuc extat in rupe posita non procul à cataractis ædes rotunda sine tecto,sumptuosi operis,ex marmore, atque artis eximiæ,Saxani sit Herculis,& culti ibidem : vt scilicet Anienis alveum compesceret, & agros ab inundationibus tueretur. Hujus enim dei in tutela terram firmam esse putabat vetustas,qui idcirco colebatur in terrarum finibus prope portus,navalia,fluminumque præcipitia. Caussam innuit etiam pulchrè poeta Statius, Surrentinum prædium sui Pollii describens,quod ad portum in litore ibidem erat juxta Neptuni,& Herculis sacras ædes. Sic etenim cecinit Silvarum lib. II.

Hercules in petra.

Herculis bene fusta.

Ante

Ante domum tumidæ moderator caruleus unda
Excubat innocui custos laris. Hujus amico
Spumant templa salo. Felicia rura tuetur
Alcides. Gaudet gemino sub numine portus.
Hic servat terras hic sævus fluctibus obstat.

Quin & lib. III. fingit Herculem ad templi sui fundamenta præparanda ibidem positis armis operi insudare, validâque solum deforme bipenni ipsum fodere asperaque invitæ perfringere viscera terræ: ut ipsius poetę verbis ferè dicam. In hunc modum fabulantur Herculem opera quæque laboriosa atque ardua in usum humanum perpetrasse, cùm orbem terrarum peragraret. Atque ipsum monstra non solùm sustulisse, hoc est, subvertisse tyrannides, potentatus pravos coërcuisse, atque nefaria malignorum puniisse scelera; verùm etiam desertis in terris urbes, oppida, & castra condidisse, portus, & navalia construxisse, vias difficiles atque impervias munivisse, damnosa avertisse flumina, & fluctibus marinis opposuisse claustra; hoc est, terminis, legibusque justis inter discordes populos diremisse bellorum semina, pacem, atque amicitias ubique conciliasse, negociationibus atque commerciis inter ignotas ac longè dissitas gentes viam aperuisse. Et propter hæc similiaque beneficia templis ubique locorum, & divinis honoribus cultum, cognominaque vel à factis vel à locis, in quibus colebatur, diversa sortitum esse ferunt. Hinc Gaditanus apud Iberos, Marcusanus apud Batavos, Monœcus apud Ligures, Baulius, & Surrentinus apud Campanos appellatus à locis fuit. Itaque Tiburs atque Saxanus apud Tiburtes dictus est, atque vicissim Tibur ipsum Herculeum, ut Strabo, Martialis, & alii testantur: quasi totum hoc municipium ejus dei sacris initiatum esset. Quin & in prætorio Tiburti cum cæteris diis Hercules, non secus ac Romæ in Capitolio Jupiter, colebatur: nec non inter ordines concilii publici, atque sacerdotiorum, Augustales Herculanei dicti sunt ibidem, & magnæ dignitatis erant: quod ipsum Corona Pighius meus per titulos, & epigraphas ex marmoribus antiquis ibi collectas abundè mihi probavit. E quibus exemplum vnum vel alterum hic adjicere lubet, studiosorum antiquitatis in gratiam, quibus deesse non possum.

Ejus cognomina.

Augustales Herculanei.

Ti-

Hercules Tiburs Victor.

Tiburi in S.Vincentii sacra æde.	Ibidem in descensu montis in ipsa via fragmentum.
HERCVLI TIBVRT. VICT. ET.CETERIS.DIS PRÆT.TIBVRT L.MINICIVS NATALIS COS.AVGVR LEG.AVG.PR.PR. PROVINCIÆ MOESIÆ.INFER VOTIS.SVSC.	C.SEXTILIVS V. V. TIBVRTIVM LIB.EPHEBVS HERCVLANIVS AVGVSTALIS Item in summo templo. C.ALBIVS.LIVILLÆ.L THYMELVS.HERC AVGVSTALIS,

Sibulla Tiburtina.

Illustravit item Tibur antiquissimis temporibus Sibullarum decima,quam Albuneam Latini,Leucotheam Græci nominarunt,divinis eam colentes honoribus : ideoque lucum cum delubro fonteque propter aquarum albedinem ejusdem cum ipsa nominis illi sacrarunt supra Tibur in mōtibus,ubi natam,oraculaque dedisse ferunt : cujus Maro poëta Æneidos VII,& ejus commentator Servius; item Horatius & ejus interpres mentionem faciunt. Ceterùm Carulus Princeps de his pro angustia temporis edoctus, sumpto prandio Romam inde contendit: atq; ex via deflectens ad lævam cum suis peragravit AEliam Tiburtinam Hadriani Imp villam in clivo montis positam,& urbis peramplæ, sed miserandum in modum prostratæ desertæq; forma protensam. Stupebat inter tot immanes ædificiorum superborum ruinas ductus princeps , nec credere poterat villam unam fuisse,videns tot prætoria,porticus,ædes sacras,aquæductus, balneas,atque Laconica,Theatrum insuper & amphitheatrum, & quicquid ambitiosæ structuræ residuum ibi fuit. Sed imprimis erat conspicuus in summam altitudinem evectus murus, atque ita in longum directus in meridiem, ut duorum stadiorum habeat ambulationis circuitionem, quam Græci διάυλον,teste Vitruvio, vel etiam περιδρομίδα vocare consueverunt, qui muris ab altero semper latere sole splendente commodam præbebat umbram, horis maximè quibus exercenda erant corpora: uti stadia sudo cælo se exercen-

AElia villa Hadriani Imp.

Diaulos.

xercentibus paterent duplicia, vel in umbra, vel in sole; ad decursiones, aut palestras, deambulationésve subdiales. Quàm immensis autem sumptibus hanc villam exædificarit Hadrianus, non solùm ruinæ demonstrant: verùmetiam Spartianus in ejus vita declarat, scribens ipsum celeberrima provinciarum, atque urbium loca ibidem effinxisse, & imitatum fuisse, nec non nominibus suis inscripsisse, velut Lyceum, Academiam, Pœcilen, & Prytaneum Athenarum; Tempe Thessaliæ, Canopum AEgypti, & similia. Item ne quid prætermitteretur, etiam Inferos ibidem effinxisse dicit. Et hæc quidem loca propriis & aptis suis ornamentis, ex quibus cognosci possent, instructa quin fuerint, non est quod dubitemus nimirum signis, picturis, & emblematibus; atque etiam statuis, & hermis illustrium hominum, qui vel præclaris gestis, vel scriptis illa loca quondam celebrarũt: quæ cuncta bellorum clades, barbarorum ac temporum injuriæ dissiparunt atque perdiderunt. Equidem memini, cùm olim juvenis agrum Tiburtinum hæcce indagandi studio percitus sæpe percurrerem, atque etiam diligenter perscrutarer, me non pauca repperisse similium ornamentorum ex ejus villæ ruinis extractorum præclara monimenta: me quoque tum è latebris protulisse hermarum truncos plures è villæ dictæ locis à Spartiano nominatis (ut certò colligimus) sublatos, & in ædificia vicina translatos: in quibus legebantur adhuc illustrium Græcorum nomina, quorum vultus expresserant, characteribus Gręcis insculpta; scilicet, Themistoclis, Miltiadis Isocratis, Heracliti, Carneadis, Aristogitonis, & aliorum: quos truncos indicio meo non diu pòst Iulius tertius Pontifex Max. colligi, transvehique Romam curavit, ad exornandos hortos suos, quos ad Flaminiam viã citra pontem Mulvium magnis impensis tunc excolebat, à Mœcenate meo Marcello Cervino Cardinale S. Crucis certior de his factus, cui ego horum argumenta quędam penna deliniaram. Carulus cum ex AElię villæ ruinis se tandem explicasset, declinante jam sole festinus Tiburtina via Romam perrexit. Nec aliud in itinere tum perlustrare datum, quàm obiter occurrentia veterum monumenta: atque imprimis in Anienis ripa Plautiorum Silvanorum ingens mausoleum, ex saxo quadrato constructum juxta pontem, qui viam antiquam ibi ab utraqua fluminis ripa conjungit: & Lucanus vulgò

Hermæ illustrium virorum.

Carulus princeps Romã pergit.

Plautiorũ mausoleũ.

Pons Plautius. vulgò (caussam ignoro) nunc appellatur, Plautium verò pontem vocare quidam docti malunt, & arbitrantur à triumphalibus istis Plautiis, quorum elogia in ipso mausoleo leguntur,& viam munitam,pontemque factum fuisse:cùm maximè jam usu receptum esset ex ordinatione D.Augusti, teste Suetonio: uti triumphales ex manubiali pecunia vias per Italiam munirent. Accedit quòd in tertio P.Plautii elogio (cujus tabula quamvis jamdudum ex mausoleo deciderit, exemplum apud antiquitatum studiosos adhuc extat) legatur, inter honorum ejus titulos ipsum ex auctoritate Ti.Claudii Aug. curatorem viarum sternendarum à vicinis lectum fuisse. Ceterùm Romæ principis adventus non latuit. Etenim ad tertium ab urbe lapidem officiosorum, atque familiarium Pontificis Max. fiebat occursus. *VtRomæ exceptus, Carulus.* Intrantem accepit subobscura jam nocte propè Diocletiani thermas castri præfectus cum præcipua nobilitate Romana: ubi cùm inter se, ut ipsorum usus ferebat, amicissimè consalutassent, equo nobili, ac ditissimè phalerato vectum Carulum, cereisque multis stipatum, magna cum pompa per urbem ducunt in Vaticani Palatii suum hospitium, ubi omnia repperit apparatissima. Postridie visitationibus licet principum non parum fatigatus, à prandio tamen negocia sibi à patre & amicis mandata cum Gregorio Pontifice Maximo peragere cœpit. Atque inter alia diversorum, qui sua illius fidei commendarant, nationi Germanicæ studentium Bononiæ gnaviter ac seriò patrocinatus est. Cui, ut olim ablata propter juveniles quorundam errores privilegia restituerentur, petiit. Immeritò jam tanto tempore multari innoxios, qui ejus culpæ consortes, aut rei nunquam fuere. Ad singula benignum responsum retulit, satisfactumque est ejus expectationi abundè. Verùm licentiam intra quatriduum discedendi non potuit impetrare tàm facilè, ut sperabat: quamvis causaretur opinione se diutius in Campania rerum visendarum miraculis,& Cardinalis Granuellani, principumque ceterorum singulari humanitate detentum fuisse, atque idcirco præscriptum sibi tempus indies magis arctari. Cupiebat tamen Pontifex ipsum manere post Kal. usque Februarias, ut diebus paucis à peracta profectionis labore nonnihil recrearetur: & ut ceteris solemni divę matris Deiparæ Mariæ festo postridie Kal.

easdem

easdem consecrandis ab eo præsens donari ex more posset. Solet etenim tum summus Pontifex non solùm consecrare cereos, ac inter suos distribuere: verùm & populus Christianus ubique locorum ad sacra antemeridiana conveniens ex vetere ritu illos ad templum adferre, & à sacerdote piis votis verbisque conceptis benedictos accendere, & gestare. Recolens nimirum animo lumen illud salutare, quod eodē die seni Simeoni typū mundi repræsentanti affulsit in spiritu: cùm Christum recens natum infantem in templo ex lege comparentem, ut veram mundi lucem ambabus exciperet manibus. Quocirca Deum ecclesia Christiana, uti frigida corda nostra calore suæ charitatis accendat; & ut accensa candela noctis, ita sancti Spiritus splendor mentis nostræ tenebras ad nominis sui gloriam, nostramque salutem illuminet. Ceterùm Carulus cùm VIII. Kal. Februarias de suis, ut dixi, negociis transigere cœpisset, reuersus in hospitium, hilaris ac alacer cænavit. Porrò post mediā noctem, somnosq; nō satis quietos, febris eū occupat: quæ licet postridie remissior fuerit, pectoris tamē, ac ventriculi, superiorūmq; costarū dolorem non relaxavit. Iaq; medicorum ex consilio domi atq; in lecto se continuit; adhibitaque sunt omnis generis remedia necessaria, & quicquid potius expedire videbatur. Nihilominus cùm morbi vis acrior tertio die, nēpe VI. Kal. recurreret, latēs in visceribus jā diu malum exanthemata in fronte, temporibus, ac pectore primùm; nec diu postea per totum corpus emiserunt pustulis crebris, minutis, depressis, atq; cū nigrore rubescentibus: Variolas appellāt Itali lingua sua, quod cutē coloribus varient. Verùm medici censebant ex spuriis esse, quales ante quadriennium Romæ grassari cœperant: & ab eo tēpore ex salubribus insalubres, & ex securis periculosas esse factas, sæpe comperiri. Eas autē crescere dies novem, decrescere deinde totidem: nec antequam suum virus egesserint, ac decrescere incipiant, rectè dijudicari posse. Die verò sequenti V. Kal. occupant quoq; gulam, linguam, atq; palatū: indiesq; deinceps multiplicantur, & dilatantur per universum corpus: non tamen in acutum fastigiatæ cutē elevant, veluti papulæ salutares solēt, cùm virus effundere volunt: sed contrà depressæ, & tanquam inculcatæ manent; tandemq; multis in locis in unam quasi crustam coëunt, & plenæ vitiati sanguinis, dū exiccan-

Cereorum consecrandorum ritus.

Carulus ægrescit.

Exanthematū ortus.

Pons Plautius. Vulgò (caussam ignoro) nunc appellatur, Plautium verò pontem vocare quidam docti malunt, & arbitrantur à triumphalibus istis Plautiis, quorum elogia in ipso mausoleo leguntur,& viam munitam,pontemque factum fuisse:cùm maximè jam usu receptum esset ex ordinatione D.Augusti, teste Suetonio: uti triumphales ex manubiali pecunia vias per Italiam munirent. Accedit quòd in tertio P.Plautii elogio (cujus tabula quamvis jamdudum ex mausoleo deciderit, exemplum apud antiquitatum studiosos adhuc extat) legatur, inter honorum ejus titulos ipsum ex auctoritate Ti.Claudii Aug. curatorem viarum sternendarum à vicinis lectum fuisse. Ceterùm Romæ principis adventus non latuit. Etenim ad tertium ab urbe lapidem officiosorum, atque familiarium Pontificis Max. fiebat occursus. *Vt Romæ exceptus, Carulus.* Intrantem accepit subobscura jam nocte propè Diocletiani thermas castri præfectus cum præcipua nobilitate Romana: ubi cùm inter se, ut ipsorum usus ferebat, amicissimè consalutassent, equo nobili, ac ditissimè phalerato vectum Carulum, cereisque multis stipatum, magna cum pompa per urbem ducunt in Vaticani Palatii suum hospitium, ubi omnia repperit apparatissima. Postridie visitationibus licet principum non parum fatigatus, à prandio tamen negocia sibi à patre & amicis mandata cum Gregorio Pontifice Maximo peragere cœpit. Atque inter alia diversorum, qui sua illius fidei commendarant, nationi Germanicæ studentium Bononiæ gnaviter ac seriò patrocinatus est. Cui, ut olim ablata propter juveniles quorundam errores privilegia restituerentur, petiit. Immeritò jam tanto tempore multari innoxios, qui ejus culpæ consortes, aut rei nunquam fuere. Ad singula benignum responsum retulit, satisfactumque est ejus expectationi abundè. Verùm licentiam intra quatriduum discedendi non potuit impetrare tàm facilè, ut sperabat: quamvis causaretur opinione se diutius in Campania rerum visendarum miraculis,& Cardinalis Granuellani, principumque ceterorum singulari humanitate detentum fuisse, atque idcirco præscriptum sibi tempus indies magis arctari. Cupiebat tamen Pontifex ipsum manere post Kal. usque Februarias, ut diebus paucis à peracta profectionis labore nonnihil recrearetur: & ut celeis solemni divę matris Deiparæ Mariæ festo postridie Kal.

easdem

easdem consecrandis ab eo præsens donari ex more posset. Solet etenim tum summus Pontifex non solùm consecrare cereos, ac inter suos distribuere: verùm & populus Christianus ubique locorum ad sacra antemeridiana conveniens ex vetere ritu illos ad templum adferre, & à sacerdote piis votis verbisque conceptis benedictos accendere, & gestare. Recolens nimirum animo lumen illud salutare, quod eodē die seni Simeoni typū mundi repræsentanti affulsit in spiritu: cùm Christum recens natum infantem in templo ex lege comparentem, ut veram mundi lucem ambabus exciperet manibus. Quocirca Deum ecclesia Christiana, uti frigida corda nostra calore suæ charitatis accendat; & ut accensa candela noctis, ita sancti Spiritus splendor mentis nostræ tenebras ad nominis sui gloriam, nostramque salutem illuminet. Ceterùm Carulus cùm VIII. Kal. Februarias de suis, ut dixi, negociis transigere cœpisset, reuersus in hospitium, hilaris ac alacer cænavit. Porrò post mediā noctem, somnosq; nō satis quietos, febris eū occupat: quæ licet postridie remissior fuerit, pectoris tamē, ac ventriculi, superiorūmq; costarū dolorem non relaxavit. Iaq; medicorum ex consilio domi atq; in lecto se continuit; adhibitaque sunt omnis generis remedia necessaria, & quicquid potius expedire videbatur. Nihilominus cùm morbi vis acrior tertio die, nēpe VI. Kal. recurreret, latēs in visceribus jā diu malum exanthemata in fronte, temporibus, ac pectore primùm; nec diu postea per totum corpus emiserunt pustulis crebris, minutis, depressis, atq; cū nigrore rubescentibus: Variolas appellāt Itali lingua sua, quod cutē coloribus varient. Verùm medici censebant ex spuriis esse, quales ante quadriennium Romæ grassari cœperant: & ab eo tēpore ex salubribus insalubres, & ex securis periculosas esse factas, sæpe comperiri. Eas autē erescere dies novem, decrescere deinde totidem: nec antequam suum virus egesserint, ac decrescere incipiant, rectè dijudicari posse. Die verò sequenti V. Kal. occupant quoq; gulam, linguam, atq; palatū: indiesq; deinceps multiplicantur, & dilatantur per universum corpus: non tamen in acutum fastigiatæ cutē elevant, veluti papulæ salutares solēt, cùm virus effundere volunt: sed contrà depressæ, & tanquam inculcatæ manent; tandemq; multis in locis in unam quasi crustam coëunt, & plenæ vitiati sanguinis, dū exiccan-

Cereorum consecrandorum ritus.

Carulus ægrescit.

Exanthematū ortus.

exiccantur, nigrescunt. Itaque cùm morbus nimium ingravescens corripuisset etiam interiora viscera, pulmonem & præcordia: nec medicorum peritissimorum industria sedulitasque, nec omnium vota, precesque salvare principem istum potuere. Sic enim ab æterni, summique boni divina providentia constitutum fuit. cujus consilium in abysso magna positum, mortali ingenio pervestigari nequit. & cujus unius beneficio nascimur, vivimus ac morimur. Nec est quòd maleficium quispiam autumet: si funiculum Deus maturè rumpat argenteum (ut Ecclesiastæ sacris quasi verbis dicam) hydriámve conterat, ut ad fontem recurrat aqua suum: hoc est, ut revertatur pulvis in terram suam unde erat: & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum. Obiit autem Carulus V. Idus Februarias ante meridiem, ægritudinis suæ die X V. cùm jam viribus ac omni virtute naturali penitus esset exhaustus. Caussam atque originem tanti mali nec familiares qui aderant, ejusque corpus à puero curarant, nec medici doctissimi, ac artis peritia non solùm præstantissimi, verùm & prudentiæ fama tunc in urbe celeberrimi, Michaël Mercatus, & Alexander Petronius, qui periclitanti præsto semper fuere, consilium ac opem sedulò suggerentes, non aliam divinare potuerunt, quàm exanthemathum copiam atque violentiam, atque inde natas in visceribus suppurationes: quas anno superiore, cùm eodem morbo Viennæ Februario item mense laboraret (sicut & antè memoravimus) non satis expurgatas fuisse, rerum successus tandem demonstravit. Eas autem morborum pater autumnus insequens fortassis excitasset denuo, si domi in quiete solitaque diæta perstitisset. Cæterùm nunc itineris Italici labores, continuæque per ventos, pluvias, æstus ac frigora profectiones impedimento fuisse videtur, erumpendique facultàtem atque otium morbo negasse. Qui tamen interea compressus in visceribus vires, uberemque materiam colligere, atque incrementa sumere non destitit: maximè quòd victus, exerciorumque rationem consuetam observare Carulus proficiscendo non poterat. Nam cùm ferè locorum ubique gratissimus adveniret hospes; splendidis epulis exceptum dapaticè convivere semper oportebat: quare quassato fatigationibus insuper corpore, tentatur in itinere nonnunquam motiunculis levibus: primùm Mantuæ, post

Caruli principis mors.

Morbi caussa & origo,

Autumnus morborum pater.

pòst Anconæ febriens. Ac inde Romam pergens, gravari doloribus caput non ſemel conqueritur. Æquè tamen ſemper hilaris atque alacer. Valetudinem etenim ipſe ſuam vix agnoſcere atque æſtimare potuit. Tam animo magnus, ac patiens erat, ut etiam imbecillis fortem ſe judicaret. Numquam igitur vel ipſi, vel alicui ſuorum, cùm etiam febricitaret, exanthematum nova ſuſpicio ſuboriri potuit: priusquam ſeriò tandem fatales totum ejus corpus occuparent. Sic viſum fuit ſuperis. Quin etiam Neapoli quodam die poſt pilæ luſum è ſphæriſterio reverſus Carulus, ut exæſtuarat afflatus aura, dumque lavaret iturus cum Granuella no & Principibus ceteris ad prandium: Corona Pighius animadvertit in ejus facie, temporibusq; pallidas ac rotundas inter ruborem maculas plures: easque tum ſibi proximis Joanni Reckio & Alexandro cubiculario monſtravit, mirabundus quidnam portenderent. at illi, ſimiles etiam aliquotiens apparere in manuum brachiorumque ejus juncturis dixere: ſed eas non diu poſt rurſus evaneſcere. Et quia tunc temporis non malè valebat princeps, nil cogitatum de his amplius fuit. Exitus tamen poſtea docuit, expullantium ſub cute exanthematum hæc ſigna veſtigiaque fuiſſe. Quàm altè morbus iſte materiam ac ſpatium temporis nactus radices egiſſet, poſtridie quàm obiiſſet IV. Idus Februarias multò clarius patuit, cùm corpus condiendum aromatibus ex mādato ſummi Pontificis ab anatomico peritiſſimo ſecaretur, & medicis, familiaribusque defuncti præcipuis coram præſentibus, exempta viſcera diligenter examinarentur. Tum pulmo puſtulis læſus, atque exanthematum intus tabe corruptus atque infectus omnibus oſtenditur: eundemque diſſolutum à coſtis pondere ſuo concidiſſe reperiunt: quemadmodum ſe vidiſſe Corona Pighius teſtatur ubique ſeriò, teſtimoniumque ſuum ephemeride confirmat Alexandri Petronii, medicorum ibidem principis. Nam hic hiſtoriam ac ſucceſſum iſtius morbi, curas, atque remedia adhibita luculenter in diurnum retulit: illudque ſua, collegæq; Michaëlis manu ſubſcriptum ipſi Pighio Belgicam repetituro dedit, quo Principi patri Guilhelmo Duci, conſilio, proceribusque quid certi de ratione morbi illius infelicis adferre poſſet. Eandem cùm hiſtoriolā & mihi communicaret, facilè pſuaſit, ut inter cetera quæ huic operi ſubnectere coronidis loco

Exanthematum indicia.

Cadaver ab anatomico ſecatur.

decreveram, & hanc adjicerem. Orbi etenim Christiano manifestum fiat oportet, quàm nefariis technis, quàm vastis atque impiis mendaciorum follibus hæretici tempestates concitare conentur ubique: quo Ecclesiæ Christianæ Catholicæ, vel D. Petri navem sævis fluctibus obruerent. Ausi nãque in vulgus confestim spargere rumores, atque etiam editis famosis libellis per Germaniam disseminare, Carulum principẽ Romæ veneno sublatum esse. Quapropter uti splendidiore fuco tectum venenum propagarent facilius inter prophanos & incautos; adjicere non puduit, sacrosanctum Christi Dei Servatoris nostri corpus Carulo toxicum fuisse, Christi Vicarium, summumque Sacerdotem Gregorium XIII. perpetrasse nefas. Ach quid ista blasphemia magis horrendum, quid atrocius dici, cogitarive potest? Sepulchrum æne patens similium guttur est? linguaque ne venenum aspidum? Sed hujus tam apertæ calumniæ fundamenta quomodo quis firmabit, stabiliéve? Quærant ipsi certa veneni dati indicia: non sanè invenient ulla, in quibus vel exigua tam nefarii delicti suspicio residere poterit. Evocent ab inferis Minoa vel Rhadamantum, potiúsve severissimum ac M. Tulli suffragio sapientissimum illum quæsitorem L. Cassium Longinum: quem Pediano teste, populus Romanus scopulum reorum appellitare solebat. Ille proferat urnam, sortiatur, & cogat è campis Elysiis suis ex veteri more selectos in concilium judices. Quærat imprimis, uti consueverat, CVI BONO. fuisset, hoc scelus perpetrare: principem adolescentem innocuum & hospitem veneno tollere, sacrosancta redemptionis nostræ mysteria profanare, & abuti in pernitiem humanæ vitæ. Caussæ statum excutiat, & cognoscat non oscitanter: tabellas ex lege patris sui colligat: mox non crimen sed meram calumniam esse discet, & accusatorum similium factiones majestatis atque paricidii legibus puniendas esse judicum omnium ex sententia pronũciabit. Cùm igitur de veneficii facinore nil penitus constet, multoque minus de facinoris auctore: cur cælum ac superos accusant? cur Christum atque ejus hierarcham cum omnibus sacris reos faciunt? Non tamen in foro poli, ut nunc ajunt, nec ab tribunal legitimum; ubi reorum caussæ excutiuntur prudenter; sed apud stolidum & incautum vulgus prælongis auribus arrectum quidem semper; sed multis oculis lippum, & linguis

Hæreticorũ calumnia de veneno dato.

L. Cassius L. F. Longinus quæsitor ob severitatem ac rigorem in iustitia scopulus reorum nũcupatus.

L. Cassius Longinus scopuli reorum pater tribunus plebis lege suffragiorũ tabellas in iudiciis dedit.

Vulgi iconismus.

linguis infinitis obstreperum undique. cujus judicia nil aliud ferè, quàm venti spolia, quisquiliæ vel cyparissi fructus, & suffragia, ψεύματα pura puta sunt, ut veteri Græco proverbio dicitur. Et tale quidem monstrum vulgus est. Cujus omnia membra, nervos, ac vires in perniciem salutis humanæ Diabolus excitat, & armat: ut ejus auxilio convellat religionis, concordiæ, tranquillitatisque publicæ fundamenta. Nam ex hoc infido temerariæ ventosęque plebis freto per Typhonas suos rumorum tempestatibus atque procellis immanibus Christi segetes prosternit & vastat: ut impietatis zizaniam suam in ejus agro spargat latiùs, glebam sibi semper inveniens commodam in perampla nostræ perversitatis latifundio. Non ignarus est etenim, tam magnum ac impudens mendacium fingi non posse, quod applausores suos ibidem non inveniat. Expertus insuper multo jam antè quàm noxia vulnera religioni Christianæ Catholicæ, atque ordini ecclesiastico similibus calumniæ suæ spiculis inflixerit olim in excessu Cæsaris Henrici Lucemburgensis: quæ licet multiplicibus rationum ac testium medelis sanata fuerint: horum tamen cicatrices in imperitorum pectoribus remansisse novit. Nam quo fœdius est crimen, quod vel in innocentissimum impingitur, hoc tenacius apud multos hæret ejus suspicio, quos veritatis indagandæ cura non sollicitat. Quapropter ignorantiæ nostræ subsidio mendacii pater ille fretus, suis præstigiis, & hæreticorum hominum ministerio densissimas errorum tenebras offundere cõmuni hominum vitæ non cessat: ut populum veri ignarum, atque omnia in caligine cæca metuentem à Romanæ fidei fonte purissimo seducat ad fœtidas hæresium latrinas suas; gregem à pastore suo divellat, & luporum rictibus objiciat. Hæc commoda sibi quærit auctor omnis calumniæ diabolus. Hinc est, quòd illud Agni immaculati juge sacrificium, quo nos Deo reconciliari vehementer dolet, abominatum reddere; Christi Vicario tanti sceleris nota summam conflare invidiam conatur: sperans ea via se Christi in terris regnum, subversis religionis, fidei ac sacræ reipublicæ fundamentis, tollere posse. Nam palmam se cunctis præripuisse, navemque suam in portu duabus firmatam anchoris autumat: si legem atque obedientiam antiquando populum Christianum rebellem, & divini humanique juris contemptorem fecerit.

Novit tamen suæ prorsus potestatis hoc non esse. Ipsius etenim mendaciorum catapultas ex invidia, malignitateque constructas, cùm Deo visum, elucens veritas facilè destruit & confringit, non secus ac sol oriens glaciem, nives, ac grandines sensim dissolvit. Quid tonitrua, fulmina, tempestuosæque procellæ? quæ raro contingunt sine strage & damno locorum quibus impinguntur. An cælum aliquando pertundunt? an ejus cardines aut sidera disturbant? Minimè quidem. Sed ex aquarum fæculentis vaporibus evectam in altum aëra condensatamque materiam in antiperistasi, & enantiomate suo cum magnis fragoribus tumultuantem vis solis dissipat, atque repellit ad veteres sedes, excrementaque sua. Nec aliter Dei summi nutu convertere & corrigere nos volentis inferorum faber ille niger inflat hæresum discordiarumque tempestates & incendia; seditionum ac bellorum ventos urentes, nullique parcentes excitat: donec omnipotens nostra placatus pœnitentia suam à nobis iram avertit. Tum dæmonis calumniatoris ac maligni noxia tela conterit sol oriens justitiæ æterna lux & veritas Christus: & discussa mendaciorum, errorumque caligine, fabrum illum ad sua tartara remittit. adeò valida & invicta res est cælestis illa veritas, qua suam Deus fovet Ecclesiam: quam sponsam castam & charam semper septemplice sancti Spiritus sui clypeo adversus omnes calumniatorum, ac hæreticorum insultus haud dubiè tuebitur. Is siquidem, cui nihil tectum, omnia in lucem proferet; ut pluribus argumentis sycophantias illas excutere & convellere supervacaneum nunc videatur. Quare restat, ut historiæ hujus nostræ cursum expediamus: ex qua simul luce clarius, candide lector, patebit, quàm iniquè tanti sceleris invidia summum Pontificem onerare, atque urbem Romam, principum Christianorum observantissimam, fontem humanitatis, & artium, cultricem virtutum omnium, atque communem bonorum patriam, velut nefandam venenorum Seplasiam quandam diffamare calumniatores hæretici voluerint: nec minus Italiam velut vastam impiorum latronum silvam omnibus exteris suspectam facere. Non in alium profectò finem, quàm ut peregrinam juventutem à cognitione & consuetudine virtutum Italicarum procul arcerent, populum Christianum à capite, & corpore Catholicæ Ecclesiæ

Roma laus.

fiæ divellerent. Ceterùm ut Italia vivum ac valentem Carulum propter virtutes, summamque nobilitatem maximi semper fecit, sibique beneficiis, atque liberalitate publica locorum ubique devincire contendit: sic etiam Roma plurium dierum consuetudine & præsentia illius gaudens sibi satisfacere in accumulandis ei honoribus, officiisque vix unquam potuit. Quæ & in ægritudine ipsius, & post mortem amoris ac pietatis studia sua publicè declarando longè majora & firmiora de eodem judicia protulit, quemadmodum ex sequentibus manifestum fiet. Nam cùm ad primam morbi gravioris famam attonita & mœsta civitas in dubio suspensa maneret; Cardinalium, principum atque magnatum ministri frequentes quotidie visebantur in atrio & ante penetralium vestibula de principe & successu valetudinis suæ sollicitè investigantes, officiaque singulatim præsentantes. Adeò ne minimam quidam occasionem procerum aut legatorum quispiam omittere tum videbatur; qua curam & sollicitudinem suam de principis istius incolumitate testificari poterat. Atqui summus Pontifex Gregorius XIII. in medenda procurandaque Caruli valetudine, leniendoque morbo nullam divinam & humanam opem non imploravit, non adhibuit. Visitat adflictum, consolaturque benignissimè. Pro ejus salute apud Deum opt. Max. ipse dum sacris privatim operatur, sedulò atque suppliciter intercedit. Quin ad primum ancipitis periculi metum supplicationes ejus jussu passim in ecclesiis, cœnobiis, nesocomiis, orphanotrophiis atque sacris religiosorum sodalitatibus pro principis hujus bona valetudine sunt habitæ, & sæpius repetitæ. Nec minore cura pauperibus ex suo subveniri, largasque stipes ubique distribui jussit. Et quidem VII. Idus Februarias cùm exanthematum introrsus maturescentium vis, & phlegmatum copia periculum ingens in guttere crearent: eleemosynam quadringentorum aureorum eodem die erogatam fuisse Corona Pighius à familiaribus summi Pontificis intimis tum intellexit in pauperes pios: qui pacem à Deo precibus exposcerent, ut volēs propitiusque malum, atque calumniarum materiam averruncaret: & adolescentem optimæ spei principem recrearet, longeque sospitaret. Sed jamdudum statuisse locum ac tempus videtur summum numen; uti liqueret bonis, quàm

Summi Pontificis sollicitudo in procuranda Caruli valetudine & incolumitate.

charus esset superis: qui quasi in sinu sanctæ matris Ecclesiæ, ad petram fidei, in limine templi gratiarum, divinæque misericordiæ, atque in anni placabilis exordio diem suum obiret extremum. sit licet malignis reprobis lapis offensionis ad ruinam, quamdiu impingere & cadere volunt, ut conterantur. Præsagia mortis Caruli quædam, quæ prius contigerant, pòst animadversa sunt; quædam in ipsius excessu palam intervenere. quæ curiosorum in gratiam, magis ne prætermitterem, ascribere visum est, quàm quia fidem omnibus ejus generis adhibendam autumem. Cùm per Alpes ingrederetur Italiam, repetierat per viam sæpius Maronianos istos versus notissimos:

Præsagia & prodigia mortis Caruli.

Per varios casus, per tot discrimina rerum
Tendimus in Latium: sedes ubi fata quietas
Ostendunt.

Et cùm tandem à Corona Pighio rogaretur, cur eandem totiens cantillaret cantilenam: quasi in Latio quiescere deberet, & longiore itinere patria non esset repetenda;
» arridens respondit: Hoc opus, hoc labor est. Sed illi versus
» animo nunc semper obvolvuntur. Et cùm Neapoli reversus Tibure Romam contenderet, & in via ludicris se recreans, cannis prælongis ex arundineto vicino raptis, hastiludia &
» velitationes equestres inter suos excitaret: nunc, inquit,
» jucundi simus, nam Romæ sapere nimioperè debemus. Notatum insuper est, quòd invitatus non semel cupidè, Germanicum collegium studiosorum ejus nationis Romæ recèns à Pontifice summo Gregorio magnificentissimè institutum præteriisset, ac invisere neglexisset: cùm in vicinia tamen Cardinales ac proceres officii caussa visitaret. Cùm postridie Kal. Februarias à prandio graviter decumbenti cereæ candidæ plures in antemeridiano solemni divæ Mariæ virginis matris purificatæ sacrificio ex more consecratæ summi Pontificis nomine præsentarentur: sollicitus, an illæ ad suam pertinerent sepulturam rogavit. Eodem ferè quo Romæ cum morbo conflictabatur æger tempore, bubo Clivis per plures dies in Palatio visus ac auditus media luce: qui vix jaculis abigi à turribus ac tectis tum potuit. Caruli frater germanus Joannes Guilhelmus Princeps tum ad Sanctos martyres degens

Germanicū collegium Romæ virtutum seminarium.


Ioānis Guil-

legens Trajanæ, præter morem tristior taciturniorque visus fuit: nec ipsi quidem nec cuipiam caussa facilè succurrere poterat. Et nocte quadam intempesta somno territus exiliit è lecto, cum ejulatu ministros excitans. Et rogatus ab attonitis quid accidisset: fratrem mortuum efferri se vidisse clamavit. Postridie Nonas Februarias triduo priusquam moreretur Carulus, post mediam noctem in quiete visus Coronæ Pighio humana statura major ac valens: lucido & claro vultu lætus intrare cubiculum toga aurea ad pedes usque vestitus: & mox capite obnuptus excedere. quo somnio territus Pighius resumptis vestibus surrexit, & ad principem properavit, quem vigilantem, sed valde laborantem invenit. Quarto Kal. Februarias, undecimo ante obitum ejus die post occasum solis, & horam noctis primam, in aëris sere-

...helmi principis somnium de fratre Carulo.

Coronæ Pighii somniũ de Carulo principe.

Prodigium in cælo visum.



nitate tranquillitateque magna fax ignea quædam parum cæruleumque cælum lucido & tortuoso sulco secare visa est: cujus inferior extremitas ab horizonte vel finitore cæli occidui juxta tenuioris crepusculi dextrum latus exurgens M. literam, ejusque tres obeliscos confertos triangulis tribus figura repræsentabat: & hinc obliquo tramite in altum

tendens paulisper meridiem versus, mox vertice reflexo respiciebat occidentem: quo jaculi ferream cuspidem, vel magni serpentis tumidum caput, inflatasque buccas imitabatur: quemadmodum visæ sibi facis istius typum Corona Pighius graphicè nobis expressit. Tantæ autem fuit claritatis, ut per eam quasi rimam, cælis ibidem apertis empyrei supremi vel ætheris splendor refulgere videretur. quam tamen parumper obscurarunt oppositæ parvæ nubeculæ tres in aëre medio pendentes, quas umbra terræ post solis abitum tenebris obducebat. Docti plures tum Romæ, qui vidêre prodigium, vel cometæ, cujus imbecillior ac tenuior materia vi solis ac siderum inflammata citius evanuerit: vel bolidis speciem potius fuisse censuere. qualem & Mutinensia mala quondam vidisse Plinius testatur lib. II. cap. XXVI.

Bolis.

Cùm cecidit fato consul uterque pari:

Romanumque Imperium ad monarchiam declinavit, Hirtio & Pansa consulibus in prœlio ad Mutinam occumbentibus. Constat autem subito quodam, vixque visibili motu accensam in cælo stetisse facem istam. Cumque vix ad semihoræ spacium durasset, lucidus ejus sulcus ab imo horizonte paulatim defecit ad superius usque cacumen suum: quod aliquanto diutius cometæ forma propter spissitatem suam resplendebat per noctis conticinium. At cuspidis illa facies quibusdam persuasit ex acontiarum fuisse genere, quę jaculi in modum vibrantur in altum ocissimo significatu, ut Plinius inquit. qualem & suo tempore visam novissimè scribit lib. II. cap. XXV. de qua T. Vespasianus Cæsar præclaro carmine scripserat in suo quinto consulatu. cui tamen illa vitæ, imperiique brevioris prænuncia fuit; uti hæc fortasse Carulo principi Cliviensi. Quorundam verò conjectura fuit, quibus vertex bolidis superior anguineum caput apparebat, summi Pontificis Gregorii mortem portendere hoc prodigium: cujus familiaria insignia sunt in clypeo purpureo volans aureus draco. Sed rerum eventus aliter docuit. Nam fluxum instabileque prodigium istud caducum, mortalis vitæ gloriæque fructum adolescenti principi portendisse videtur. Placet igitur hoc argumentũ, imitando Pipentiũ poëtam

Acontia.

poëtam non inelegantem, Cea quadam monodia concludere, quæ vices epitaphii cujusdam supplere poterit:

Iam nihil eximium cecinit durabile fama
Vera nimis. Terreis. ach, tantum ostensus abisti
Carule. Per crepera lucis confinia qualem
Surgentem Oceano solem, pariterq; cadentem
Vix intellecta cernit discrimine Thule

Cùm verò functum fato Carulum palam factum est, luctus in urbe tota quasi publicus fuit: duravitque etiam per Februarii mensis feriatos Bacchanaliorum dies: queis regionatim taurorum venationes dari mappæ in Capitolio brabejaque Circensium modo proponi certantibus: atque conditionis cujusque civeis, & inquilini catervatim per plateas divagari, solemni licentia lascivire, variaque in veste personati concentus edere consueverant: *Luctus ob mortem Caruli. Bacchanalia Romana.*

Et canere ad Veteres verba jocosa modos:

Quemadmodum olim Quinquatribus minusculis mense Junio tibicinas Romani temulenti, larvatique per urbem triduo vagabantur. Verùm hæc ludicra tam anni Jubilei religio, quàm inopinatus hujus Principis obitus inhibuit. Non enim dici facilè potest, quantum doloris Romæ tam importuna mors concitarit animis maximorum procerum, atque omnium ordinum. quod quidem satis testabantur legati ac literæ ad patrem Illustrissimum Ducem Guilhelmũ consolandum undecunque properantes. Summus Pontifex Gregorius internuncium suum Gasparem Gropperum, qui tum temporis cum potestate legati in inferiore Germania Coloniæ Agrippinæ propter publica Ecclesię negotia moram trahebat ad patrem proficisci jussit, uti quo posset studio vehementer afflicti nomine consolaretur afflictissimum. Addidit litteras Christi Vicario dignas, summam nimirum humanitatem, atque Christianam prorsùs pietatem redolentes; quas candidus lector, si legere cupiat, in appendice hujus operis inveniet. Ceterùm honor ingens olim apud veteres fuit, si cui benemerito de republica, claroque viro, funebres impensæ decretæ fuissent ex ærario publi- *Quinquatria minuscula. Summi Pontificis Gregorii litera ad patrem Guilhelmũ Ducem. Honor funeris publici.*

blico, quemadmodum P. Valerio Poplicolę & Agrippæ Menenio Lanato, reipublicę libertatisque Romanæ exordio contigit. Huic, quod plebem in secessione perniciosa patribus reconciliasset; illi, quòd pulsa regum tyrannide consul legibus popularibus libertatem restituisset, fascesque Imperii sui populo subjecisset: utrisque propter eximiam temperantiam summasque virtutes. Pręclarum item decus fuit & magnum popularis amoris, reverentiæ, atque gratitudinis argumentum, si viritim asses ab unoquoque spontanea liberalitate ad sepulturam mortuo principi viro conferrentur: uti Q. Fabio Maximo Rullo collati propter res bello Samnitico domi forisque bene gestas. Cui mortuo tantum æris populi liberalitate ad funus congestum est, ut ejusinde filius Q. Fabius visceratonem & epulum publicè dederit: honore contentus largitionem plebi grata munificentia refundens. Immortalis hæc itaque gloria tam apud Græcos quàm Romanos fuit: quòd populus tam optimè meritos tanquam parentes publicos suis sumptibus sepelire voluerit; non quasi, propter inopiam, ipsis pecuniæ ad sepulturam deessent. Nec aliter summus Pontifex Gregorius adolescentem hunc principem magnificentissimè suis impensis efferri publicè voluit: uti mors etiam ejus dignè pro vitæ merito celebraretur. More igitur regio justa defuncti non solùm splendore & apparatu, verùm & honore, studio ac benevolentia universi populi Romani præclara suspiciendaque fuere. Nam IV. Idus Fabruarias, cùm mane visitatum à medicis cadaver; lotum atque aromatibus conditum ex more ministri sumptuosioribus induissent vestibus: à meridie mox pompa funebris è Vaticanæ basilicæ D. Petri pronao perreligiosorum varios ordines pro defuncto preces ac nænias canentium longa serie traduci cœpit. quæ duabus amplius horis moveriac pergere, priusquam è basilicæ sacrario corpus tolleretur. Funalia in hac pompa quidam ultra quadringenta numerarunt, pręter candelabra, & lychnuchos. Viginti quatuor nobiles ejusdem staturæ juvenes Germani, mixtis Caruli familiaribus præcipuis, atrati, ad pedes usque, ac in ternos quatuor parium cœtus divisi feretro vicissim succollare; parique numero, & æquis ferè spatiis invicem succedendo, lassos recreati per viam relevare: In hunc modum Carulus suorum humeris è basilica Vaticana latus per Leoninum subur-

Stipis ad funus collatæ decus.

Pompa funebris.

bium

bium trans Ælium pontem ad campum Martium. Sequebantur funus summi Pontificis familia, Cardinalium, principum, legatorum, aliorumque procerum domestici nobiles magna cum frequentia. Populus Romanus undecunque per plateas in spectaculum effusus ædium januas, fenestras etiam, ac tecta passim implere, catervatim vias obstruere, circumcursare pompam ac feretrum. Jam lachrumæ, suspiria, ac voces cum mortui confusæ laudibus palàm auditæ publicum dolorem, & desiderium sublati tam immatura morte principis testabantur, atque synceri gratiam amoris usque præ se ferebant. Delatus & depositus est in æde publica Germanicę nationis D. Mariæ Virgini matri animarum patronæ sacra. Ubi dum canuntur juxta funus consuetæ nęniæ, præcesque præeuntur: tantus repentè concursus irrupit populi confluentis ad ultimum spectaculum ipsius cadaveris, uti parum abfuerit quin atrati familiares eius atque sacrifici feretrum circumstantes colliderentur. Populi deinde turba summota, cadaver eodem vespere capulo includitur plumbeo, tabulis ligneis vestito, collocaturque in templi cella majore, ubi summum est altare, sacraque à choro peraguntur. quod summi Pontificis jussu ibidem ad bimestre stetit supra terram, perpetuo cereorum lumine illustratum. Non enim visum fuit condere sepulchro corpus, priusquam patris intelligeretur voluntas; an in Germaniam illud ad se transferri, an Romæ mandari terræ vellet. Interea fit solemnis exequiarum apparatus. Celebratæ sunt autem in eadem æde D. Virginis matris postridie Kal. Martias, ab obitu Caroli hebdomadis tertiæ postremo die. Templi circum parietes interiores atque inter columnia nigro panno vestiti, & obnubulati tenebras, candelarum funaliumque frequentia pellebat: & vitæ fragilis, mortalitatisque nostrę memoriam ejus argumenti picturę passim & icones intuentium oculis sese offerentes renovabant. Excitatur in umbilico templi pegma, vel tumulus honorarius ædiculæ quadratæ forma: cujus fastigium in pyramidem exurgebat acuminatam, vestiebaturque panno nigro totus. Verùm ima latera exornabantur aulæis ex auro nigroque holoserico intertextis. Spectatorem præterea populum detinere poterant emblematum atque elogiorum sciographicæ picturæ, tumulo in honorem defuncti affixæ. A capite & pedibus

AEdes sacra D. Maria animarum patrona nationis Germanica.

Exequiæ.

Tumulus honorarius.

pedibus nobilissimæ stirpis gentilitia armorum insignia refulgebant cum titulo tali: CARVLVS FRIDERICVS. GVILHELMI. DVCIS. JVLIÆ CLIVIÆ. MONTIVM. &c. MAJOR FILIVS. Sub his erant ad caput simulachra duo humi sedentia: Ecclesia videlicet Catholica lugens in habitu matronali velata, ac templum in sinu tenens ⁝ item Fides Christiana in vestitu virgineo calicem in manu dextra, & crucem in ulnis habens. His adscriptum elogium fuit hoc: ECCE. QVIA. SEMITAS. NOSTRAS FECIT. PROPTEREA DOMINVS. SVSCEPTOR. ANIMÆ. ILLIVS. Ad pedes ex adverso stabant Justicia cum bilance, & Temperantia liquorem in vasculis miscens. quibus aderat elogium ale:

Tessera vel symbola Caroli principis.

MAGNA. LVX. SEQVETVR TE. QVIA. JVSTE. ET TEMPERANTER. EGISTI. Ceterùm in lateribus utrisque repræsentabantur tesseræ, vel usitata quondam Carulo synthemata duo: nimirum à dextris clypeus argenteus, cordibus humanis tectus ac munitus, velut in testudinem seriatim coeuntibus: è quorum singulis flammulæ emicabant aureæ. cui circumscriptum erat in margine: AMOR. OPTIMA. CVSTODIA. Quod quidem synthema docet, non tutiorem custodiam, non satellitium validius Principi esse bono posse, quàm suorum civium aut subditorum amor & concordia: quemadmodum & alio loco hoc antea declaravimus.

Arionis cytharædi fabula declarata.

A sinistris Ariona Methymnæum coronatum lauro vehebat dorso delphinus per undas: dum in palla Tyria sedens, lyram plectro pulsat. cujus symboli elogium fuit: VIRTVS. OPTIMA. CVSTODIA. Monstrat prudentem virum multiplices lyræ sive mentis suæ nervos ritè moderantem, adversas quasque fortunæ tempestates, atque pericula sæpius exuperare: felicitatisque veræ metam attingere nonnunquam posse, si dissonos affectionum motus rectè conciliarit, & musicè temperarit.

Vita humana lyra.

Humana namque vita lyræ perfectæ numerisque omnibus absolutę similis est, ut Euriphamus Pythagoricus opinatur. Nec secus Diotogenes ejusdem sectæ philosophus lyræ suis nervis decenter, ac omnifariā instructæ comparat legibus bene constitutā remp. vel civitatem, eandemq; mundi pulchrā illam harmoniā imitari dicit, si Dei officiū inter homines administrans rex, aut princeps

Reip. lyra.

ceps bonus rationis & æquitatis arte moduletur in eadē ritè: scilicet,ut in concētum dulcem varias hominum voluntates, ac discrepantes opinionum tonos congruenter aptet, inque consensum suavisonum redigat. Nam quæ harmonia à musicis dicitur in cantu, eadem est in civitate concordia, arctissimum atque optimum in omni rep. vinculum: quæ sine justitia nullo pacto esse potest; sicut etiam aptissimè P. Africanus apud Ciceronem in fine libri secundi de rep. disserit. Hæc igitur Principis virtus optima reip. custodia est. Hic feros ac silvestres animos, ac saxea hominum corda in sui amorem ac admirationem trahet, & amatus terra marique concitas bellorum tempestates optimè tranquillabit. Atqui talem nobis citharœdum vel potius principem veterum poëtarum atque philosophorum fabulæ in Orpheo suo, in Amphiône, nec non Arione jam dicto repræsentarunt, ut alia oportunitate latius exponemus. At verò sub descripti tumuli machina crebris cereorum ordinibus coronata capulus aureo panno tectus cum cadavere collocatur, dum exequiarum justa persolvuntur. Tum triginta nobiles Germani pullis circumamicti pannis, capitaque lugubrem in modum obnupti,atque totidem circumpôsita funalia nigra tumulum stipare,quamdiu summum publicum Sacrificium funcbre; concinente threnos musicorum choro, præsules quinque, præeunte Cavano, magna cum majestate faciunt. Supplicatum non minus est interea ad singula Divûm altaria seu pulvinaria per singulos sacrificos. Laudationem è pulpito dixit Latinè cum splendida majorum memoria, stemmatumque relatione facundus orator quidam Germanus, Cardinalis Tridentini Madrucii familiaris. Jam sacris finitis cùm antè tumulum extremæ canerentur ab Episcopis monodiæ, ministri quatuor apposita tumulo vexilla nigra ad ejus angulos quatuor movere ac ventilare. qui ritus fortunæ mobilis inconstantiam, atque vanam vitæ fragilis nostræ gloriam remonstrabat. Has adeò solemnes exequias præsentia sua decorarunt è sacro summi senatus collegio Cardinalium præcipui quique, multi ex Episcoporum ordine: inter quos amitimus Caruli Bavarorum princeps Ernestus effulsit conspicuus. Adfuerunt item externorum principum legati, atq; summi Pontificis propinqui cum honorato comitatu Palatino. Et quicquid

Vexillorum motus in exequiis quid signet.

quid denique in urbe Roma nobilitatis Germanicæ fuit, ad postremum Caruli funus celebrandum confluxit. Nec defuerunt in pietatis officia doctorum ingenia provincialiúque defuncti studia ác honores: qui certatim templi fores atque parietes eruditis epitaphiis, elegiis atque epicædiis non sine summa ejus laude contexerant: Quorum pauca studiosorum in gratiam huic operi subnectere constitui. Ceterùm pridiè Nonas Apriles responsum allatum est à patre Illustrissimo Duce Guilhelmo: qui literis summum ejus mœrorem testantibus denique declaravit, divino nutui in omnibus sibi obtemperandũ esse, nec alio filii exuvias loco deponendas videri, quàm Romæ, ubi meliorem ejus partẽ evocare ad cœlestem patriam omnipotenti numini visum fuit. Sepultus est itaq; Carulus in dicti templi cella majore, ex adversum ei monimento quod Hadriano VI. Ultrajectino Pontif. Max. in dextro pariete erectum videtur, ad cujus imitationem memoriæ filii charissimi pater Guilhelmus cenotaphium magnificentissimum in sinistro cellæ parietæ ex preciosis nobilium marmorum lapidibus exstrui jussit, quod altero pòst anno quatuor milium aureorũ impensa fuit absolutum.

Nænia & epicædia in Caruli mortem.

Sepulchrũ Caruli.

FINIS.

CLARIISIMO ATQUE OPTIMO DOMINO HENRICO WESIO I. C. PRÆstantissimo, atque Illustrissimi Principis Wilhelmi Cliviensium, &c. Ducis Cancellario, Stephanus Vinandus Pighius S. P. D.



ABES nunc tandem, vir clarissime, meũ Herculem Prodicium, toties ab amicis efflagitatum. Sed quod promisso meo non minus, quàm expectatione tua, multorumq; tardius procedat; non est, quod mirum tibi videatur. Nam cùm opus aggredior serio, nil aliud, quàm Herculeos in eo labores usque reperio: ut ad amussim, & integrè titulo suo respondeat, Etenim tanta rerum varietas atque difficultas occurrit ubique: ut non minus quàm Hercules ipse dicitur, me sæpius quarta luna natum conquestus fuerim. Quapropter haud tritam ingressus viã, properandum mihi magis cum maturitate, quàm

festinandum impudenter fuit: præsertim in hoc scripti genere, in quo multò plus est laboris, quàm quisquam facilè conjectet, qui periculum ipse nunquam fecerit. In mediis igitur exantlandis hujus operis difficultatibus, non semel tædium ac lassitudo quædam oboriebatur: maximè cùm frequenter auguraretur animus, quòd hujus argumenti novitas non solum apud imperitos & indoctos; sed etiam apud plures eruditos, qui in pensitādis aliorum sudoribus minus sunt candidi, plus invidiæ nobis, quàm gratiæ sit conciliatura. Ita quidem se habet hic fatalis opinionum atq; religionis dissensus, indies magis gliscens, ut pro suo cerebro infecto quisq; judicet, nihilq; probet, nisi quod suæ sit factionis; vel sententiæ. At nobis quidem non expedit similium ronchos expavescere, sed Christi potius nomine patienter tolerare, ne à divinæ veritatis via declinemus. Animo namq; fixum est penitus, nunquam ab illa magna domo sanctæ matris Ecclesiæ Catholicæ Romanæ discedere: nunquam ab amplo ovili summi nostri Pastoris Christi, constituiq; ab ipso Vicarii custodia segregari. Unus etenim est hierarches in cælis; sic unus in terris esse debet. Non deerunt etiam fortassis, quibus videbor minutiora quædam persequi, & honores Carulo exhibitos ubiq; locorum describere, & veluti cramben sæpius recoquere. Sed animadvertet facilè (spero) candidus lector, historiæ continuandæ contexũ, in itinerario præsertim, id requirere. Alioquin tanta rerum varietate conditam narrationis cramben non puto fastidium aliis, quàm Sybariticis palatis parituram. Aliorum deniq; veterum auctorum exemplo me hoc fecisse non ignorant docti; atq; imprimis clarissimi apud Græcos Xenophōtis historici: qui Cyrum regem dum instituit, ipsum pueriliter lusitantē, atque cum matre Mandana, & avo Astyage perappositè confabulantem inducit, accurateq; depingit: quo pueri regia indoles à teneris, vt ajunt, unguiculis agnosceretur. Jam est quod verear præterea, ne nostra diatribe, qua veterem urbium, gentium, familiarumque quarundam nobilem antiquitatem excutimus, multis paradoxa videatur. Sed his (ni fallor) dumtaxat, qui stemmata metiuntur sua ex clypeorum solis notis, & coloribus non intellectis, nobilitatis verò fontem negligunt & contemnunt. His scire satis est, in Cimmeriorum tenebrosis cunis suos majores olim vagiisse, vel ex Autochtonum antris prodiisse.

Ecclesiæ magna domus.

Cyri pueri indoles regia.

Nam

charus esset superis: qui quasi in sinu sanctæ matris Ecclesiæ, ad petram fidei, in limine templi gratiarum, divinæque misericordiæ, atque in anni placabilis exordio diem suum obiret extremum. sit licet malignis reprobis lapis offensionis ad ruinam, quamdiu impingere & cadere volunt, ut conterantur. Præsagia mortis Caruli quædam, quæ prius contigerant, pòst animadversa sunt; quædam in ipsius excessu palam intervenere. quæ curiosorum in gratiam, magis ne prætermitterem, ascribere visum est, quàm quia fidem omnibus ejus generis adhibendam autumem. Cùm per Alpes ingrederetur Italiam, repetierat per viam sæpius Maronianos istos versus notissimos:

Præsagia & prodigia mortis Caruli.

Per varios casus, per tot discrimina rerum
Tendimus in Latium: sedes ubi fata quietas
Ostendunt.

Et cùm tandem à Corona Pighio rogaretur, cur eandem totiens cantillaret cantilenam: quasi in Latio quiescere deberet, & longiore itinere patria non esset repetenda; » arridens respondit: Hoc opus, hoc labor est. Sed illi versus » animo nunc semper obvolvuntur. Et cùm Neapoli reversus Tibure Romam contenderet, & in via ludicris se recreans, cannis prælongis ex arundineto vicino raptis, hastiludia & » velitationes equestres inter suos excitaret: nunc, inquit, » jucundi simus, nam Romæ sapere nimiopere debemus. Notatum insuper est, quòd invitatus non semel cupidè, Germanicum collegium studiosorum ejus nationis Romæ recens à Pontifice summo Gregorio magnificentissimè institutum præteriisset, ac invisere neglexisset: cùm in vicinia tamen Cardinales ac proceres officii caussa visitaret. Cùm postridie Kal. Februarias à prandio graviter decumbenti cereæ candidæ plures in antemeridiano solemni divæ Mariæ virginis matris purificatæ sacrificio ex more consecratæ summi Pontificis nomine præsentarentur: sollicitus, an illæ ad suam pertinerent sepulturam rogavit. Eodem ferè quo Romæ cum morbo conflictabatur æger tempore, bubo Clivis per plures dies in Palatio visus ac auditus media luce: qui vix jaculis abigi à turribus ac tectis tum potuit. Caruli frater germanus Joannes Guilhelmus Princeps tum ad Sanctos martyres degens

Germanicum collegium Romæ virtutum seminarium.


Joannis Guil.

legens Trajanæ, præter morem triſtior taciturniorque viſus fuit: nec ipſi quidem nec cuipiam cauſſa facilè ſuccurrere poterat. Et nocte quadam intempeſta ſomno territus exiliit è lecto, cum ejulatu miniſtros excitans. Et rogatus ab attonitis quid accidiſſet: fratrem mortuum efferri ſe vidiſſe clamavit. Poſtridie Nonas Februarias triduo priusquam moreretur Carulus, poſt mediam noctem in quiete viſus Coronæ Pighio humana ſtatura major ac valens: lucido & claro vultu lætus intrare cubiculum toga aurea ad pedes usque veſtitus: & mox capite obnuptus excedere. quo ſomnio territus Pighius reſumptis veſtibus ſurrexit, & ad principem properavit, quem vigilantem, ſed valde laborantem invenit. Quarto Kal. Februarias, undecimo ante obitum ejus die poſt occaſum ſolis, & horam noctis primam, in aëris ſere-

helmi principis ſomnium de fratre Carulo.

Coronæ Pighii ſomniũ de Carulo principe.

Prodigium in cælo viſum.



nitate tranquillitateque magna fax ignea quædam parum cæruleumque cælum lucido & tortuoſo ſulco ſecare viſa eſt: cujus inferior extremitas ab horizonte vel finitore cæli occidui juxta tenuioris crepuſculi dextrum latus exurgens M. literam, ejusque tres obeliſcos conſertos triangulis tribus figura repræſentabat: & hinc obliquo tramite in altum

tendens paulisper meridiem versus, mox vertice reflexo respiciebat occidentem: quo jaculi ferream cuspidem, vel magni serpentis tumidum caput, inflatasque buccas imitabatur: quemadmodum visæ sibi facis istius typum Corona Pighius graphicè nobis expressit. Tantæ autem fuit claritatis, ut per eam quasi rimam, cælis ibidem apertis empyrei supremi vel ætheris splendor refulgere videretur. quam tamen parumper obscurarunt oppositæ parvæ nubeculæ tres in aëre medio pendentes, quas umbra terræ post solis abitum tenebris obducebat. Docti plures tum Romæ, qui vidêre prodigium, vel cometæ, cujus imbecillior ac tenuior materia vi solis ac siderum inflammata citius evanuerit: vel bolidis speciem potius fuisse censuere. qualem & Mutinensia mala quondam vidisse Plinius testatur lib. II. cap. XXVI.

Bolis.

Cùm cecidit fato consul uterque pari:

Romanumque Imperium ad monarchiam declinavit, Hirtio & Pansa consulibus in prœlio ad Mutinam occumbentibus. Constat autem subito quodam, vixque visibili motu accensam in cælo stetisse facem istam. Cumque vix ad semihoræ spacium durasset, lucidus ejus sulcus ab imo horizonte paulatim defecit ad superius usque cacumen suum: quod aliquanto diutius cometæ forma propter spissitatem suam resplendebat per noctis conticinium. At cuspidis illa facies quibusdam persuasit ex acontiarum fuisse genere, quę jaculi in modum vibrantur in altum ocissimo significatu, ut Plinius inquit. qualem & suo tempore visam novissimè scribit lib. II. cap. XXV. de qua T. Vespasianus Cæsar præclaro carmine scripserat in suo quinto consulatu. cui tamen illa vitæ, imperiique brevioris prænuncia fuit; uti hæc fortasse Carulo principi Cliviensi. Quorundam verò conjectura fuit, quibus vertex bolidis superior anguineum caput apparebat, summi Pontificis Gregorii mortem portendere hoc prodigium: cujus familiaria insignia sunt in clypeo purpureo volans aureus draco. Sed rerum eventus aliter docuit. Nam fluxum instabileque prodigium istud caducum, mortalis vitæ gloriæque fructum adolescenti principi portendisse videtur. Placet igitur hoc argumentũ, imitando Pipentiũ poëtam

Acontiæ.

poëtam non inelegantem, Cea quadam monodia concludere, quæ vices epitaphii cujusdam supplere poterit:

Iam nihil eximium cecinit durabile fama
Vera nimis. Terreis. ach, tantum ostensus abisti
Carule. Per crepera lucis confinia qualem
Surgentem Oceano solem, pariterq; cadentem
Vix intellecto cernit discrimine Thule

Luctus ob mortem Caruli. Bacchanalia Romana.

Cùm verò functum fato Carulum palam factum est, luctus in urbe tota quasi publicus fuit: duravitque etiam per Februarii mensis feriatos Bacchanaliorum dies: queis regionatim taurorum venationes dari mappæ in Capitolio brabeaque Circensium modo proponi certantibus: atque conditionis cujusque civeis, & inquilini catervatim per plateas divagari, solemni licentia lascivire, variaque in veste personati concentus edere consueverant:

Et canere ad Veteres verba jocosa modos:

Quinquatria minuscula.

Quemadmodum olim Quinquatribus minusculis mense Junio tibicinas Romani temulenti, larvatique per urbem triduo vagabantur. Verùm hæc ludicra tam anni Jubilei religio, quàm inopinatus hujus Principis obitus inhibuit. Non enim dici facilè potest, quantum doloris Romæ tam importuna mors concitarit animis maximorum procerum, atque omnium ordinum. quod quidem satis testabantur legati ac literæ ad patrem Illustrissimum Ducem Guilhelmū consolandum undecunque properantes. Summus Pontifex Gregorius internuncium suum Gasparem Gropperum, qui tum temporis cum potestate legati in inferiore Germania Coloniæ Agrippinæ propter publica Ecclesię negotia moram trahebat ad patrem proficisci jussit, uti quo posset studio vehementer adflicti nomine consolaretur adflictissimum. Addidit litteras Christi Vicario dignas, summam nimirum humanitatem, atque Christianam prorsus pietatem redolentes; quas candidus lector, si legere cupiat, in appendice hujus operis inveniet. Ceterùm honor ingens olim apud veteres fuit, si cui benemerito de republica, claroque viro, funebres impensæ decretæ fuissent ex ærario publi-

Summi Pontificis Gregorii litera ad patrem Gulhelmū Ducem.

Honor funeris publici.

bli-

blico, quemadmodum P. Valerio Poplicolę & Agrippæ Menenio Lanato, reipublicę libertatisque Romanæ exordio contigit. Huic, quod plebem in secessione perniciosa patribus reconciliasset; illi, quòd pulsa regum tyrannide consul legibus popularibus libertatem restituisset, fascesque Imperii sui populo subjecisset: utrisque propter eximiam temperantiam summasque virtutes. Pręclarum item decus fuit & magnum popularis amoris, reverentiæ, atque gratitudinis argumentum, si viritim asses ab unoquoque spontanea liberalitate ad sepulturam mortuo principi viro conferrentur: uti Q. Fabio Maximo Rullo collati propter res bello Samnitico domi forisque bene gestas. Cui mortuo tantum æris populi liberalitate ad funus congestum est, ut ejusinde filius Q. Fabius visceratationem & epulum publicè dederit: honore contentus largitionem plebi grata munificentia refundens. Immortalis hæc itaque gloria tam apud Græcos quàm Romanos fuit: quòd populus tam optimè meritos tanquam parentes publicos suis sumptibus sepelire voluerit; non quasi, propter inopiam, ipsis pecuniæ ad sepulturam deessent. Nec aliter summus Pontifex Gregorius adolescentem hunc principem magnificentissimè suis impensis efferri publicè voluit: uti mors etiam ejus dignè pro vitæ merito celebraretur. More igitur regio justa defuncti non solùm splendore & apparatu, verùm & honore, studio ac benevolentia universi populi Romani præclara suspiciendaque fuere. Nam IV. Idus Fabruarias, cùm mane visitatum à medicis cadaver; lotum atque aromatibus conditum ex more ministri sumptuosioribus induissent vestibus: à meridie mox pompa funebris è Vaticanæ basilicæ D. Petri pronao perreligiosorum varios ordines pro defuncto preces ac nænias canentium longa serie traduci cœpit, quæ duabus amplius horis moveri ac pergere, priusquam è basilicæ sacrario corpus tolleretur. Funalia in hac pompa quidam ultra quadringenta numerarunt, pręter candelabra, & lychnuchos. Viginti quatuor nobiles ejusdem staturæ juvenes Germani, mixtis Caruli familiaribus præcipuis, atrati, ad pedes usque, ac in ternos quatuor parium cœtus divisi feretro vicissim succollare; parique numero, & æquis ferè spatiis invicem succedendo, lassos recreati per viam relevare: In hunc modum Carulus suorum humeris è basilica Vaticana latus per Leoninum suburbium

Stipis ad funus collatæ decus.

Pompa funebris.

bium trans Ælium pontem ad campum Martium. Sequebantur funus summi Pontificis familia, Cardinalium, principum, legatorum, aliorumque procerum domestici nobiles magna cum frequentia. Populus Romanus undecunque per plateas in spectaculum effusus ædium januas, fenestras etiam, ac tecta passim implere, catervatim vias obstruere, circumcursare pompam ac feretrum. Jam lachrumæ, suspiria, ac voces cum mortui confusæ laudibus palàm auditæ publicum dolorem, & desiderium sublati tam immatura morte principis testabantur, atque synceri gratiam amoris usque præ se ferebant. Delatus & depositus est in æde publica Germanicę nationis D. Mariæ Virgini matri animarum patronæ sacra. Ubi dum canuntur juxta funus consuetæ nęniæ, præcesque præeuntur: tantus repentè concursus irrupit populi confluentis ad ultimum spectaculum ipsius cadaveris, uti parum abfuerit quin atrati familiares ejus atque sacrifici feretrum circumstantes collιderentur. Populi deinde turba summota, cadaver eodem vespere capulo includitur plumbeo, tabulis ligneis vestito, collocaturque in templi cella majore, ubi summum est altare, sacraque à choro peraguntur. quod summi Pontificis jussu ibidem ad bimestre stetit supra terram, perpetuo cereorum lumine illustratum. Non enim visum fuit condere sepulchro corpus, priusquam patris intelligeretur voluntas; an in Germaniam illud ad se transferri, an Romæ mandari terræ vellet. Interea fit solemnis exequiarum apparatus. Celebratæ sunt autem in eadem æde D. Virginis matris postridie Kal. Martias, ab obitu Caruli hebdomadis tertiæ postremo die. Templi circum parietes interiores atque inter columnia nigro panno vestiti, & obnubulati tenebras, candelarum funaliumque frequentia pellebat: & vitæ fragilis, mortalitatisque nostrę memoriam ejus argumenti picturę passim & icones intuentium oculis sese offerentes renovabant. Excitatur in umbilico templi pegma, vel tumulus honorarius ædiculæ quadratæ forma: cujus fastigium in pyramidem exurgebat acuminatam, vestiebaturque panno nigro totus. Verùm ima latera exornabantur auleis ex auro nigroque holoserico intertextis. Spectatorem præterea populum detinere poterant emblematum atque elogiorum sciographicæ picturæ, tumulo in honorem defuncti affixæ. A capite & pedibus

Ædes sacra D. Mariæ animarum patronæ nationis Germanicæ.

Exequiæ.

Tumulus honorarius.

pedibus nobilissimæ stirpis gentilitia armorum insignia refulgebant cum titulo tali : CARVLVS FRIDERICVS. GVILHELMI. DVCIS. IVLIÆ CLIVIÆ. MONTIVM. &c. MAJOR FILIVS. Sub his erant ad caput simulachra duo humi sedentia: Ecclesia videlicet Catholica lugens in habitu matronali velata, ac templum in sinu tenens ; item Fides Christiana in vestitu virgineo calicem in manu dextra, & crucem in ulnis habens. His adscriptum elogium fuit hoc: ECCE. QVIA. SEMITAS. NOSTRAS FECIT. PROPTEREA DOMINVS. SVSCEPTOR. ANIMÆ. ILLIVS. Ad pedes ex adverso stabant Justicia cum bilance, & Temperantia liquorem in vasculis miscens. quibus aderat elogium alc:

MAGNA. LVX. SEQVETVR TE. QVIA. IVSTE. ET TEMPERANTER. EGISTI. Ceterùm in lateribus utrisque repræsentabantur tesseræ, vel usitata quondam Carulo synthemata duo: nimirum à dextris clypeus argenteus, cordibus humanis tectus ac munitus, velut in testudinem seriatim coeuntibus: è quorum singulis flammulæ emicabant aureæ. cui circumscriptum erat in margine: AMOR. OPTIMA. CVSTODIA. Quod quidem synthema docet, non tutiorem custodiam, non satellitium validius Principi esse bono posse , quàm suorum civium aut subditorum amor & concordia: quemadmodum & alio loco hoc antea declaravimus. A sinistris Ariona Methymnæum coronatum lauro vehebat dorso delphinus per undas: dum in palla Tyria sedens, lyram plectro pulsat. cujus symboli elogium fuit: VIRTVS. OPTIMA. CVSTODIA. Monstrat prudentem virum multiplices lyræ sive mentis suæ nervos ritè moderantem, adversas quasque fortunæ tempestates, atque pericula sæpius exuperare: felicitatisque veræ metam attingere nonnunquam posse, si dissonos affectionum motus rectè conciliarit, & musicè temperarit. Humana namque vita lyræ perfectæ numerisque omnibus absolutę similis est, ut Euriphamus Pythagoricus opinatur. Nec secus Diotogenes ejusdem sectæ philosophus lyræ suis nervis decenter, ac omnifariã instructæ comparat legibus bene constitutã remp. vel civitatem, eandemq; mundi pulchrã illam harmoniã imitari dicit, si Dei officiũ inter homines administrans rex, aut princeps

Tessera vel symbola Caruli principis.

Arionis cytharœdi fabula declarata.

Vita humana lyra.

Reip. lyra.

ceps bonus rationis & æquitatis arte moduletur in eadē ritè: scilicet, ut in concĕtum dulcem varias hominum voluntates, ac discrepantes opinionum tonos congruenter aptet, inque consensum suavisonum redigat. Nam quæ harmonia à musicis dicitur in cantu, eadem est in civitate concordia, arctissimum atque optimum in omni rep. vinculum: quæ sine justitia nullo pacto esse potest; sicut etiam aptissimè P. Africanus apud Ciceronem in fine libri secundi de rep. disserit. Hæc igitur Principis virtus optima reip. custodia est. Hic feros ac silvestres animos, ac saxea hominum corda in sui amorem ac admirationem trahet, & amatus terra marique concitas bellorum tempestates optimè tranquillabit. Atqui talem nobis citharœdum vel potius principem veterum poëtarum atque philosophorum fabulæ in Orpheo suo, in Amphiŏne, nec non Arione jam dicto repræsentarunt, ut alia oportunitate latius exponemus. At verò sub descripti tumuli machina crebris cereorum ordinibus coronata capulus aureo panno tectus cum cadavere collocatur, dum exequiarum justa persolvuntur. Tum triginta nobiles Germani pullis circumamicti pannis, capitaque lugubrem in modum obnupti, atque totidem circumpŏsita funalia nigra tumulum stipare, quamdiu summum publicum Sacrificium funebre; concinente threnos musicorum choro, præsules quinque, præeunte Cavano, magna cum majestate faciunt. Supplicatum non minus est interea ad singula Divûm altaria seu pulvinaria per singulos sacrificos. Laudationem è pulpito dixit Latinè cum splendida majorum memoria, stemmatumque relatione facundus orator quidam Germanus, Cardinalis Tridentini Madrucii familiaris. Jam sacris finitis cùm antè tumulum extremæ canerentur ab Episcopis monodiæ, ministri quatuor apposita tumulo vexilla nigra ad ejus angulos quatuor movere ac ventilare. qui ritus fortunæ mobilis inconstantiam, atque vanam vitæ fragilis nostræ gloriam remonstrabat. Has adeò solemnes exequias præsentia sua decorarunt è sacro summi senatus collegio Cardinalium præcipui quique, multi ex Episcoporum ordine: inter quos amitinus Caroli Bavarorum princeps Ernestus effulsit conspicuus. Adfuerunt item externorum principum legati, atq; summi Pontificis propinqui cum honorato comitatu Palatino. Et quicquid

Vexillorum motus in exequiis quid signet.

quid denique in urbe Roma nobilitatis Germanicæ fuit, ad postremum Caruli funus celebrandum confluxit. Nec defuerunt in pietatis officia doctorum ingenia provincialiúque defuncti studia ác honores: qui certatim templi fores atque parietes eruditis epitaphiis, elegiis atque epicædiis non sine summa ejus laude contexerant: Quorum pauca studiosorum in gratiam huic operi subnectere constitui. Ceterùm pridiè Nonas Aprileis responsum allatum est à patre Illustrissimo Duce Guilhelmo: qui literis summum ejus mœrorem testantibus deniq; declaravit, divino nutui in omnibus sibi obtemperandū esse, nec alio filii exuvias loco deponendas videri, quàm Romæ, ubi meliorem ejus partē evocare ad cœlestem patriam omnipotenti numini visum fuit. Sepultus est itaq; Carulus in dicti templi cella majore, ex adversum ei monimento quod Hadriano VI. Ultrajectino Pontif. Max. in dextro pariete erectum videtur, ad cujus imitationem memoriæ filii charissimi pater Guilhelmus cenotaphium magnificentissimum in sinistro cellæ parietæ ex preciosis nobilium marmorum lapidibus exstrui jussit, quod altero pòst anno quatuor milium aureorū impensa fuit absolutum.

Naniæ & epicædia in Caruli mortem.

Sepulchrū Caruli.

FINIS.

CLARIISIMO ATQUE OPTIMO DOMINO HENRICO WESIO I. C. PRÆSTANTISSIMO, atque Illustrissimi Principis Wilhelmi Cliviensium, &c. Ducis Cancellario, Stephanus Vinandus Pighius S. P. D.



ABES nunc tandem, vir clarissime, meū Herculem Prodicium, toties ab amicis efflagitatum. Sed quod promisso meo non minus, quàm expectatione tua, multorumq; tardius procedat; non est, quod mirum tibi videatur. Nam cùm opus aggredior serio, nil aliud, quàm Herculeos in eo labores usque reperio: ut ad amussim, & integrè titulo suo respondeat, Etenim tanta rerum varietas atque difficultas occurrit ubique: ut non minus quàm Hercules ipse dicitur, me sæpius quarta luna natum conquestus fuerim. Quapropter haud tritam ingressus viā, properandum mihi magis cum maturitate, quàm

festinandum impudenter fuit: præsertim in hoc scripti genere, in quo multò plus est laboris, quàm quisquam facilè conjectet, qui periculum ipse nunquam fecerit. In mediis igitur exantlandis hujus operis difficultatibus, non semel tedium ac lassitudo quædam oboriebatur: maximè cùm frequenter auguraretur animus, quòd hujus argumenti novitas non solum apud imperitos & indoctos; sed etiam apud plures eruditos, qui in pensitādis aliorum sudoribus minus sunt candidi, plus invidiæ nobis, quàm gratiæ sit conciliatura. Ita quidem se habet hic fatalis opinionum atq; religionis dissensus, indies magis gliscens, ut pro suo cerebro infecto quisq; judicet, nihilq; probet, nisi quod suæ sit factionis, vel sententiæ. At nobis quidem non expedit similium ronchos expavescere, sed Christi potius nomine patienter tolerare, ne à divinæ veritatis via declinemus. Animo namq; fixum est penitus, nunquam ab illa magna domo sanctæ matris Ecclesiæ Catholicæ Romanæ discedere: nunquam ab amplo ovili summi nostri Pastoris Christi, constituiq; ab ipso Vicarii custodia segregari. Unus etenim est hierarches in cælis; sic unus in terris esse debet. Non deerunt etiam fortassis, quibus videbor minutiora quædam persequi, & honores Carulo exhibitos ubiq; locorum describere, & veluti cramben sæpius recoquere. Sed animadvertet facilè (spero) candidus lector, historiæ continuandæ contexū, in itinerario præsertim, id requirere. Alioquin tanta rerum varietate conditam narrationis cramben non puto fastidium aliis, quàm Sybariticis palatis parituram. Aliorum deniq; veterum auctorum exemplo me hoc fecisse non ignorant docti; atq; imprimis clarissimi apud Græcos Xenophōtis historici: qui Cyrum regem dum instituit, ipsum pueriliter lusitantē, atque cum matre Mandana, & avo Astyage perappositè confabulantem inducit, accurateq; depingit: quo pueri regia indoles à teneris, vt ajunt, unguiculis agnosceretur. Jam est quod verear præterea, ne nostra diatribe, qua veterem urbium, gentium, familiarumque quarundam nobilem antiquitatem excutimus, multis paradoxa videatur. Sed his (ni fallor) dumtaxat, qui stemmata metiuntur sua ex clypeorum solis notis, & coloribus non intellectis, nobilitatis verò fontem negligunt & contemnunt. His scire satis est, in Cimmeriorum tenebrosis cunis suos majores olim vagiisse, vel ex Autochtonum antris prodiisse.

Ecclesiæ magna domus.

Cyri pueri indoles regia.

Nam

Nam genus antiquum Terræ Titania pubes
Anguipedes maluit proavos numerare superbos,
quàm à Romanæ virtutis semine progeniem ducere, cui tamen jus, literas, religionem, displinas, artes, omnemque civilitatem debemus. Adeò cæca res est ignorantia, non solùm communi hominum vitæ noxia, dum veri cognitionē abolet; sed etiam unicuique privatim, dum singulorum judicia rationesque conturbat. Hanc nobilitatis veræ pestem cujus adhuc indies sentimus perniciem, invexit orbi universo Mars ille Geticus, cùm potentissimi Romani Imperii cōpages bellis civilibus, & Imperatorum ignavia luxatas, Gothis, Hunnis, Vandalis, atque Langebardis perrumpendas occupandasque dedisset. Tunc fera barbaries rapinis, sanguine, cladibus, ruinis sacra profanàque miscens omnia, virtutum ac ingeniorum sublimium monumentis panolethriā perpetuam indixit; ut simul cum Imperio Romanum nomen aboleret. Sed quid aliud opimi, quæso, spolii post tot damna rettulit, quàm quòd orbi terrarum omnis elegantis doctrinæ, & ingenuarum artium omnium oblivionem invexerit? simulque nobilitatis antique fundamenta destruxerit? Cùm igitur jure gentium sublato, tantique Imperii pulcherrima constitutione subversa, nobis reliquerit contaminatam sanguinum colluvionem, Babylonicam, morum ac linguarum confusionem, atque rerum ignorantiam: quid est, quòd ægrè feramus, si quispiam prisce virtutis atque nobilitatis cupidus, ejus limpidum quærit fontem, dissipatique scaturigines sitiens passim perscrutatur diligenter? Natura nos jubet condolere, & horum diligentiam favore persequi, quos videmus infelices ex gravis incendii sui cineribus clavos, ferramenta, plumbum eruere: aut miseras supellectilis qualescunque reliquias colligere. Cur non applaudendum studiosis, qui non sibi tantùm; sed publicis disciplinis & moribus sepultam tot jam sæculis vera nobilitatis fundamenta; scilicet rerum gestarum memoriam è ruinis in lucem proferunt? Electro, ut ajunt, vel Sidonio vitro clarius omnium gentium opinione semper fuit; civitatum, nec non singularum familiarum nobilitatem æstimari virtutum, meritorumque publicorum longa serie; & continua rerum bene gestarum memoria conservari, ac magis inclytam fieri. Gentis enim atque familiæ non mi-

Ignorantia noxia pestis

Barbariei damna.

Nobilitas unde nam æstimanda sit.

non minus, quàm arboris generositas ex fructuum probitate cognoscitur, & ex virtutis suæ merito diligetur. quod quidem meritum quo diutius in eadem stirpe per plures ætates transfunditur, eo certè preciosior atque generosior hæc haberi debet, atque stemmatibus exornari splendidioribus. Virtus enim honore, gloriaque non minus in animo humano, quàm in agro plantarum fructus, cultu promovetur. Honoris enim non solùm, sed & immortalitatis etiam appetitus animis ac ingeniis excellentibus cum ratione semper innascitur. Est iste quidem heroes atque illustres homines obscuris aut barbaris etiam populis dedit; qui consilio, prudentia, fortitudine, magnisq; rebus gestis de patria bene meriti sunt; & sui desiderium posteris, gratamque ad exemplum memoriam reliquêre. Ex hoc autem fonte primi nobiles emanarunt. quorum præclara facta cantilenis, vel rythmis expressa patentes liberis, seniores junioribus canendo, narrandóve velut per manus tradere solent. Hoc primum historiæ, atque annalium genus erat apud priscos populos ante literarum usum. Nec aliud suo tempore fuisse, testatur Tacitus apud Germanos, qui Imperio Romano nondum parebant. Successere carminibus historiæ & annales, literarum notis inventis, quibus exprimi conservarique verba & cogitata possunt. Et cùm humani ingenii industria sensim accessissent artes, quibus rerum imagines luculentius oculis repræsentari poterant; apud civiliores atque florentiores populos præter historiam atque annales usurpatæ sunt etiam ad memoriam rerum propagandam, picturæ, statuæ, clypei, ac nummi: quo spectatores erudirentur majorum exemplis ante oculos positis, atque virtutum præmia, vitiorumque dedecora & pœnas ex imaginibus quoque cognoscerent. Rerum etenim anteactarum scientia securam præstat in administratione publica peritiam, quæ sola viros fortes atque consultos facit. Admodum igitur lepidè M. Tullius dixit: Nescire, quid, antequam natus sis, acciderit; nil aliud est, quàm semper puerum esse. Et apud Platonem in Timæo pulchrè senex ille sacerdos Ægyptius Solonem & Græcos accusat, ut semper pueros, nunquam senes esse affirmans, in quorum animo nulla erat ex vetustatis relatione prisca opinio, nulla cana scientia. Nō igitur immeritò nobiles imperiis populi antiquissimi, civitatesq; legibus

Virtutis fomes.

Historia & annales primi.

Artium usus.

Historiarum cognitio quid præstet.

Puerorum est admirari tantum præsentia.

Antiqua conservanda historia cura.

ac disciplinis bene constitutæ summam gessere curam, ut magistratuum successiones, acta, legesq; , nec non omnium rerum eventus singulatim in annales redigerentur non solû, verumetiam ut illustrium familiarum stirpes ac propagines, singulorumque in his bene maléve gesta posteris vel imitanda vel vitanda proderentur. Hac quidem ratione Chaldæi, Hebræi, Ægyptii, Persæ, Græci, ac denique Romani immortalitatem nominis consecuti sunt: quorum fortassè non extaret alioquin memoria. Si primùm jacta sunt veræ nobilitatis semina, dum virtutes in ævum Per titulos, memoresque fastos Æternant: ut Flacci poëtæ verbis dicam.

Nobilitas quid.

Cùm igitur nobilitas non aliud sit quàm cognita virtus, sicut hanc pulchrè breviterq; describit Cicero: majorum sanè nostrorum nobilitatem jactitare nequimus, nisi eorum virtus rerum gestarum monumentis cognita sit. Ceterùm quis animo comprehendere, vel verbis explicare poterit, quotnam præclara virtutum lumina extincta lateant ignorationis obruta caligine? tum quot insignia nobilitatis monumenta oblivionis tenebris sepulta sint bellorum atq; diluviorum cladibus, religionis ac rerum publicarum mutationibus aliisque fortunæ casibus? Quorum omnium exempla, si unquam, nostro seculo nunc, proh dolor, indies obversantur auribus & oculis. Ita deniq; literarum atque historiarum inopia constat præclaros homines plurimos jam olim Lethes amnis in voragine submersos, id est, oblivioni traditos esse. Nam ut verè cecinit idem poëta Q. Horatius.

Vixere fortes ante Agamemnona
Multi: sed omnes inlacrumabiles
Vrgentur, ignotiq; longa
Nocte, carent quia vate sacro.

Literarum ac virtutũ clades.

Sed maximas primùm strages, vastatis bibliothecis, ac publicis monumentis, intulerunt literis, artibus, disciplinis, atque virtutum omnium memoriæ nationes barbaræ, quarum impetu Romanum concidit imperium. Et nisi religio Christiana, per orbem terrarum tunc invalescens, quasdam divino singulari nutu conservasset reliquias; nil aliud de rerum initiis, de veræ religionis origine ac propagatione, de imperiorum incrementis & inclinationibus, q̃ somniare

are fabulas possemus. Nam nisi veterum scriptis hoc utcunque nobis constarent, & hæc series si nesciretur, quæ nobis tenebræ in vita? nihilo certè melius retrò cogitare possemus rerum caussas & initia, quàm pecudes. Post tantas igitur clades, sæpius etiam propter nostra crimina divino judicio reiterandas, nil dignius præstare doctorum hominũ ingenia poterunt (si posteris consulere, & majorum nobilitatem vindicare & provehere cupiunt) quàm ut restaurent & conservent literarum ac artium reliquias: & ut eruant in lucem quæcunque veterum monumenta, ex quibus disci prisca rerum memoria poterit. Nobis autem satis fuit, candidè in medium proferre, quod argumento nostro convenire videbatur, & explicare quidnam præclaræ nobilitatis Romani, qui ante Gothica Francicaque tempora Gallias & Germanias continuo imperio per quingentos plus minus annos rexerant, & legibus disciplinisque suis expolierant, in nostris hisce provinciis reliquerint. Si quis alterius generis ac argumenti vetustiora certioráve produxerit, est quod gratias illi agamus, & gratuler potius quàm invideam. Non enim hac mea dissertatione volui Germanam Gallicámve nobilitatem omnem ad solos referre Romanos; sed tantùm curiosis & doctis ingeniis aperire viam, & occasionem dare diligentiùs atque altiùs inquirendi populorum, urbium, atque oppidorum non solùm, verũ etiam gentium, ac familiarum antiquas origines, quæ ex solis clypeorum notis colligi nequeunt. Sed de his jam nimis. Non enim hujus est loci, tenebras omnium illustrare. Tu interim, vir clarissime, meum hunc laborem principi juveni, & reip. literariæ impensum pro tuo eximio candore, singularique erga virtutes atque literas studio favore prosequi, & qua polles auctoritate tueri atque provehere non dubitabis. Nam veræ nobilitatis fluenta non primis tantùm labris delibasti; sed toto pectore, & visceribus intimis imbibisti. Quapropter principis juventutis nostri (cujus virtus, honos & salus tibi maximè semper cordi fuit) pompam illam Pannonicam à tuo non minus, quàm meo Corona Pighio diligenter philosophico penicillo deliniatam ejus ex voto tibi peculiariter nuncupare volui, quòd ita de nobis sis meritus. Ut intelligant omnes, nos summam humanitatẽ cum incredibili prudentia & indefessa reip. cura conjunctã, cæterasq;

virtutes in tui ordinis viro requisitas sic in te colore, sic ad mirari, ut hic nobis unus instar sis omnium. tum, ut pignus aliquod in posterum extaret veteris amicitiæ nostræ, jam olim in triumvirali illo dulcissimo contubernio Limariensi contractæ, cùm nos aliquando literariæ conversationis caussa (quemadmodum vetusti in studiis commilitii Italici necessitudo postulabat) tuos collegas Henricum Reccium, & Andream Masium, viros prisca pietate & eruditione rara conspicuos non minus, quàm rerum experientia, linguarum peritia, & judicii consiliique integritate incomparabiles, visitaremus. Quo quidem meminimus nos nihil lubentius fecisse, quotiescunque sese dabat occasio. Quid enim non attraherent tantarum virtutum magnates illi eximii, & purissima illa succina? Accessit insuper tum nobis in primo congressu horum auspiciis tuæ amicitiæ felix usura: quam sanctè colere non desinemus, *quamdiu vescimur aura Aetherea, & nostros moderatur spiritus artus.*

Hoc igitur nostrum munusculum (quid amplius dum paratur) eo, precamur, animo accipias, quo reliqua nostra soles. Vale. Sanctis è Trajana. Idibus Augusti.
Anno salutis nostræ cIↃ DXXCIV.

POMPÆ. EQVESTRIS.

DESCRIPTIO. QVAM. ILLVSTRISSIMVS. PRINCEPS. IVLIÆ. CLIVIÆ. &c. DVX. CARVLVS. FRIDERICVS. IN. CAMPVM. PRODVXIT. LVDIS. FESTIVIS. POST. CORONATIONEM. SERENISSIMI. HVNGARIÆ. REGIS. RVDOLPHI. AB. AVSTRIA. FACTIS. XXVII. SEPTEMBRIS. ANNO. CHRISTIANÆ. REDEMPTIONIS. cIↃ DLXXII.

LIBELLVS. AGONOTHETIS. NOMINE. PRINCIPIS. IVVENTVTIS. PORRECTVS. AB. HYPSETASTE.



IA inclyti certaminis qui iudices
Adestis, & sublimiter praecellitis.
Intrare quem videtis aptè Trossulum
Pompa decorum nobili caelestium
Equestris ordo PRINCIPEM *suum vocat.*
Adscribere hunc certantium consortio.
Favere linguis, atque plausum huic reddere.
Stirps, & genus, studia & honesta postulant.
JULIUM *nunc* CLIVIMONTIUM *vocant.*
Quis ergo sit, & unde, nomen indicat.
Iam ultimis à finibus venisse non
Piget, bicornis vaste findere arva ubi
Rhenus Batavica incipit, patris petens
Nereirevisere ampla regna, & naufragos
Brittannicos sinus. JULIUM *iuvat*
Istri binominis videre Martias
Ripas, & insequi non segniter vias
Queis clara VIRTUS *ad coronam provocat,*
Et praemiis HONOS *onustus perlicit.*
Quos sequitur impiger palaestram ad nobilem:
In qua Decor, Fas, Fortitudo dextera,
Laborq; solers offerunt victoriam.
Captare quam cordatus EUBULUS *iubet,*

Collo illius monile qui charum dedit,
Quod Vi sua secrete rumpit cornua
Superbiæ ac livoris anxii impetum.
Calcaráq; iungit HYPSETASTES *arduus,*
Per alta corde prapeti qui cursitat,
Sordeis relinquens putidas socordibus.
Iam fulgidi candore terga claudit is
Gemellæ CASTOR *& gemellæ* CASTORIS,
Sacerrimi, atque amabiles pulli Iovis,
Amor perennis mutuus. Vos sidera
Dubiis secunda rebus usq; . Pignora
Fraterni amoris ampliora reddite.
Vestra nunc eia candidatum PRINCIPEM
Virtute, Honoris ad trophaa ducite.



UM Illustrissimus Carulus noster in istis Coronationis Hungaricæ ludis inter sui ordinis principes cum personatorum pompa suis impensis instructa prodire in campum cuperet; eā hac prima vice voluit tali inventionis adornari argumento, ut videretur esse illius ætati, conditioni, & statui quàm aptissima. quæ sub aliena quidem persona ipsum tamen designaret & instrueret. Nimirum, ut ex argumenti atque inventionis excellentia non solùm honoris, sed & doctrinæ fructum aliquem percipere pro tantis impensis, alioquin inutilibus, posset : atque etiam omnis nobilis juventus argumenti dignitate ad virtutis amorem excitari. Non igitur Pantalabi scurræ vel ridiculi Philistionis mimos visum est imatari, vel Amadisii aut aliorum muliebria aut ociosa figmenta producere in theatrum: sed ex ipsa veteri Romanorum politia ac disciplina depromere argumentum non ineptum ei placuit. Considerans enim ætatem, conditionem ac statum suum Princeps noster, profectò quàm aptissimè suscepit personam equitis Romani adolescentis: qui deposita prætexta puerili (quod anno ætatis XVII. ex veteri instituto facere consueverant) & accepta toga pura juvenili, semet incipit applicare disciplinæ militari, & negociis civilibus: quemadmodum quisque nobilis adolescens facere debet. Sumpsit insuper congruum dignitatis titulum, Principis scilicet juventutis, ad quem aspirare tum illi decorum erat. Is etenim in or-

Eques Romanus.

Princeps iuventutis.

in ordine equeſtri titulus ampliſſimus eſſe ſolet. Sic etenim Perſeus Macedoniæ rex apud Livium lib. XLII. de ſuæ victoriæ gloria jactitans in concione militari, victos, ait, Romanos equites illos principes juventutis, equites ſeminarium ſenatus: inde lectos in patrum numerum, conſules inde & Imperatores creari dicens. Et M. Tullius in oratione quadam, cujus nunc non memini, L. Dominum Ahenobarbum vocat juventutis principem, tanquam maximæ expectationis juvenem. Atque in oratione pro P. Sulla, L. Torquatum principem & ſigniferum juventutis honoris cauſſa nominat: quòd ſtudium ſuum in rempublicam Catilinario in tumultu clariſſimè demonſtraſſet inter equites Romanos. Hunc itaque titulum poſtea Imperatores Romani mutata reipublicæ forma pro ſuis tantùm filiis uſurparunt, ut honoratiſſimum pro juventute nobili: quod quidem Auguſti primùm auſpiciis cœptum fuiſſe conſtat. qui cùm pueros nepotes duos ex Julia filia ſibi adoptaſſet, translatosque in Juliam domum mutatis nominibus Cajum & Lucium Cæſares appellaſſet; eos tenera adhuc ætate in equeſtrem ordinem rettulit: qui mox ab eodem ordine clypeis aureis, haſtisque puris donati, & PRINCIPES IUVENTUTIS appellati ſunt: quemadmodum nummi tunc cuſi, atque veterum marmorum elogia multa teſtantur, & ex Tranquillo, atque Dione Caſſio colligimus. Auguſti exemplum deinde Claudius adoptato Nerone, ut auctor eſt Tacitus, & alii plures Impp. ſequuti ſunt, ſicut ex Cæſarum nummis, & titulis liquet. Jam quia lege theatrali cautum erat, ut primo die certaturi tranſveherentur cum pompa ſua perſonati per ſpectaculum, ſeſeque judicum tabulis inſcribi fictitio nomine curarent: placuit Carulo nomen IULIUS, & cognome CLIVIMONTIUS, à tribus præcipuis provinciis paternis: quarum Julia nomen à Julio Cæſare habere dicitur. Ut igitur hæc dignè inſtrueretur perſona cum comitatu ſuo perapto; nec non exquiſito debitoque cultu exornaretur, atque ſupellex fieret ad argumentum accommoda; uti curam gererent, ſuis familiaribus mandavit. qui communicato conſilio totam pompam ordine juſto perſonis ad rem maximè facientibus, ac apparatu veſtium ſymbolorumque convenientiſſimo inſtruere & adornare decreverũt, hoc modo ſequenti & ob has cauſas. Non veſtiatur Princeps juven-

Imperatorũ filii Principes iuventutis ut dici cœperint.

Principis iuventutis habitus. tutis pacis habitu, quemadmodum in Augusti denariis expressos videmus Cajum & Lucium Cæsares togatos cum clypeis & hastis puris: sed quia prodire debet in campum, sit equester & in habitu militari: quemadmodum videmus in nummis aliis antiquis apparere principes. In armis itaque refulgeat albus, ut videatur candidatus esse virtuts & honoris. Paludamentum illius imperatorium more Romano sit purpureum, sic & equi candidi phaleræ purpureæ: ut potius imperet, seseque regat verecundæ rationis, quam violentæ potestatis prætextu. Galeam habeat cum bucculis, & ornamentis suis forma antiqua, cujus conus, ex quo cristæ exurgunt, sit aureus leo vigil, & sedens ad saltum faciendum. Cujus tale simulachrum hieroglyphicum signat vigilem curam, atque promptum ad captandas occasiones animum. Quia leonem sic sedentem oculis apertis *Leonis vigilantia.* dormitare nonnunquam ferunt, & clausis vigilare. Somni etenim parcissimi est, solumque hoc animal ex recurvos ungues habentibus simul atque natum est, cernit; ut Ægyptiorum sacerdotes physiologi volunt. Atqui Manethon Ægyptius ad Herodotum scribens tradit, opinione multorum leones omnino insomnes esse. quam improbat sententiam Aristoteles, incredibile putans animal ullum esse perpetua in vigilia posse. Etymologici sanè leoni nomen παρὰ τὸ λάω, quod videre & considerare est, inditum affirmant. In lorica & sagi militaris thorace pulchra facies appareat humana; ut memor sit benignitatis & clementiæ, quæ maximè princi-pem virum decent. Sub pectore zonam purpuream nodus *Zona.* constringat Herculaneus. Notat etenim Zona, teste Seneca, verecundiam ingenuam, atque temperantiam; quæ forti continentiæ nodo firmatæ virtutes coercent animorum impetus pravos, & cupiditates noxias. In virgata fascia purpu-*Bulla aurea.* rea pendeat ab ejus collo aurea bulla non vanæ significationis: quæ forma humani cordis esse debet, Macrobio teste; nec non concava, ut quid in ea claudi, conservarique possit. Erat autem apud Romanos in usu continuo dumtaxat pueris: scortia libertinis, & ingenuis aurea vel argentea, sicut ex Asconio Pædiano, & aliis manifestum fit. Quapropter & M. Tullius in Verrinis dicit bullam eum toga prætexta ornamentum esse pueritiæ; nec non indicium atque insigne fortunæ

fortunæ. Indicabat quidem materia fortunam ac conditionem pueri, forma verò debilitatem immaturæ illius ætatis; cujus vigor tenellus ac quasi momentaneus est, uti nascens ex stillicidiis inflata vento in aquis bulla. Quàm igitur puerilis ætas indigeat cura consilioque alieno, docet bullæ forma, & ipsum nomen, Græcæ vocis allusione idipsum significante, βουλὴ namque consilium est, quod à corde & pectore promanat. Deponebatur deniq; & Laribus consecrabatur, cùm adolescentiam ingressi prætexta posita togam puram sumerent anno ætatis XVII. ut pulchrè Persius ostendit de seipso canens:

Cùm primum pavido custos mihi purpura cessit,
Bullaq; succinctis Laribus donata pependit.

Hanc verò resumebant auream solo die suo solemni victores principes triumphum acturi veluti frenum quoddam contra insolentiam & superbiam: quæ vitiare obscurareque gloriam & verum honorem solet, cùm hæc eos moneat imbecillitatis humanæ. Rursus tanquam scutum quoddam contra inimicam invidiam; quæ felicitates & successus illustrium hominum impetere semper consuevit. Includebant itaq; tunc congruentia adversus hæc remedia vel amuleta quædam: quemadmodum & in bulla nostri Principis claudi volumus. In qua conservetur hæc curta supellex. Infans nudus qui admonebit imbecillis, atque egenæ nativitatis nostræ; alæ binæ, quæ inconstantiam fortunæ; & clava Herculis, quæ continuos vitæ labores indicabunt. Calvaria deniq; his adjuncta, signum erit certissimæ mortis. Quæ in memoriam hisce tesseris reducta poterunt non esse efficacia adversus superbiam & invidiam remedia. Addantur parerga in bullæ superficie. Ab una facie Palladis caput, præsidis sapientiæ malorum omnium victricis: & ab altera imago ipsa Victoriæ cum pulcherrimo Platonis dicto docentis omnium optimam esse sui victoriam:

Bulla triumphalis quid notet.

Amuleta contra invidiam, superbiam & insolentiam.

Pallas victrix.

ΤΟ. ΝΙΚΑΝ. ΕΑΥΤΟΝ. ΠΑΣΩΝ. ΝΙΚΩΝ. ΑΡΙΣΤΗ.

Hæc quidem Principis juventutis panoplia, comitumq; vestitus omnes decenter exornentur florum ac frondium eleganti pictura tanquam encarpis Vitruvianis, aut topiario quodam: ut indicetur ætas florescens principis adolescentis, à quo fructus sperari potest. Intermisceantur insuper leonum aurea capita, præsertim in baltheis, gladiorum ca-

Leonum capita.

capulis, ocreis, & equorũ phaleris, ac frenis: ut adsit memoria magnanimitatis, ceterarumq; virtutum istius animalis.

Restat clypeus quem sequens in equo phalerato principem puer lancearius à tergo geret, de cujus ornamentis postea dicemus.

Chorus. Musæ. Saliorum habitus.

Instructo jam tali apparatu, juventutis Principi comitatus addendus erit aptus, ac non indecens. Introducet pompam omnem ex lege theatrali melicorum chorus pedestris, quem vellemus institui ex Musarum personis cùm istæ sint primæ magistræ rationis, virtutis, ac honoris. qui si forte displicebit propter varietatem apparatus. imitentur Saliorum vestitum musici versicoloribus tunicis, ac trabeis fibulatis, & sint accincti baltheis, ac gladiis, atque tegantur eorum capita galericulis versicoloribus acuminatis, quos apices appellabant. Quali ferè in habitu Romæ Salii. quotannis mense Martio sacrã Marti Gradivo suo pompam tripudiando per urbem ducebant: quam Livius lib. primo, Plutarchus in Numa, ac Ovidius in Fastis memorant latius. Noster autem chorus non cum ancilium plausu Martem Mamuriúmve canat; sed variorum instrumentorum cum symphonia pompam suam ad modulos certo pede traducat spondæos, anapæstósve pyrrichiis aut tribrachis: rursum Molossos aut Pæonas epitritis, vel proceleumaticis aptè miscendo. Eideq; curæ sit imprimis ad symphonia suæ mensurã progredi: quo pompæ sequentis equi libratis itẽ passibus ad concentũ numerosq; quadrupedando videantur incedere. Sic etenim Martium quid Princeps juventutis in campum ac certamen adferet, atq; imitabitur Thraces Cretenses aut Lacones illos veteres, qui musicorum instrumentorum ductu ad modos atq; mensuram inibant olim prœlia.

Virtus & Honos.

Chorum sequetur deorum equestris pompa cũ Principe & suis asseclis hoc ordine. Primi sint Virtus & Honos quos contiguis in ædibus sacris Romanus coluit: eaque ratione à M Claudio Marcello constructis, ut non nisi per Virtutis pateret ad ædem Honoris aditus. Sola namque Virtus nos ducere ad verum honorem potest. Sequentur horum

Eubulus & Hypsetastes.

asseclæ heroes. Eubulus Virtutem, & Hypsetastes Honorem, quorum ille bono consilio, hic autem magnanimitate, ac sublimium rerũ indagatione præstat. Post hos sequetur ipse Princeps in campum procedens, optimis principiis munitus,

aitus. cui præferant hastas erectas Eubulus & Hypstastes, & subserviant comitenturq; certaturo vel currenti ad circulum omnes: ita ut ei aliquando à Virtute porrigatur hasta, nonnunquam ab Eubulo, nonnunquam ab Hypsetaste: quę numina conatus honestos omnes plerumq; prosperare credebantur. Ab his igitur non indecenter illi subministrabuntur hastæ, quæ apud antiquos inter alia multa solebant imprimis significare vim efficacem virtutis, aut divinæ potentiæ, dum justum expedit conatibus effectum. ideoq; in magna religione apud veteres erant hastæ, qui deorum suorum dextras iis ferè semper armarunt: significantes effectum ac potentiam rerum in eorum manibus esse. Quin etiam illas ab initio pro diis ipsis cultas fuisse, Sex. Pompejus Trogus, & Plutarchus auctores sunt. *Hastæ quid significent.*

Jam verò dictarum personarum hic erit habitus ac vestitus. Virtus stola vestiatur & bis cincta sit: nimirum castula sub mammillis & zona succingatur supra coxas. Nec multum ultra genua dependeat stola: quæ sit ex viridi serico panno, atque adornetur florum ac ramorum aureorum pictura. Per hos etenim solent intelligere rationem, ac veram sapientiam, non secus ac aurum in tenebris lucentem. Quali cum ramo fingit Æneam Virgilius omnes obscuras inferorum, id est, vitiorum labyrinthos, Sibullæ, hoc est, divini consilii ductu sine periculo penetrasse. Caligulæ Virtutis sint ejusdem coloris atque picturæ: ut & ejus gressus dirigat sapientia: verum palla superior, atque etiam equi integumenta coloris sint cærulei, & stellis aureis plena ad imaginem sereni cæli, cujus item Limbus Zodiaci duodecim signis aureis ornabitur. Nam è cælo prodire Virtus dicitur, & suos cultores ad cælum ducere: cùm Dei donum altissimi sit, scilicet ab eodem procedens Spiritus sanctus, ut pulchrè declarat D. Augustinus, in Joannis Evangelium scribens. Ejus ergo caput galea tegatur auro argentoque conspicua: propterea quod summæ sit virtutis, cogitationes, sensus, ac animum armare adversus vitia. Et quia duo præcipua ejus officia esse constat, contemplari scilicet ac venerari cælestia & divina, atque item indagare, curareque terrestria & humana: duos quoq; jam dictos colores ei attribuimus: cæruleum ut cęlo convenientem, ac viridem ut terræ: galeamq; Virtutis duobus laborum Herculis *Virtutis habitus, & apparatus.*

emble-

emblematibus insignire non absurdum judicamus. Ab uno galeæ latere exprimatur Hercules in Atlante monte deposita clava cælum humeris ferens, ac montē ascendens, in cujus cacumine Themis dea Termini recti forma collocetur, quod emblema designat virum bonum depositis vilibus curis ac laboribus cælestia meditantem, non tamen ultrà quàm fas est, quod notant etiam lauri in cono galeæ rami expressi. Ab alio latere pingatur idem Hercules domans Acheloum taurum, ac cornua ejus rumpens: promergente sub tauri pectore fluvio, prosiliente serpente: atque emergentibus è terra spicis. Qua fabula poetæ honoratum agriculturæ studium decantarunt, alterum virtutis officium, humanarum ac civilium rerum curam gerentis: Quemadmodum inter primos Hesiodus poeta Musarum instinctum utrumque suis libris est complexus: canens in Theogonia sua cæleste virtutis officiū: ἐν ἔργοις autem καὶ ἡμέραις terrestre ac humanum, id est, ipsam agriculturā: qua allegoricè continetur item ars politica & civilis. Eo namque in studio laudatissimi atq; optimi olim principes semet solent occupare, suis pacem ac rerum omnium ad vitæ necessaria pertinentium copiam procurantes. Ideoq; etiam in cono galeæ visuntur spiceæ coronæ & pomiferi rami. Serpens ac fluvius significant generationem rerum terrestrium in humido & motu consistere: atq; ipse bos agriculturæ laborem, guttæ ex cono decidentis influentiam corprum cælestium. Quæ omnia ad fertilitatem sunt necessaria. Geret sinistro brachio clypeum, cujus significationem exponemus postea suo loco. Dextera tenebit Virtus hastile, seu pilum Romanum, veluti etiam visitur in antiquis nummis. Vagina gladii cærulea erit, & notata aureis ramis fructiferis. Sed hæc de Virtutis habitu & ejus emblematibus ac symbolis dicta sufficiant.

Agriculturæ studium.

Honos dextrum Virtutis latus claudat, quia hoc honori semper dari solet. Et capite sit aperto, quemadmodum vulgò colitur, quia non tegi, sed ubique cognosci cupit. Coma ac facie pulchra juvenili, quia verus honor per se pulcherrimus est, nec unquam senescit, nec moritur. Caput ejus sit coronatum laurea corona, baccis aureis plena, quæ consilii supremi ac mentis divinæ est, omnia mala virtute exuperantis, atq; in bonū vertentis. Eademq; retro ligata sit lemni-

Honoris habitus & apparatus.

lemniscis purpureis, quibus imperium signatur. Ideoque vocat illud ligaturæ genus Seneca capitis honorati vinculum. In fronte summa inter lauri folia resplendeat sol aureus, quia illustres & claros homines reddit Honoris favor. Resplendeat igitur vestitu ac habitu triumphali: quia summus ac divinus honor æstimari debet triumphus. Prodeat in tunica palmata punicea, & toga picta purpurea, quemadmodum triumphantes invehi in Capitolium solent: quia colores isti reverentiam ac auctoritatem adferunt, imperium & potestatem designant. Jam palmæ rami aurei in tunica, victoriam malorum demonstrant: & in chlamyde, sive toga visuntur præmia virtutum omnis generis aurea. Quia Honos ipse virtutis labores digne compensat. Erunt autem præmia coronæ omnis generis; ut civice ex quercu, obsidionales ex gramine: laureæ & hederaceæ ingenii, consilii, ac doctrinæ honores: Clypei, hastæ puræ, armillæ, phaleræ, militaris fortitudinis insignia non desint. Nec etiam civilis virtutis ornamenta, sacerdotiorum scilicet, magistratuū, imperiique insignia: uti sunt litui, pateræ, tutuli, & apices sacerdotum: item fasces secures, sceptra magistratuum. Honores enim semper appellarunt sacerdotia & magistratus antiqui. Denique caligæ & equi tegmina colore sint purpureo, & iisdem ornamentis reluceant, quibus Honoris toga. Neque ineptum erit utrosque & Honoris & Virtutis equos aureis insignire Medusæ capitibus: quæ, ut poëtæ fabulantur, homines in saxa mutare solebat, & significat reverentiam & admirationem summam in stuporem usque, quam Virtus & Honor secum adferunt. Manu dextra geret pilum, ut Virtus; & sinistro brachio clypeum, de cujus emblemate seorsim postea loquemur. Gladii vagina sit purpurea, & coronis atque lauri ramis aureis distincta propter caussas jam dictas.

Honos virtutis præmium.

Eubulus & Hypsetastes sint facie virili matura, eodem ferè vestitu ac forma. Sint eorum capita tecta, eo quòd secreta debeant esse gravia consilia & magni conceptus. Et tegantur galericulis albis: ob mentem puram, & cogitationes candidas, quæ solæ Virtutem & Honorem quærunt. Adsint plumæ, ut intelligatur expeditam mentis celeritatem in magnis consiliis requiri. Purpureo reliquo sint habitu, ob auctoritatem & vigorem ejus coloris. Sic item equorum tegmina

Eubuli & Hypsetastis habitus & apparatus.

gmina coloris sint purpurei. At chlamydes sive paludamenta utriusque flavi atque aurei coloris: qualis solet esse in spicis ac fructu maturo. Maturitas enim requiritur in consilio, & magno conceptu. Distinguantur tamen hæ personæ suis notis. Eubulus geret ante pectus latum & album cor, in cujus medio depingetur caput Medusæ: consilia enim bona debent esse candida & aperta: quæ idcirco secum adferunt auctoritatem & reverentiam omnem. Hypsetastes ostendat in pectore cor amplum & alatum cum Jani bifrontis capite: ut significet magni animi cogitationes admodum altè volare: sed adesse quoque debere summam providentiam, præterita ac futura prospicientis Jani. Et cor illud amplum significare solet prudens consilium & magnos conceptus. Unde & Ennius poëta Sex. Ælium Pætum sapientissimum, & juris consultissimum appellavit egregiè cordatum: ut testatur Cicero Tusculanarum primo. Gladiorum vaginæ sint item purpureæ, & distinguantur iisdem notis Medusæ & Jani, propter caussas jam dictas.

Equitum transvectio. Castor & Pollux dii servatores ac tutelares generosæ juventutis habebantur. Ideoque Romani equites quotannis in eorum honorem Idibus Quintilibus (quo die ancipiti in prælio contra Latinos visi sunt inter equites Romanos, & ingens adferre momentum ad præclarissimam victoriam) coronati ac donis suis militaribus insignes, nec non splendidissimo in habitu trabeati, sacra cum pompa transvehi equis per urbem solent. Primùm ab æde Martis per portam Capenam pergentes ad Honoris & Virtutis ædem: deinde per forum Romanum ad Castoris & Pollucis, ac denique in Capitolium ad Jovis optimi maximi templum scandentes pompæ sacrisque finem imponebant: quemadmodum Livius, Dionysius Halicarnassæus, Valerius Maximus, & alii plerique memoriæ prodiderunt. Auctorem istius pompæ quidam perhibent fuisse Q. Fabium Rullianum in censura, cùm tribus nobiliores rusticas à libertinorum ac sordida pauperum fece purgasset, eandemque in quatuor humiliores urbanas rejecisset, ne quotannis, uti consueverat, dissidia & turbas in creandis magistratibus excitaret. unde Fabium Maximi cognomentum retulisse nonnulli prodiderunt: eo quòd discordiæ civilis fontem ratione tam facilè sustulisset. Voluit itaque summus & prudens vir, ut nobilis juventus,

quem-

quemadmodum in ordinis ac honorum prærogativa, sic etiam virtute ac meritis infimam plebem antecelleret, Virtutem & Honorem seriò coleret, atque imprimis Castorem & Pollucem. quorum vis sive numen, ut antiquorum fabulis persuasum fuit, expediebat imprimis germanam concordiam ipsissimamque synceram ac fraternam benevolentiam. eandemque non solùm in civitatibus, verum etiam domi privatim quàm maximè colendam per singulas familias Romani putaverunt. Unde & dii Penates à multis ipsi credebantur esse Castores. Vocantur autem dioscuri, & finguntur esse nati ex summo Jove: quia summi numinis donum pax & concordia est: & ex uno ovo prodiisse gemellos fabulantur, quia sub uno tecto diligenter servanda concordia est. Forma & statura simillimi finguntur, nam paritate concordia fovetur. Alter tamen mortalis, alter immortalis fuisse dicitur: ut mutui inter eos beneficii locus esset, atque ipsi inter se imparitatem istam adæquare possent. Mutua etenim officia benevolentiam concordiamque generant immortalem. Itaque patrem Jovem rogavit Pollux immortalis, uti cum fratre Castore partiri divinitatis suæ sortem posset. Annuit votis ipsius Jupiter, atque ambos in cælo pares stellas esse jussit: quæ vicissim orirentur, & occiderent. Hesperum & Luciferum eas appellant nonnulli. Quidam Geminos esse in Zodiaco putant. Hinc est quod Homerus *ἑτερημέρους* Castora Pollucemque vocat, aitque diebus illos alternis vivere & mori. Est igitur summa atque immortalis hæc benevolentia vel concordia, quæ vitam ac mortem inter se partitur. Atque idcirco non ineptè sequentur principem, & à tergo custodiam agent: ut videatur pacem & concordiam secum quocunque ducere, simulque recordetur amoris mutui & fraternæ benevolentiæ, quandoquidem unum ipse duntaxat fratrem habeat.

Castorum habitus & apparatus.

Jam habitus atque apparatus geminorum istorum fratrum interpretari fabulam, atque argumento nostro subservire debet. Sint itaque magnitudine pares, personis, equis, ac vestitu quàm simillimi ob caussas jam dictas. Vestitus omnis & ipsorum & equorum (quos albos esse vult Pindarus) sit planè niveus: nam sincerus debet amor esse, & candida

con-

concordia. Limbis tamen purpureis prætexantur chlamydes,& equorum tegmina : quos limbos adornent alternatim ova argentea,& fulgura aurea Jovis eorum patris arma. In ovis singulis pingantur binæ stellulæ Castoris & Pollucis;oriens alter qui aureus erit:alter occidẽs,qui niger. Quia nati ambo sunt ex uno ovo,sorte tamen,ut dictum est,dispari.In tegminibus equorum depingatur in viridi arundineo serto cygnus: eo quòd pater Jupiter sub forma cygni eos genuerit,ut habet fabula. Pileolos albos gerent in capite semisecti ovi figura, in quorum vertice summo luceant aureæ stellæ prominentes. Atque hoc habitu eos Romana religio coluit:ut etiam visuntur ubique in statuis,picturis,ac nummis, antiquis. Proinde pileatos eos fratres appellat Catullus poëta. Pileos eorum circundent coronæ similes ex calamo(quæ species minoris ac subtilioris est arundinis)contextæ. Qualibus coronis eos à Spartanis olim ornari solere scribit Aristophanis interpres: fortasse quòd cygni eo fruticis genere delectetur. In dextris gerant pila Romana,quibus hastulis eos armat semper antiqua pictura. In gladiorum vaginis argenteis depingantur aureæ stellæ. Clypeos ferant ovatæ formæ: de quorum symbolis nunc ordine suo dicemus.

Scuta & clypeos ordinavimus ad istam pompam ornandam quinque dumtaxat ob numeri mysterium,quod indicat corporis humani sensus omnes ,& maximè principis adolescentis virtutum indigere clypeis. Quapropter duos Honori & Virtuti in principiis attribuimus,tertium principi in medio,quem puer ejus geret, & duos reliquos à tergo Castori & Polluci. Neque id ineptè: nam Eubulo & Hypsetasti heroibus ipsa illustria & ampla corda in pectoribus clypeorum loco possunt haberi. Præsentissima namque in subitis periculis est defensio aut tutela cor animosum atque prudens.

Principis juventutis clypeus.

Principis juventutis clypeus forma sit rotunda, quales aureos vel argenteos ornatissimos, & magni ponderis cum hastis aureis, argenteisve puris equester ordo Principibus juventutis frequenter in honorem publicè solet dedicare. Eademque quoque forma circulari visuntur in antiquis denariis Caji & Lucii Cęsarum,quos M. Agrippæ filios Augustus sibi adoptaverat hæredes , & juventutis principes declarari

rari fecerat, ut monstrat ipse titulus in denariis adscriptus. Et à Dione Cassio scribitur lib. historiarum LV. dictorum Cæsarum post mortem clypeos illos aureos, quibus eos equester ordo decorarat, ipsis in honorem ac memoriam in curia fuisse suspensos. Principis autem nostri clypeus coloris erit argentei cum margine purpureo, qui distinguetur aureis leonum capitibus & rosis ob rationes in ejus vestitu jam antè adductas. In umbone medio synthema depingatur istud: Aquila nigra, fulmen aureum unguibus tenens à dextris: item vultur sive accipiter fulvus, cum diademate aureo in ungtibus à sinistris. Quæ aves duo sceptra inter ipsas decussatim posita contingant; quibus notatur concordia & confœderatio potentiæ. Aquila signat summum imprimis principatum, imperium, atque imperatorem: vultur in Etrusca disciplina, & auguriis Romanis inter alia multa, regem & regnum: quemadmodum etiam accipiter in literis Ægyptiorum hieroglyphicis, ut Orus Apollo testatur. Sic etiam imperii vim ipsam, fulmen illud Jovis; & diadema significant regnum. Collocetur jam supra sceptra religionis in omni confœderatione requisitæ character ara foco accenso relucens. Sub sceptris autem solis resplendens globus indicet favorum quasi divinum aliquem: quia sol caloris sui favore, favonioque nutrit, fovet, & auget inferiora cuncta, quæ è terris nascttntur. Itaque sub his omnibus exurgat ex uno quasi trunco quercus adolescens, ramis sex virescentibus insignis. E quibus duo superiores connexi colligantur, & fratrum duorum amorem mutuum demonstrent. Quatuor reliqui in amplum procrescant, & signent sororum numerum. Circumscribatur universo symbolo hic versus:

NOS. IVVAT. AVSPICIIS. MAGNORVM. ADOLESCERE. DIVVM.

Quæ verba vel possunt intelligi de Virtute, Honore, reliquoque Principis juventutis comitatu: vel, si placet, etiam de Imperatore, Rege Catholico, & aliis sanguine vel affinitate junctis principibus: quos omnes, cùm & potentes & boni sunt, tam sacra scriptura, non minus quàm Homerus & alii poetæ deos divosque solent appellare: quia hoc omne bonum, quòd boni & potentes sint, à Deo veniat.

Virtutis clypeus. Virtutis clypeus circulari fit item forma, cùm hæc fit undecunque perfecta, Virtutique respondes. Non etenim justa, vel eximia dicebãtur fieri sacrificia sine circulis: nec erant τέλεια, hoc est, perfecta, nisi circulus ex hostiarum sanguine in pateram religiosissimè collecto primùm aræ fuisset illinitus. Tunc denique sacrum τελειοῦσθαι, id est, perficere vel absolvere videbantur. Nec numen adorabant, votáve nuncupabant ritè veteres ex Pythagoræ ac Numæ Regis instituto, nisi corporis in circulum vel orbem circumacti. Jam quia galeam Virtutis adornavimus, duobus Herculis laboribus, nunc tertium addemus in ejusdem clypeo: qui rectam atque felicem illius assequendam viam monstrabit generosis animis, cùm maximè tales expãsis ulnis ad se pelliceat ipsa. Virtutis igitur clypeus viridis erit ob rationes ante memoratas. Et in eodem stet hieroglyphicon, Herculis draconem mactans pervigilem, qui ad aurea Hesperidum mala properantem impediebat. Nam cum ipse per ærumnosas Virtutis vias toto orbe quæsivisset verum ejus fructum; hunc tandem in Hesperia vel occasu, id est, in senectute, repperit, ubi draconem custodem adversantem occidit, & aurea mala decerpsit, hoc est, fructum veræ sapientiæ, quæ sola gloriæ immortalis, qui verus honor est, gustum dat. *Draco Typhonis & Echidnæ proles.* Nam ille draco Typhonis & Echidnæ proles centum capitibus, variisque vocibus valens, qui obstabat assiduè (sicut ex mythologematum arcanis, quæ ad Ethicam spectant, discimus) vitium naturale est opinionum & affectionum humanarum: atque ipsa distrahens cura rerum fortuitarum, semper sapientiæ, fructuique ejusdem adversa. Qui draco primum mactandus est continuis virtutis exercitiis; & de siderio jam dicti fructus, impedimenta quæque sunt auferenda: quod non nisi magno cum labore fieri potest: cum homo sit suapte natura ad vitium valde proclivis. Itaque declarabimus hieroglyphicum istud tali versu:

AVREA. VIRTVTIS. MERCES. SVDORE. PARANDA. EST.

Honoris clypeus. Honoris clypeus erit itẽ orbiculatus, ut Virtutis, ob easdem quas diximus caussas. Ceterùm color ejus sit purpureus, ut honori prorsus cõgruus. In hoc depictus refulgeat

Honos

Honos ipse, vehens in altum quadriga triumphali aurea Principem virum, triumphalibus ornamentis vestitum, cujus capiti supervolans Victoria coronam imponit, & circumscribatur.

VIRTVTE. AC. MERITO. INSIGNEIS. AD. SIDERA. TOLLO.

Quod quidem allegorema demonstrabit verum effectum Honoris, qui generosos spiritus per Virtutis viam progressos evehit ad supremam excellentiam,& ad gloriæ coronam immortalem. Itaque currus aureus triumphalis Jovi summo sacer,immortalem Honoris gloriàm significabit. Non enim homini mortali, vel ipsius M. Ciceronis judicio, major honor contingere poterat, quàm ut ipso Jovis curru equis candidis, virtutum præmiis illustratus in Capitolium, deorum domicilium, velut in Olympum posset invehi. *Currus aureus Iovis.*

Castorum candidi & ovata forma pares esse debent clypei, quia ut diximus pares & gemelli, atque ex uno ovo nati finguntur. Cùm igitur significent amorem mutuum simul natum, & æqualiter observatum,qui pacem & concordiam fovet, vel privatim domi inter paucos, vel inter ordines aut civitates publicè: dabimus his item paria symbola fructuum,qui nascuntur ex hujus amoris virtute. Et erunt hæc: Dexteræ invicem consertæ notent fidem ac securitatem,ut veterum numismata plura pulchrè demonstrant:nec minus eleganter, ac breviter Maro poëta hoc uno versu: *Castorum clypei.* *Dextera conserta*

Dat dextram,atq; animum præsenti pignore firmat.

hoc est,securum reddit Achemenidem Anchises dando dextera fidem. Huic characterismo jungatur lyra, qualem Mercurius ex testudinis testa primus concinnaverat recens Jovi ex Maja natus, nec in cunis manens, ut pulchrè canit in ejus hymno Homerus. Hæc autem significat animorum justam sympathiam, atque voluntatum suavem concentum, rationis lege temperatum, ex quibus publicè & privatim magnæ felicitates humanæ vitæ proveniunt. Jam dictis symbolis addatur tertiũ Amaltheæ Nymphæ vel Copiæ deę cornu cum annexo fulmine Jovis, qui Castorum pater at- *Lyra Mercurii.* *Copia cornu.*

 que

que bonorum omnium largitor habebatur. Nam quicquid lætum aut salutare terrarum orbi ac humano generi contingit, Jovis summi beneficium esse creditum est. quem fabulantur Græci poëtæ capram, cujus lacte nutritus infans fuerat, inter sidera transtulisse; cornu ejus alterum Nymphis nutricibus dono dedisse, velut officii præmium: & adjecisse facultatem, ut quicquid optarent deliciarum aut opum ad vitam beatè degendam; hoc omne ex eodem cornu sponte nasceretur, & largiter abundaret. Copiæ cornu igitur istud accipiunt à Jove Najades Melissæ, quas animas esse justas Porphyrius in antro Nympharum interpretatur. quæ syncera simplicique religione numen placantes, cuncta ad beatam vitam necessaria feciliter adipiscuntur, ac imprimis pacem, & mentis tranquillitatem omnigenæ felicitatis fontes. Verùm enimverò fulgur Jovis Sereni portendere solet prosperos rerum desideratarum eventus. Cùm insuper aërem purget; imbresque concitet: volunt & fertilitatis atque salubritatis esse caussam. Corona denique quæ cornu ipsum ac fulmen cinget, ejusdem sit argumenti ex triplici scilicet frondium ac fructuum genere concinnata; lauri scilicet, quercus & hordei. Ex quibus primus hominum cibus, primaque medicina fuit aureo illo Saturni sæculo, quemadmodum poëtæ veteres fabulantur: qui glandibus & aqua priscos patres victitasse canunt ante fruges & vineas inventas. Vix etiam sanctior olim aut efficacior lauro, laurive baccis ac foliis habebatur medicina, quam Apollini & Æsculapio propterea consecravit antiquitas. Quin à Romanis boni Genii planta vocabatur, persuasumque vulgo tum fuit, locum ubi laurus esset, neque à sacro ullo morbo, neque à dæmone pravo infestari, sicut in Collectaneis de agricultura, quæ Constantino Cæsari inscribuntur, legimus. Sed hæc de Castorum clypeis dicta sufficiant. quorum margines sive limbi purpurei sint, & alternatim hos exornent aurea fulmina, distinctaque stellulis binis argentea ova: quo Castorum vel Dioscurorum clypei videantur esse. Caussas antè demonstravimus. Addatur symbolis versus hic proseucticus, vel votivus:

Melissa quæ — *Fulgur Jovis sereni.* — *Laurus.*

ADSIT. SANCTA. FIDES. FRATRVM. ET. CONCORDIA: FELIX.

Restat

Reſtat ſextus clypeus ovata item forma, non tamen ad argumentum pompæ jam deſcriptæ pertinens, ſed ſolummodo principi in uſum gladiatorii ludi, vel duelli pedeſtris ordinatus. cujus umbo tegetur cordibus humanis ſummo ordine & congruentia ſepis in modum contextis: quorum ſingula ejiciant flammulas aureas ſcintillantes. Circumſcribatur hæc elogia: *Clypeus Principis invictus.*

HIC. MVRVS. AHENEVS. ESTO.
BENIVOLENZA. BVONISSIMA, GVARDIA.

Non poteſt eſſe tutius ſcutum, non magis fida in terris cuſtodia, nec fortius propugnaculum ad principem defendendum, quàm amor, benevolentia civium, provincialiumque ſuorum. quorum corda ſi demereri, ac obligare ſibi, ſuæque reip. poterit, atque phalangis ſive teſtudinis militaris in modum connectere, & in pace unita conſervare, ſemet reperiet ſecuriſſimum, provinciasque ſuas feliciſſimas. Ideoq; clypei limbum adornabimus pulchra corona variæ fœcunditatis florum ac fructuum extenſa & ſuſpenſa ex cornibus aureis arietum. Per arietem enim antiqui intelligebãt ipſam ſæpiſſimè benignitatem Principis: cùm appelletur dux gregis, & ſuos ipſe nunquam deſerat, ſed ducatum ſemper exeuntibus à caulis in paſcua, rurſumque redeuntibus ad caulas præbeat. *Concordia.* *Aries.*



FINIS.

Ee 3 TESTI-

TESTIMONIA DE MORBO ET MORTE CARULI PRINCIPIS quæ Corona Pighius partim secum Roma tulit, partim eidem ab amicis ex urbe missa sunt.

EXEMPLUM EX LIBRO LXXXII. ALEXANDRI Petronii de historia medica.



CLIVIÆ Princeps annos natus 19. habitu gracili, moderatus in omni victus genere, tussi multos jam menses afficitur. Pectore interdū dolet, lautis conviviis sæpe interfuit. Postridie quàm Neapoli Romam venisset, die, inquam, Lunæ, 24. Januarii 1575. ut referunt, hora 17. capite dolet, horret & febri. Medicus primo accersitus, vinum subtrahit in potu decoctum ex cinamomo, sive hordei aquam, in cibo ptisanam hordei porrigit, nocte non dormit, pectoris dolore afficitur.

Die Martis vesperi ferè sine febre, ventriculi & superiorum costarum dolor, urina subrufa, mediocris substantiæ, cum contento naturali, nocte bene dormit, insomnia quædam melancolica & terrifica, diluculo paululum sudavit.

Die Mercurii, sive à clistere, qui pridie injectus fuerat, sive ab alio quopiam, alvus quinquies abundè ducitur, excrementa biliosa liquida, fœtida: hora 17. redit febris, urina bona, vesperi exanthemata per universum corpus, præterquam in facie, rubra parvula, frequentia, elevata. Decoctum ficuum Jujubarum, dactilorum, ex hordei aqua præbetur: paratur jus ex oxalide, bibinella, & soncho: vinum nigrum, sed ex aliquorum opinione, quo promptius prodeant, in cæna clam medico potat, urina crassa, subturbida, rufa ad flavum, deponens crassum quiddam, noctem molestè ducit, mane Syrm ex succo oxalidis, de acore citri, cum aqua oxalidis, bibinellæ, & cicerbitæ sorbet. Hæc ex relatione.

Die Jovis 27. Januarii mane primum advocor, labrum inferius siccum nigricans, facies plena, rubicunda, sed in ea quo ad visum exanthemata non manifesta, febris non levis, pulsus validi, pectoris & capitis dolor aliquis, à cibis omnibus abhorret, perperum comedit, potum & præcipuè vinum avidè cupit, Id iterū prohibetur, ejus loco decoctum ex modico

dico cinamomo, aqua hordei, ut anteà, Decoctum item lentium distillatitium ex capo elixo unà cum jusculo, quod magis tamen placuerit, offertur. Propinatur jus ex oxalide, cicerbita, bibinella, quod paulo antè sumpta vocata conserva de acore citri cum terra lemnia mane in aurora, & cras & perendie, & deinceps capiat, quia item cibi fastidio urgetur, viresque an satis sufficere valeant formidatur, cibi varii quoque instituuntur, ut paulum ex singulis degustando famem invitet: his etiam & margaritæ ad vires magis tuendas (id enim earum proprium esse creditur) passim adhibentur.

Sed ante omnia utrum sanguis statim mitti debeat, quoniam differre in his malis pessimum esse putatur, sedulò cōsideratur, quippe motus recens ex itinere, adolescentia in qua sanguis (ut Aphor. 3. Gal. docet) abundat tumida rubensque facies, virtus constans, pectoris dolor, continua febris, quæ calore & fervore suo corpus totum exercebat, sanguinem esse mittendum suadebant. At exanthematum eruptio, exigua nutritio contrà dehortabantur, illa ne intro revocarentur, hæc ne sanguine evacuato vires ipsæ antequam morbus maturaretur, deficerent. *Com. 27.*

Sed quia tam sæpe in convivio fuerat, id quod plurimum, sanguinem præcipuè in his qui crescunt accersit, quoniam adolescens erat; in qua ætate sanguis (ut diximus) affluit, quia valida febris urgebat, quam à sanguine, dum in corpore superfluit, foveri probabile vidabatur, quia timor erat ne ad pulmones tum propter tussim præcedentem, tum ob præsentem atque præteritum pectoris dolorem, decumberet, subinde spirare prohiberet, & morti occasionem præberet, licet exanthemata jam inciperent. Sanguis tamen juxta & Galenum epidemiorum 6. Sect. 2. & Avicennam prima *qu.* tractatu secundo, qui pustulis cum succorum abundantia comparentibus vacuandum esse præcipiunt, eodem die Jovis 27. Januarii mane ante prandium ex interna dextri cubiti in quatuor quidem cyathos, sed ad uncias tantùm quatuor missus est, ut copia aliquantum minueretur, & exigua quantitate ducta, intro retrahi exanthemata nequirent, mox à natura tantillum exonerata, ut fortius expellerentur, ut fervor etiam febris, quum in venis tum in arteriis, facta per venæ foramen exhalatione, remitteretur, ut deniq; vires superesse in futurum possent. *Cur sanguis missus, & quant?, deinde qualis fuerit.* *Com. 30.*

Primus sanguis colore ut dicunt paoniceo ad cinereum, secundus magis, tertius maximè, quartus satis probus. Nihil ferè prandet, aversatur omnia, aquam ex modico cinnamomo tepidam potat, vino penitus abstinet, à moridie aliquantum dormit, levius habet, vesperi urina minus crassa, sed nihil deponens. Manus paulum frigidæ, nulla dejectio, exanthemata plura: vix aliquid cænat, potus idem, nocte non quiescit, magis febrit, auroram versus parũ dormit.

Die Veneris mane multo plura exanthemata & corpus universum & linguam & palatum ita obsident, ut nullus in corpore locus qui conspici posset sine his esse videatur, citra faciem quidem variolas imitantur, album quippiam in summitate (ut secundum naturam solet) præ se ferunt, sed in facie præterquam in fronte minutissima spississima instar grani dimidiati milii, colore non rubro, sed fusco, eruda, immatura, dolor in gutture, in oculis lachrimæ, rubor, mordacitas, sternutamenta, mungit ex naribus aliquid, pulsus quietiores, nulla dejectio, forte quia nihil fere hactenus comedit, urinæ duæ, subrufæ ad rufum, medioeris substantiæ, contentum naturale, sed in altera supremum, in altera imum locum tenet, labrum non ita siccum sed adhuc nigricans.

Petenti hæc exanthemata num variolæ forent, responsum fuit, spurias esse, quales anno 1569. inceperunt. Inde enim ab eo tempore ex salubribus insalubres, ex securis periculosas fuisse & adhuc esse.

Prognosticum. Aliis verò quid sperandum sit interrogantibus, dictum fuit, quoniam harum constitutio hac tempestate sic est, ut dies novem crescant, deinde novem decrescant, undecim diebus ad diem usque Veneris proximè futurum, qui quartus erit Februarii, finis autem à febre undecimi, à variolis noni, sabubres an insalubres sint judicatum iri.

Sed interim nõ levem nobis à sanguine, qui vitiatus apparuit, metum incuti: non enim si postremus fuerit bonus, ob id certo significari, reliquum, qui intus relictus est, probum esse, quum interdum contingat iterum secta pòst vena, rursus alium æquè atque antea corruptum exire: aliquod igitur vitæ discrimen ab hoc sanguine, quoniam ab ejus fervore variolas nasci plerique omnes arbitrantur, portendi; nã si eum quia vitiatus est affatim vacuare velimus, debilitabitur

ſtabitur æger, & brevi ſuccumbet,ſi parcè(ut factum eſt) dematur,aut penitus non mittatur, intus relicta mali cauſſa, ſimile periculum afferet. Sin contemperamento,(ut Galen. Aphor.ſect.j apud quoſdam innuit) adverſum hujus ſucci corruptelam utamur,quo pacto,quod natura prius à morbo libera, magiſque valens efficere non potuit, id gravi oppreſſa malo nunc efficiet. Com.17.

Dices: Æger antè pravis alimentis (quod tamen verum non eſt)veſcebatur, nunc porrectis his quæ inculpata ſunt, iſtud facilè conſequetur,ſed quum omnia&alimenta & medicamenta ferme averſetur,quo ingenio,aut qua via tale cõtemperamentum præſtabitur? Proinde naturam ſicuti ſanguinem prædictum probè coquere antè nequivit, ita etiam variolas,quę ab illo naſcuntur,maturare vix poſſe. Sed ad hiſtoriam revertamur.

Hoc igitur die Veneris 28. Januarii, in prandio contuſi ſui, quod aquoſiſſimum eſt circiter uncias duas ex reliquis pauca quædam accepit, vino abſtinuit: veſperi urina paulo craſſior,contentum ſimile,pulſus quietiores,calor mitior,ſitis non levis,ferè nihil cęnatus eſt, diſtillatitium ex capo bibit, ſputa quædam pituitoſa,non cruda;ſeſe debilem ſentire ſæpe refert: forte quoniam adoleſcens eſt, pluri indiget alimento, quod tamen quum valde reſpuat, curationem omnino difficilem reddit:nocte ad horam uſque ſextam ſæpe delyrat,mox reſipiſcit, horrendis ſimulachris plerumque terretur,per id tempus quia nihil in cæna comederat, nonnihil contuſi ſui,& quiddam aliud capit: idem potat, duas circiter horas pòſt dormit: noctu tamen & interdiu ex altero cubili in alterum invitis aſſiſtentibus ſe crebro mutat,ſæpe item ex eodem ſurgere atque extra ſedere appetit, cogit aſſiſtentes ut ſinant,ubi ſedet tum ilico ferè deficit;nec prohiberi poteſt quin aliquando ſurgat, tanta eſt ejus inſtantia, clamor, vis.Id pulmonem ſuſpicari nos facit,dictis exanthematibus aut ſucco qui ea creat,nimis refertum impedimento eſſe,quo minus facilè ſpiret,ideoque è lecto egredi & ſedere frequenter cogi:quippe pulmonẽ quãdo cubatur pronum in dorſum prolabi,neque promptè dimoveri,quando autem ſedetur, quia ſuſpenſus manet, ut hinc inde ſuſque deque facillimè agitatur, ita ſpirando longè commodius inſervire.

Die

Die sabbathi mane labra tumentia, facies inflata, malè deglutit, gargarizat diamoron cum ficuum citrinarum, dactylorum immaturorum & lentium excorticatarum in aqua hordei decocto similiter habet, febris mitior, urinæ duæ, subrufæ, subcrassæ, itidemque contentum, quia biduum non egesserat, clister ex jusculo capi cum vitellis ovorum & saccaro inditur: ab hoc stercora quædam minuta, parvula, pauca, perexiguo cruore foris obducta.

Quando vinum propinandum, & quale, & quomodo & quoties.

Quoniam se imbecillem & fieri & jam esse percipiebat, quia nihil ferme devorabat, vinum autem valde appetebat, quæsitum est, an vinum propinare liceret: quia ergo inter posteriores medicos, qui de variolis scripserunt, id aliqui penitus interdicere, aliqui porrigere inveniebantur, ambiguum erat illud præbere. Delyrium & guttur variolis obsessum, quod sine inflammatione aliqua non esse putabatur, non dubiè sed manifestè, prohibebant. at virtus quoniã deicere sentiebatur quum perparum aut. ferè nihil comederet, quotidieq; debilior redderetur, illud contra exigebat, quia item vino assuetus erat, illudque vehementer exoptabat, Hypocrate autem auctore, aliquid & ægro & consuetudini tribuere oportebat, vinum quidem dare visum fuit, sed quod pauciferum & modicum, & decocta aqua satis dilutum esset, quod inflammationem neque præsentem, si qua suberat, augere, neque novam aliquam suscitare posset. Non tamẽ quo certa salus ab eo expectaretur, sed quo spes omnis absque illo adimi & vires repentè concidere, cum illo autẽ diutius perdurare & spem aliquam polliceri viderentur.

1. Aphor 17. 2 Acut. tex. 36 6. epid. sect. 7.

Vinum igitur leve, sed rubrum, nam coloris hujus ei magis gratum (quod hoc Viennæ adversus hæc mala passim uterentur) erat aqua & cocta & tepida dilutum, atque id semel tantùm in prandio propinatur, panem perquam modicum atque hunc aqua prius lotum, subinde vino aspersum sumpsit: mox aquam ex cinnamomo super potavit, se non videre dictitabat, in lecto tamen sedens dum pranderet, magis quàm heri mane se sustinebat, à prandio aliquantum dormivit.

Ad oculos instituitur infusum ex Rhu obsoniorum humach appellant ʒ ÷ croci g. v. aquæ rosaceæ ℥ ij.

Ad guttur ad variolas evocandas, & sub naturæ imperium deducendas, id quod habet ficuum citrinarum ʒ ÷ gummi

gummi laccæ canchamum vocant ℥ j ÷ gummi tragacanthæ ℥ ij lentium excorticatarum ℥ iij. ſeminis feniculi ſem. rapiana ℥. j. foliorum cerefolii pugil. ſemis in aqua hordei ad ℥ viij. coquantur, ex hoc decocto ℥ ÷ ſyr. de granatis dulcibus ʒ ij. mane & veſperi hora una ante cibum & in meridie tepidum capit, quantitate quidem exiguum, ne illius copia ſubverſum adoleſcentis ſtomachum faſtidiret, ter autem in die, ut potionis debilitas crebra repetitione inſtauraretur, febris mitior, veſperi parum cænat, vinum prædictum ſimiliter dilutum, & modicum ſemel potat, minus difficulter deglutit, ſæpe ſternutat, ex naribus aliqua mungit. Pituitoſa quędam & matura expuit exanthemata innumera, urina una, multa rufa, ad ſubrufum, mediocris ſubſtantiæ, contentum nebuloſum : nocte quatuor horas, verum per intervalla, dormivit: inter dormiendum aliquando delyravit in ſomniis timorem facientibus vexatus eſt.

Die dominico mane ferè ſine febre, dejectio nulla, urinæ duæ, ſingulæ multa copia, ſubrufæ, mediocris ſubſtantiæ; contentum ſubcraſſum, pulveratum pejus deglutit, vinum bis ſed valdè dilutum & modicum potat, oculi lachrymantur; exanthemata paulo majora : à prandio ferè duas horas dormivit, expergiſcitur, calens plus juſto, malè deglutit: veſperi aucta febris, exanthemata longe majora , urina una, multa, ſubrufa mediocris ſubſtantiæ; contentum in medio & nebuloſum & multum & ſubalbidum : deterius quàm ante hac deglutit; tuſſis cruda, ſputa tamen aliqua matura, dejectio nulla, cænat paulo minus quàm pranſus fuit. facies tota tumida, tumet naſus, tument oculi, inflata labra, atque hæc nigra veluti ſanguis niger.

Gutturis cauſa ſępe capit ſyr*m.* de granatis dulcibus, vinum granatorum dulcium, & linctu & gargarizatu, granata item dulcia mandit: variolę complures in medio quidem albeſcentes, verùm ſe nec exterius extollentes, nec in acutum faſtigiatæ (ut quæ ſalutares ſunt eſſe conſueverunt) ſed contrà inculcatæ, depreſſæ, quod peſſimum ab aliquibus exiſtimatur. Nocte ſomnus multis ſputis intercipitur.

Die Lunę ultima Januarii mane urina paulo craſſior, à cliſterę ſtercora tria, quatuorve, ſolida, cruore ſubnigro foris

ris oblinita,febris levior,sinistrum oculum melius aperit, in facie citra frontem,in malis,in naso,in labris, in mento pustulæ adhuc minimo milii grano minores,colore tamen carnis,quæ naturaliter(ut dicunt)alba,nunc autem fusca videtur;aliç pustulæ,tum in fronte, tum in reliquis corporis partibus,albidæ, malè olere incipiunt, ægrè deglutit,ac deterius quàm heri mane;valde leviter prandet, à prandio sæpe quievit,aliquantum dormivit,urina melior, febris minor, labra utraque (ut diximus)nigra : cæna æquè atque prandium,minus malè deglutit, nocte febriit,molestè habuit,pravè deglutivit.

Die Martis prima Februarii mane urinæ duæ, subrufæ, mediocris substantiæ, contentum in medio subcrassum, pustulæ in fronte,in collo,in manibus, in tibiis multo majores,magisque albæ, in mucronem tamen non fastigiatæ, sed(ut exposuimus) depressæ. Capite aliquantum dolet,dejecto sponte aquosa,pallida,in fundo vasis retrimēta, quinetiam alba, fabis frescis similia, sed non multa, superius labrum cortice illo nigro sponte exuitur velut antiquum ulcus,per vim amota crusta rubrum ad atrum remanet,sputa quædam viscida cum aliquo cruore, nares inflatæ,clausæ, non sine febre, contusum liquidum & modicum prandet, vini albi pauciferi aqua satis diluti duo tantùm coclearia: dein quia sitiebat,aquam ex cinnamomo potavit, præterea nihil.A prandio per intevalla quievit.cetera eadem Vesperi calor minor,videntur in oculis lemæ albescere & maturari, pustulæ illæ faciei minutissimæ in crustam unam cineris colore nihil prorsus eminentem, coire.contrà nasus, mentum,labra adhuc inflata esse,frons utraque,mala præsertim sinistra detumescere,sæpius bene,quandoque non bene spirare;interdum surgere, atque extra cubile sedere invitis assistentibus conatur, quod(licet pòst animo fere deficeret) timorem tamen incutiebat,ne pulmo nimium aut variolis, aut succo,qui eas parit, obsessus id faceret, quippè qui cùm erecti stamus (ut antè quoq; narratum est)quia suspenditur spirando facilius; quum verò cubamus, quia in dorsum incumbit, difficilius inservit, Pituitosa multa, valde lenta, nonnunquam cruori fusco conjuncta, sed difficulter excreat ; urina subrufa, mediocris substantiæ; contentum nebulosum, diffusum, pulveratum,

garga-

gargarizatus ex syrup: de granatis & dulcibus & vocatis muzis, addita aqua calida, facilius expuit, guttur lenitur, cæna quemadmodum prandium, nocte guttur infensum de suffocatione bis terve periclitatur, non dormit.

Die Mercurii mane, febris mitis, pulsus languidi, urina eadem, dejectio nulla, facies circa superiorem mandibulam utrinque detumefacta, nares clausæ, non malè spirat, gargarizatu ex oxymelitis ℥ j. aquæ hordei p. j. sputa minus difficile reijcit, guttur neque pejus neque melius, mucos viscidissimos & multos expuit, eos tamen expellere propter lentorem vix potest, reliquæ pustulæ albæ omnes, caput prurit, prandet ut heri mane, à meridie eadem, cænam solito citius petit, cænat sicuti pransus est, urina ferè sine contento, in aliis eadem, à clistere stercora quædam dura, & majore copia quàm aliàs, & absque cruore, ab his aliquantum dormivit. in facie pustulæ istæ parvulæ, spissæ, subatræ, reliquæ ut dictum est. nocte non nisi rarò dormit, quamplurimum aquæ hordei, id baucale ferme integrum bibisse ferunt. inter dormiendum dextram faciei partem totam fricuit, hæc primùm cruenta, dein nigra cernitur, insomnia formidolosa.

Die Jovis 3. Februarii mane eadem omnia, minus molestè glutit, viscida quædam ferruginei coloris excreat, facies nonnihil detumescit, à clistere stercus multum in frustula divisum subdurum. prandium ut heri. die toto sine somno, sine quiete, καρωτίδες arteriæ quæ in collo sunt vehementer moventur, vox remissa, de fœtore conqueritur circa horam 20. surgens ut sederet, ferè deficit; pulsus inæquales, parvi, deficientes: in lectum deducto digiti manuum convelluntur, brachia sursum deorsum temerè jactantur, caput retro cadit, os distorquetur, lodicem è thorace ad pedes reijcit, cor magnoperè commovetur, quasi erumpere de pectore manu apposita percipitur, mille modis distrahitur, deprimitur, prosilit: interim delyrat, quando ad se redit, molestiam in sterno prope jugulum, & nonnihil in capite sentire dicit: vesperi urinæ duæ justa copia subrufæ, mediocris substantiæ, sed altera sine contento: dejectio, qualis die Martis, pulsus non mali, facies aliquot in locis decorticata, nigricans.

Porro hæc excreanda cordis commotio, simul etiam digitorum

gitorum orisq; contorsio; & alios & nos qui diem Veneris instantem tantopere timebamus, omnino perterruerunt. Ea omnia sanè primo aspectu ab illo fœtore, qué adeo insensim sibi esse referebat, oriri probabile videbatur, ut pote qui pravo suo vapore cor & cerebrum vellicans hæc symptomata excitaret. Deinde considerantibus complures variolarum putore longè majore & molestiore affectos his malis nunquam obnoxios fuisse, suspitio incidit ne à pulmone, quem semper veriti fuimus, isthæc omnia gignerentur. Quemadmodū enim ægroto, qui propter imbecillitatē plerumque supinus jacet & nocte & interdiu variis quibusdam horis vires adeò collabuntur, ut pulmonem erigere, ac dimoveri vix possit, tū voce remissa fit, se detegit, lodicem consuetam velut onustam à thorace rejicit, crebrū & densum (quia pulmo perinde ac lodix gravis est) spirat, manus pectori, ac si aliquid illinc scilicet pulmone pondere infestum eximere vellet admovet, hinc inde huc illuc cum anxietate jactatur: pulsus inæquales, inordinatos, languidos, parvos, deficientes, sortitur. paulo post ad se revertitur, qui tametsi debilior quàm prius erat, evadit, tegmentum tamen tollerat, quietus manet, minus difficile spirat, minus malos pulsus habet, ita hic adolescens similibus in modum prædictum malis distinebatur, subinde ad se redibat: quippe pulmo propter variolas in eo natas propter humoris copiam qui in illum antea & læsum & imbecillum confertim ferebatur (ut dolens guttur, ut jugulum, ut sternum, ut tussis etiam indicabat) densior atq; gravior factus, suo pondere maximum cordi laborem inferebat, vires ejus inculcabat, opprimebat. Illud contrà dum reluctaretur, dum incumbens onus hoc est pulmonem justo graviorem excutere & à se propellere obnixè contenderet, tum sese colligens, spiritus omnes ad se revocabat, mox ut pulmonem à se prorsus elideret, in altum attollebatur, pectus fortiter percutiebat, foris erumpere magno cum impetu apparebat: pulmo invicem sua gravitate illud deorsum reprimens, & retrocedere & concidere cogebat, tandem fatigata ob pugnam natura, cordeque neque pulmoni amplius refragari valente, neque spiritus ea caussa ulterius resumente, sed in loca solita repere permittente, huic ægro falsa quædam quies, & minus inæqualis pulsus contingetinge-

tingebat, In hoc igitur tumultu & altero in alterum vicissim irruente vehemens illa cordis agitatio ob dictas causas creari existimabatur. atque verisimile erat, interea pulsus variari, minui, deficere, quoniam corde spiritus ut contra incumbentem pulmonem magis polleret, ad se retrahente, arteriæ illis egentes moveri vix poterant, postea verò finita pugna, meliores pulsus apparere, quoniam sedata controversia, & corde spiritus ipsos non amplius retinente, sed in arterias fluere (prout moris est) sinente, illæ æquè ferè atque ante symptoma dictum aut paulò debilius reddere consuetos pulsus permittebantur. digitos item contrahi, manus jactari, caput retro verti, os distorqueri, quoniam angustia, quæ suffocationem minatur, infirmum corpus, varios, inconcinnos, contrariosq; motus (ut in his qui à repentina distillatione strangulantur quotidie cernimus) edere cogitur: lodicem autem è pectore abjicere, quoniam ut pulmonem sua gravitate opprimentem à se foras elidere certabat, ita manibus suis ea quæ pectus imbecillum gravabant, illinc amoliri studebat. Hæc autem non semper, sed horis quibusdam accidisse, quia vires æqualiter non semper sese habebant; verùm ubi seu vigiliis seu nutrimenti defectu, seu vi morbi debilitatæ, pulmonem neq; attollere neque sustinere valebant, ut vox ante remissa monstrabat, tum prædicta mala contingere nihil prohibebat. Hactenus de propositorum symptomatum causis. Historia sequitur. Hoc igitur de Jovis leviter cænatus est, vini albi valde diluti perquam modicum bibit, deine tamen non quiescit: huc illuc per cubile jactatur, variolæ, fœtent, caput sæpe fricat, adjuvanti servo, ac si valde jucundum esset, acquiescit: obdormire videtur, sed non potest: febris augetur. hora quarta valde delyrat, simulachris terrificis infestatur. lodicem supernam detrudit ad pedes. è lecto voluit omnino exire, non potuit contineri, egerit aquosum quiddam cum illis retrimentis albis, tum symptoma proximè sedatum rediit, sed multo minus. In lectum regressо contusum paulo solidius oblatum est, deinde horæ partem nunc dimidiā, nunc tertiam per intervalla dormit. hora nona tum ad conciliandum somnum, tum ad pravitatem, si qua subesset, arcendam, præter lemiam terram & margaritas, (quæ præsidia nunquam reliquerat) mitridatii vocatæ

confer-

conservæ violaceæ ana ℈. j. capit. pòst æquè ac hora quarta nutritur, dein levius habet, quatuor ferè aut quinque horas, intercedente tamen sæpius aliqua vigilia, dormit.

Die Veneris quarta Februarii, in qua variolas judicatum iri prædictum fuerat, sputa & plurima viscida, quædam cruenta, quædam quasi matura albida, singula magno reddita cum labore, urinæ duæ satis probæ, pulsus non mali, & naribus clausis & ore clauso manet, id quod summam imbecillitatem vereri nos fecit. Circa horam 16. contusum solidius capit, bene glutit, ab hoc aliquantum dormit, quiescit, hora 19, ad trullam ductus, quale die Jovis proxima dictum est, egessit: tum defectionem sentiebat, sed non defecit. Eodem enim contuso rursus oblato, subinde vino albo, paucifero valde diluto, & per quam modico epoto, statim sibi restitutus est. adhinc paulum dormivit, quievit, urina eadem, Vesperi sputa quemadmodum mane. A gargarismo cum oxymelite nunc læditur, ejus loco syr: rosaceus ponitur, pulsus non mali, urina altera, valde sitit, contusum solidum sumit, vini alibi pauciferi valde diluti modicum summa cum delectatione potat, bene glutit, subinde nonnihil ptisanæ hordei ex jure capi devoravit, mox vinum similiter bibit, tertio ptisanæ ejusdem parum, & panis aliquid capit, itidem bibit, quarto frustulum Appii mali cocti, & vini tantundem similiter diluti potat: quicquid autem devoravit, ejus gratia ut vinum biberet devorasse visus est. Pars faciei dextera tumidior quàm sinistra, an quia cordis illa exagitatio propter laborem præcedentem partem sinistram exinanivit. Nasus & labra adhuc valde tument. In utraque mala crustæ tenues, tensæ, amplæ à carne distractæ quidem, sed ad latus hærentes, siccæ, nigræ, caro subtus cruenta fusca; fætorem accusat, nocte melius & quievisse & dormivisse narrant, majus somni tempus hora una. Sexta hora iterum nutritus est, postea redormivit.

Die sabbathi quinta Februarii mane urina subrufa, mediocris substantiæ; contentum per summa diffusum, non sine febre; cetera eadem. hora 15. parcè admodùm pransus est, ab hoc tamen non dormivit. hora 19. omnibus resistentibus surgit, extra lectum sedens refert magna angustia sibi pectus affici, spirare non posse (id quod ut pulmonis pessimè

pessimè affecti nota est, ita mortem immaturam, quia gravius nunc urget, accelerare significat.) Interim quoque pulsus angusti, formicantes, vehemens & infesta in corda commotio, vino modico assumpto ad se redit. hora 22. contusum quod facile sorbebat, & modicum & difficulter accipit: spe vini, quod valde dilutum bibit, accepir. pulsus non mali, febris, curtum spirare conqueritur, urina subrufa, mediocris substantiæ, contentum nebulosum pulveratum, in matulæ fundo arenæ quædam antea non visæ, rursum urina altera similiter, præterquam quòd minus colorata, à gargarizatu magna tussis excitatur, sæpe supinus manet, an extremæ debilitatis indicium: facies citra frontem tota nigricans, reliquę variolæ eædem.

Ad cordis defectionem, quia tum humidis tum oleosis uti Avicenna cum Arabibus & aliis medicis prohibet, sacculum ex serico baphica cocco tinctum paravimus, qui habet sem. citri contusi ℥ :— sem. ocymi ʒ ij. corticum citri cultello tenuitur incisorum ʒ vj. ligni aloes ʒ j. ÷ croci ℈. j. foliorum melissæ siccæ parum, specierum cordial. temper. ʒ j. ÷ Vesperi quum syr. de glycyrrizâ coclear accepisset, viscidum quiddam; filamenta sanguinis aliqua, simulque sanguinis nigri grumum, quantum est tritici granum, aut paulò majus extussivit, de gutture prope jugulum & sternum conqueritur, καρώτιδες arteriæ hodie quoque in collo valde moventur, nocte horam nunc unam, nunc unã cum dimidia dormivisse referunt, alimenti parum aut nihil sumit, nam hora tertia contusi dumtaxat ℥ ij. deinde vini diluti modicũ. hora decima tantundem; suum os non æquè libenter, nec ita facilè ut prius lavat.

Die dominico mane sputâ viscidissimâ, cum his cruor similiter admixtus, pulsus non mali, cordis aliqua exagitatio, de qua tamen non conqueritur, an quia imbecillior factus, malum jam non sentit: à glande dejectio qualis illa spontanea, sed à clistere stercorosa, subrufa, liquida, cum quibusdam sanguinis filamentis, urinæ duæ eædem. hora 15. male sumit alimentum, diligit aurantium dulce, ut ore verset & teneat conceditur. id quandoque sputum viscidissimum est, quandoque alia quædam paulò dissimilia movet. nihil ferè dormit: nares clausæ. Quoniam aurantium ei potissimùm placebat, ex illius succo & saccaro confectũ julapiũ in

 gra-

gargarizatum offerebatur, nonnunquam etiam & lac caprinum, modo ptisanæ cremor, modo julapium è ſuccaro roſaceo aqua ſcabioſæ diſſoluto, deinde colato, poſtea decocto. convulſiones quædam in manibus momentaneæ, ſed raræ. Circa horam 20. ſymptoma quale die Jovis proximè præterito, ſed multo levius, an quia debilior eſt virtus. poſt id horas ferè duas dormiviſſe dicunt pulſus non mali: cubat in latus ſiniſtrum. hora paulò ante 23. juſculum, quod conſummatum appellant, & panis modicum ex jure ſumit, nonnihil vini potat. ſputa cum cruore aliquo redduntur: urinæ quatuor, ſingulæ bona copia, ſubruſæ, mediocris ſubſtantiæ, contentum quaſi naturale ſed pulveratum: nocte minus malè quàm altera dormivit, delyria nonnunquam terrefacientia, ſuffocatione ſemel periclitatus eſt; ubi expuit, liberatus fuit, minxit in lecto, nec ſenſit, proximis etiam præteritis diebus ſemel aut bis minxiſſe ferunt.

Die Lunæ 7. Februarii mane urinæ quatuor eædem, præterquàm quòd in matulæ fundo plures arenulæ: ad egerendum ſurrexit, ſed nihil dejecit; ſputa eadem, cum his grumi quidam nigri ſanguinis; pulſus iidem, ſæpe in ſiniſtrum latus, ſed quaſi ſupinus cubat, lingua quinque ab hinc diebus non tumida, caput leviter dolet, ſe adhuc curtum ſpirare dicit, nares minus clauſæ, ab his aliqua mungit, interdum tamen à ſputo ita impeditur, ut ferme ſtrangulari videatur. ad 20. usque horam nihil niſi aliquid ad provocandum ſputum capit: hac hora contuſum cum ptiſana mixtum ad ℥ iij. ſorbet, ſubinde vini albi diluti modicum potat, id oblatum fuit, tum quia illud obnixè poſtulabat, tum etiam quia Hypocrates pota ptiſana vini aliquid aliquando propinabat: poſtea vero bis æquè atque paulo antè à ſputo in ſtrangulationem incidit, ubi expuit, levius habet, febris non aucta: ſomni breves & conciſi, delyria aliqua timorem facientia. Veſperi ſputa viſcida, cruda, cum his cruenta, quædam tenuia, tuſſis immatura, febris levis. lodicem conſuetam ferre non vult, ab pedes rejicit, an quia imbecillior (ut ſupra quoque diximus) eſt. facies cruſtis adhuc obducta nigricat: puſtulæ in manibus, præſertim ubi manicæ finiuntur, ſiccantur. ſuperior cutis excidit: in quibusdam cruentum quiddam intus videtur, in quibusdam aſpera cutis ſubeſt. In genu ſiniſtro puſtula una nigra, in collo altera parte

quoque

quoque sinistra. nox valde inquieta, somnus ferè nullus, timores quidam; tantus erat sputi lentor, ut vix unquam expueret, an quia vires jam tandem afflictæ penitus & postratæ sunt: quamobrem neque pulmones attollere, neque sputa rejicere possunt. Pulsus interim angusti, languidi, non tamen intermittentes, nec inæquales, dum aliquid sumebat, augeri videbantur. Secunda noctis hora, post exiguum quoddam jusculum, nonnihil vini albi satis diluti potat; hora septima vocatum consummatum sorbet. Instaurari visus est; sputa nonnulla; versus auroram eodem vocato consummato reficitur.

Die Martis, octava Februarii, mane pulsus non mali, pustulæ sponte sua cortice nudantur, urinæ quatuor quales heri, subrufæ, mediocris substantiæ ad crassum non deponentes; à clistere stercora multa aliquantum dura & simul juncta, sputa eadem. hora 15. modicum jusculi rursus offertur, bene glutit, non tamen quiescit, magis & febrit & sitit. prope horam 30. tantundem sumit, bene glutit, mox vinum exiguum valde libenter potat, paulo pòst difficilius spirat, in cubili quiescere nequit, se huc illuc verti assistentibus jubet, stertor, vox remissior, pulsus deficientes, manus tremulæ, momentaneæ quædam in manibus convulsiones, tussis cruda, sputa lenta, cum aliquo cruore immatura, duo fermè rotunda, cruenta grumi sanguinis instar. vesperi urina tantùm una, crassa subrufa non deponit; densum spirat, sitit. hora 24. vocati consummati ℥ ij. & panis frustula duo vix sumit, mox dilutum vinum album ex medulla panis albi expressum quoad ℥ vj. (quia nihil solidi capiebat) potavit, bene glutit, cetera eadem: nocte pejora omnia, nunquam dormit, nunquam quiescit, vana quandoque loqui sed rarò videbatur. hora septima vocati consummati ℥ vij facilius quàm unquam antehac sorbet, pulsus languidi, densum & crebrum spirat, supinus manet. hora 10. nihil glutire potest, ne vinum quidem quod illi huc usque maximè placuit admittit.

Die Mercurii nona Februarii, mane hora 14. sanguis, ut medici duo qui tum assistebant, referunt, ex ore ad ℥. ferè decem sponte manat, spiritus statim facilior, pulsus meliores, paulò tamen pòst hora 16. diem obivit, cum incredibili mœrore nobilium omnium & universi populi Romani;

Die Jovis 19. Februarii 1575. mane conciderant pustulæ omnes, facies adhuc nigra, corpus totum valdè gracile, venter tumidus. hora 15. secatur: musculi tum thoracis tum abdominis tenuissimi: in abdomine nulla pinguedo. pulmo neque costis neque sterno affixus, ab his liber concidisse tamen veluit pustulæ videbatur, à quo fortasse cùm concideret, sanguinem illum, qui mane paulò ante mortem ex ore prodiit, emanasse probabile est: hic non levis, non rarus, non spongiosus, sed gravis, densus, spissus, ad suilli lienis substantiam propè accedebat, superficie levi, colore in aliqua parte subcruento, duo ejus lobi anteriores aliquot in locis singillatim hic illic album quiddam, quantus est extremus pollicis humani articulus, præ se ferebant, extrinsecus lene, intrinsecus dum secaretur, suppuratum quippiam glutino ex farina parum alba, non dissimile videbatur: sanè id variolarum ipsarum excrementum apparebat, extra verò nō prominebant, quoniam pulmo anteriore sui parte ut ad pectus perpetuò sese collidit, ita illas retrocedere, & superficiem in seipso levem relinquere cogit.

In pericardio non aquula, ut solet, sed sanguis quidam non concretus, liquidus, niger ad ℥ iij. inventus est, forte quia dum à pulmone (ut supra declaravimus) graviter opprimebatur: interea dum coërceretur, non aqueum aliquid, sed cruorem exsudabat.

Cor valde flaccidum, quasi rugosum, utrinque depressis ventriculis, in ambobus perexiguus sanguis concretus.

Hepar nihil mali præ se ferebat, præterquam quòd sub cavo versus extimum parte quadam nigrum incisa nihil intro subibat.

Omentum non album, sed subcruentum, relictis intestinis ad stomachum & hepar, & lienem fere totum retractum sine ullo pingui, maximè gracile.

Intestina inflata omnia & vacua, præterquam in colo: hic enim stercus durum & perexiguum.

Stomachus foris colore subrufo, intus albido, tenuibus intestinis.

Lien & renes naturaliter se habebant.

Sub

Sub inteſtinis paulò pòſt renes hinc inde verſus coccygem, utrobique ſanguis quidam niger, membranæ poſteriorem inibi partem ſuccingenti perfuſus.

Caput & guttur non attigerunt, ne illa quæ integra ſervari oportebat, à ſectione deturbarentur.

De his hactenus: in quibus enumerandis ſi noſtra prolixior fuit oratio quàm hiſtoriæ compendium, quo in aliis utimur, poſtularet: ſcire licet id factum fuiſſe, ut cuique judicium de his ferre in promptu eſſet: quod niſi res quemadmodum ſeſe offert, hic purè & integrè recenſeretur, nec rectè fieri, nec intelligi ullo modo poſſet.

Cæterùm hæc ſeparatim ab aliis hiſtoriis quas præmanibus habemus, & modo ab eiſdem diverſo, id eſt, non brevi, non contracto, ſed producto & diffuſo, nunc ſcripſimus: tum quòd res ut eſt, ab omnibus intelligeretur; tum quòd aliqui exemplum id à me non ſolùm requiſiverunt, ſed prorſus efflagitarunt.

Alexander Petronius.
Michaël Mercatus.

PRÆSENTATA. CLIVIS. VI. MARTII. A. NUNCIO. APOSTOLICO GASPARE. GROPPERO.

DILECTO. FILIO. NOBILI VIRO. GUILHELMO CLIVIÆ, &c. DUCI.

GREGORIUS PP. XIII.



ILECTE fili, nobilis vir, Salutem & Apostolicam benedictionem. Nihil potuit nobis gravius accidere eo casu, quo sumus gravissimè afflicti. Carulus Fridericus non minus nobis charitate filius, quàm tibi natura, venerat à Maximiliano avunculo defessus & languens de via. Excepimus eum eo honore & gaudio; quo par erat filium nostrũ in Christo charissimum, & tanti Principis natum, tantisque virtutibus præditum. nec prius illum à nobis discedere, & Neapolim (cujus urbis visendæ studio tenebatur) ire passi sumus, quàm bene firmum & robustum vidimus. Inde cùm rediret, eodem ipso, quo ad nos pervenit die, cum febre decubuit. Nihil prætermisimus, quod quidem humana ope provideri atq; effici potuit: eandemq; in eo curando diligentiam adhiberi fecimus, quæ nobis ipsis simili in periculo adhiberi potuisset. Hoc tibi alios confirmaturos aut confirmasse jam, confidimus. Cùm autem nihil proficeretur, morbusq; ingravesceret; quod extremum erat, ad divinam opem impensius implorandam confugimus, perque omnia templa & religiosas domos pro illius salute supplicari fecimus. Neque tamen nostras & ipsorum preces aspernatus est Deus: sed ut solet amplius multo, atq; abundantius tribuit, quàm postulabamus. Nam pro hac mortali & caduca, quam Carulo Friderico precabamur vita, tribuit ei divina bonitas immortalem illam & beatissimam, cujus causa facti sumus: & quo totis viribus omnes niti atque aspirare debemus. Acerbum certè nobis est, & fere intolarabile, carere tanto filio, tamque amabili: eque nostro dolore facilè existimamus de tuo. At quoniam nos mortales agnoscimus,

Deum-

Deumque benedictum (tametsi sæpe nos latet ejus consilii ratio) omnibus in rebus, ut optimum Parentem, scimus nobis, nostrisq; præclarè consulere: æquum est nos ejus voluntati acquiescere, & gaudere quòd illum ad sese in cælum evocarit. Quod quidem pollicetur nobis ipsius pietas, quam sæpe alias, tum vero in ipsa ægritudine (sæpius enim ad eum visendum ivimus) in eo singularem perspeximus. Ferebat æstum febris cum summa patiētia; Deum semper in ore habebat, eum invocabat; nō corpus sed animam ei suam commendabat. Ad extremum omnibus criminibus absolutus, Sacramentisque ecclesiasticis munitus, nostraque dispensatione Ecclesiæ thesauris, hoc est, meritorum Jesu Christi, sanctissimæq; Virginis, aliorumq; Sanctorū, omnibus pœnis, si quæ reliquæ fuissent, liberatus; eo charitatis provectus est; ut multis audientibus, pferret illa Pauli verba, Cupio dissolvi, & esse cum Christo. Maxima hæc sunt, charissime fili, ad consolandum: & tanta, ut meritò debeant omnem dolorem abstergere. Etenim filii felicitate dolore parētis non est, suo verò ipsius incōmodo cōmoveri, seipsum amantis est, & suas rationes ad communis summiq; parentis Dei voluntatē minimè accommodantis. Illud etiā cogitemus, non periisse filium, sed ad optimum Parentem pervenisse, non vitam pdidisse, sed ad meliorem migrasse: non nobis ereptū esse, sed in cœlum receptum. Quis vero unquam peregrinus lamentatus est periisse sodalē suum, quem persuasum habuerit citius ad hospitium pervenisse? Ferat modò ejus breve desiderium atque absentiam, cumque ipse eodem pervenerit, una cænaqit, quiescet, perfrueturque amico. Hoc nimirum erat, quod monebat Apostolus: Ne contristemini de dormientibus, sicut ceteri, qui spem non habent. Evasit jam is, quem desideramus, ex gravissimis hujus itineris periculis, capitaliumque hostium & latronum insidiis, fruiturq; lætus summa & sempiterna tranquillitate: & dolebimus eum non adhuc in his periculis versari? An non experimur, longiorem in hac vita cōmorationem, multorum maximorumq; committendorū criminum occasionem esse? Divinam igitur Sapientiam audiamus. Justus, inquit, si morte pöccupatus fuerit, in refrigerio erit: raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus. Hæc nobis ipsis ad consolandum proponimus, quibus ut tu quoq; utaris, cūq; primis naturæ cōmotionibus satisfeceris,

teque in dolendo parentem præstiteris; sapientem & servum Christi in dolore leniendo ut præstes, omniaque à paterna Déi manu cum gratiarum actione accipias, dicasque
« cum beato Job: Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut
« Domino placuit, ita factum est, Sit nomen domini benedi-
« ctum;etiam aque etiam rogamus. Deus ipse, omnis consolationis auctor, consoletur nobilitatem tuam, teque indies augeat sua gratia, nobisque facultatem tribuat, nostram erga te voluntatem declarandi. Quæ cùm semper fuit paterna, tuorumque commodorum cupidissima; hoc tempore eo erit propensior, quo altius in animo conservabimus dulcissimam memoriam amoris, quo hunc filium benedictum prosequebamur. Cetera ex Nuncio nostro Groppero cognosces, cui omnem fidem tribui cupimus. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die 10. Februarii. M.D.LXXV. Pontificatus nostri anno tertio.

Anto. Buccapadulius.

SANCTISSIMO. PATRI. ET DOMINO. GREGORIO. XIII. S. ROM. ET. UNIVERSALIS. ECCLESIÆ. PONTIFICI. OPT. MAX. DOMINO. MEO CLEMENTISSISSIMO.



UANTA vis sit affectus & pietatis patris erga unicè dilectū natum, reipsa proximis hisce diebus sum expertus, cum allatum fuit de præmatura morte charissimi mei filii primogeniti Caruli Friderici piæ memoriæ tristissimū nuncium. quod sanè in summum me dolorem ac mœrorum conjecit. Omnia n. statim animo meo paterno, ut in tā gravi vulnere evenire solet, obversabantur, q̄ acerbiorē hunc casum redderent. imprimis verò optima spes de eo cōcepta, & q̄ jam ætas ejus reb⁹ gerendis apta fieret: p̄dicataq; mihi sæpius à multis etiā principib. viris p̄clara ejus virtus atq; indoles: quib. Dei benignitate confisus, mihi certo persuaserā, eū non solū baculū firmu senectutis meæ futurum, verumetiā aliquādo ditio-

nibus

nibus meis,toti etiam patriæ Germaniæ,atque adeo universæ reip.Christianæ commodam utilemque operam navare posse. Quum hisce doloribus animus meus obrueretur,vixque consolationem recens istud vulnus reciperet, peropportunè eodem ferè tempore S. T. Nuncius Reverendissimus D.Gasparus Gropperus ex mandato S. T. me convenit eiusdemque S.T. non solùm verbis aptissimis me consolatus fuit;sed & Breve S.T.plenum è Christiana philosophia petitis consolationibus mihi reddidit. Cuius quidem lectione animus meus nonnihil erectus, cœpi mox S T. paterno & piissimo consilio acquiescere,& me divinę voluntati(cui repugnate non licet)magis magisque accommodare. Hoc autem mihi vel maximam consolationem attulit, quòd filius meus etiam S.T.testimonio in Orthodoxa & Catholica fide piè & devotè in Domino obdormivit : ita ut certus sim, nihil mali illi accidisse, sed mortalem hanc vitam cum immortali(ad quam omnes aspiramus)commutasse,ac à Christo in sinum Abrahæ collocatum perpetua nuncfrui felicitate. Ceterum ex hoc S.T. Brevi gratissimo animo intellexi S.T.hūc filium meū Romam advenientē multo majore honore, quàm ejus ætati conveniebat,excepisse;ibi morantem paternè clementissimeque uti charissimum filium tractasse; ægrotum omni benignitate prosequutum fuisse;suos ei medicos adhibuisse, in ipsaque ægritudine sæpius ad eum visendum ivisse, nihilque prętermisisse, quod ad recuperandam pristinam valetudinem conducere ullo modo videri posset. Cumque illa nihil proficerent, morbusque ingravesceret S.T. per omnia templa & religiosas domos pro illius incolumitate Deo Opt.Max.supplicari fecisse, obituque illius pro incredibili sua humanitate graviter afflictam fuisse. id quod etiam plurimorum litteræ Roma ad me missæ cum S.T mirifica laude testantur & confirmant. Quid verò ego S.T.pro hac tam egregia erga nos paterna voluntate, summisque collatis beneficiis retribuam,non invenio. Maximas profectò atque immortales,quod unum possum,ago gratias S.T.nihilque mihi accidere posset exoptatius,quàm eam à Deo mihi facultatem concedi,qua re ipsa gratum meum animum erga S.T. declarare possem. Me verò S.T.quanto possum studio,tanquam obedientissimum filium, officiosissimè & devotissimè commendo. Quod superest, Deum

Max. toto pectore oro, ut S.T. Ecclesiæ suæ, totique reip. Christianæ quàm diutissimè incolumen & felicem conservare dignetur. Dat. ex arce nostra Clivensi, vij. Id. Martii anno 1575.

Ejusdem S. T.

obedientissimus filius

Guihelmus Dux Iulia. &c.

ILLVSTRISSIMO. ET. EXCELLENTISSIMO. DVCI. CLIVIÆ ET. IVLIÆ,



Umnocte illa, Potentissime Dux, qua divinæ Majestati placitum est Illustrissimum Principem Carulum Fridericum, filium tuum, in cælestes sedes recipere; accersitus de improviso fuissem, ut ipsi felicissimas illas oras, in quibus nunc sua gloria fruitur, jam jam petenti, præsto forem: cumque inspicerem, nonnihil allevationis tanti doloris gravitati afferre posse, quamvis ad Excellentiam tuam nulla obsequia aditum mihi facerent; tamen charitate Christiana impulsus, non dubitavi & hæc ad te scribere, & veritatem ipsam fideli testimonjo consignare. Nam quemadmodum clarissimum Juvenem, pro suis singularibus meritis ac virtutibus cùm Italia tota, Primariique omnes, quibus datum est illum de facie agnoscere, mirificè sunt amplexati; tum speciatim Sanctissimus noster Oecumenicus Pastor Gregorius XIII. & viventem in sinu & oculis tulit, & vita defunctum summis honoribus excoluit, sic nullius non oculi Romæ in acerbissima morte maximam vim lachrymarum copiosissimè profuderunt. Et quamdiu sanè morbus ille duravit, nunquam nec à clero nec à ceteris religiosis viris de continenti

nenti quadam rogationum continuatione pro valetudine ipsius remissum fuit. Videbamus enim hujusmodi tam funesti interitus intempestivo cultro filum præstabilius aureæ hujus telæ, quam Beatissimus Pont. texit. intercidi : ut potentissima illa provincia, nobilissimumque regnum undique purgatum, Sanctissimæ Ecclesiæ Catholicæ Romanæ jam tandem obediens redderetur: faxit id divina miseratio, ut honoris sui nomen sit maximum, ac Germania felicissimam pacem trahens, illa cæli benignitate, terræque fertilitate potiatur, quam præ cæteris provinciis illi, is qui cuncta creavit liberalissimè est elargitus. Equidem testimonio cùm amplitudini tuæ ad curationem morbi adhibitos fuisse medicos & spectatissimæ integritatis & probatissimi usus ac doctrinæ, operamque dedisse ægroto diligentiores atque amantiores quàm cuiquam Primorum ullum unquam dedisse viderim, qui tanta assiduitate noctes atque dies tempus inter se partiti adolescenti ministrabant : ut lectus illius nobilium virorum, & assistentium corona semper cingeretur, ac suprema nocte sæpius senem quendam, cujus nomen ignoro, vocabat, qui quidem cum in ipsius conspectu genu flexo adesset, Carulumque Fridericum frequenter appellaret, magnam ex hominis præsentia animi jucunditatem concipere videbatur. Sumpsit sanctissima mysteria maxima animi pietate astantiumque omnium summa admiratione; & in extremo quidem halitu, quamdiu adfui (neque enim quoad spiritum duxit, eum deserui (eximiam animi constantiam, patientiam, singularem cum divina voluntate convenientiam, & incredibile cælestis patriæ desiderium præ se ferens, Jesusque nomen identidem implorans animam edidit. Honorificentissimè deinde elatus, prosequentibus defuncti funus magno cum fletu cujusvis generis & ætatis hominibus, sepultus est : in omnibus Romæ templis sacra pro ipso facta : magnificentissima ac solemni pompa ad Divæ Mariæ, animæ justa soluta, Latinis versibus ejus nobilitatem animique & corporis dona laudantibus postes ædis refertæ, quemadmodum à suis qui aderant, Excellentia tua certior fieri potuit. Reliquum sit igitur ut Excellentia tua in æterno consilio acquiescens, secum reputet immutabilis sapientiæ oculos nostris multò lõgius rerum exitus intueri

tueri

tueri:voluisseque Deum flosculum hunc etiam rorantem sibi decerpere, ne depravatus mundus malis ipsum suis moribus inficeret, & cineres quidem statuisse in gremio matris Ecclesiæ deponi, animam verò in cælum elapsam suis manibus illam conservare valentibus, quoad unà cum corpore in universali renovatione redintegrata beatitudine perfecta donetur, exceptam foveri. Sapientia itaque cælestis, quę Celsitudo tua tam valde amabat, à tuis amplexibus avulsit, & ex altera parte constituit, ut tuus animus Romam, ubi corpus jacet, frequentissima cogitatione recurrat, atque ita Excellentia tua sit optimus excellentissimus filius; ex altera verò in cęlum, ubi nunc fortunatissima anima optimi Principis Caruli Friderici, nati tui, cum Deo regnat, sæpissimè evolet. Finem dicendi faciam, si illud tamen adjunxero, quòd cùm postridie quàm obiit quidam Sacerdos ex ceremoniis Divi Gregorii pro eo rem divinam faceret, tanta animi suavitate cælitus est perfusus, ut constantissimè affirmare audeat, eodem die ipsum ad superos evocatum. Quin etiam alius sacerdos sempiternorum contemplationi deditissimus, qui plurimis Deum precibus pro impetratione valetudinis obtestatus fuerat, nuncio mortis accepto, adeo perculsus fuit, ut nec somnum nec cibum capere posset, coactusq; est, dum publicè ad populum in concione quotidiana verba faceret, acerbitatem quam intimo corde inclusam habebat, effundere, subveritus S. Ecclesiæ inimicos hinc impia maledicta & convitia impudentissimè arrepturos. Sed immortales profectò Deo gratiæ sunt agendę, quæ magnitudini tuę spirius ita exsuscitavit & addidit, ut non modo tantam jacturam placidè tuleris, verùm in spem optimam pios viros induxeris fore ut alium è suis nobilissimis filiis Romam, si opus fuerit, ad suam Sanctitatem mittas. ita enim exemplo hujusmodi tam insigni, ceteri Principes isthic quæ sint eorum partes admonebuntur: dæmoni verò & reliquis suis assectatoribus maxima ignominia imponetur: Religiosi autem & Catholici mirifica voluptate inde affecti sublevabuntur. Det mihi quæso Excellentia tua veniam, si nimis audacter forsan huc usque oratio mea progressa est. Quis enim amori in Deum & sacrosanctam Religionem finem præscribat? Impertiatur tibi Deus & intelligentiæ

tiæ vim, & facultatem hujusmodi: ut & planè perspicias quid ad rem opus sit, & perspectum facillimè exequaris, remque gratissimam facias illi, qui tantum sudoris ac laboris in tuam causam impendit, tantumque honoris in hac mortali vita tibi contulit: ut & bonorum dierum plenus & meritis affluens contendas ad adeptionem fructus illius, quo solo contentus ac satiatus animus noster esse posset. Quod ut divina Clementia tibi communicet, omni studio, animiq; contentione ab illa efflagitabo. Sed ut concludam, manus Excellentiæ tuæ qua possum & debeo reverentia osculabor. De Groppero integerrimo ac Rmo. D. N. Nuncio facillimè, qui sim cognosces, ut compertum habeas me nulla re motum, præterquam honore in Deum, animarumq; salute & Excellentiæ tuæ, & populorum qui tua ditione, ac nutu gubernantur, hæc scripsisse. Romæ, Cal. Maji, anno, 1575.

Excellentiæ tuæ.

addictissimus servus

Franciscus Maria Tarusius, Sacerdos D. Ioannis Florentinorum.

LACHRUMÆ. IN. CARULI OPTIMI. JULIACENSIUM PRINCIPIS. FUNERE.



N modo qui magna circum stipante caterva
Threjcio sublimis equo spectabilis ostro
Heroes Rutulos inter gentesq; Latinas
Ibat ovans reliquos velut inter lucifer ignes,
Aurea cum tacito labuntur sidera mundo,
Martia quem primis venerata est Roma sub annis,
Ceu magnum ex alto delapsum nomen olympe,
Quem stupuit Latium, stupuit quem Teutona tellus,
Ante diem curas volventem mente seniles.
Cui Pylios annos Cumea & secula vatis
Optabant populi plausu, linguisq; secundis.
Et nunc (quis saxo? quis duro robore natus

Conti-

Contineat lachrymas ?) en nunc florente iuventa
In medio cursu ceu flos succisus aratro
Purpureus, gelidus pavit quem aurora pruinis.
Eloquar, an sileam ? fatis sublatus iniquis
Concidit, æthereamq; animam exhalavit in auras.
Ah crudele nephas ! nec tristia flectere fata
Oris honos potuit niveus, nec pulchra iuventus,
Nec virides anni nec digni ipso Iove mores.
Vix sese induerant tenera lanugine mala,
Finierant dura vix bis duo lustra sorores.
Scilicet egregium morti paritura triumphum
Candida cùm tristis disrupit stamina Clotho,
Stamina & argento, fulvo & contexa metallo,
Ignea quod fœdi prædixit flamma Cometa.
At non hæc pietas, non hoc tua vivida virtus,
Magne heros, non hoc tua nos sperare iubebat
Inclyta religio, nec recti sancta cupido:
Sed fore qui ferro victam, longeq; fugatam
Threiciam à nostris rapiens depelleret agris:
Caucaseis quà iterum Mahumetem includeret oris:
Qui tua Rhene pater victrici tempora lauro
Cingeret, , & spoliis, raptisq; ex hoste trophæis.
Dis aliter visum. quis cælum carpere diris
Audeat ? aut demens Divos culpare nocentes?
Non ideo merita tu laudum in parte carebis
Magne tamen Princeps, nec quod fortuna senectam
Invidit Iuveni, deerunt præconia famæ.
Optima prima fere rapiunt pia numina terris,
Dignaq; siderea merito statione reponunt.
Talis erat Thetidis matris cum concidit ictu
Phœbe tuo, talem ploravit & Hectora Troia.
Nonne novem cernis vivendo garrula cornix
Sæcula vivit anus ? unum mortalibus ægris
Vix adeò magni Rector concessit olympi.
Singula quid referam ? virtute extendere vitam
Extremasq; decet factis superare favillas.
Quamvis nec laudes placeat nunc, maxime Princeps,
Enarrare tuas, nec fortia facta parentum,
Heroasq; atavos longa deducere Musa:
Obstat enim vis sæva mali, vis sæva doloris.

Forte aliàs maiore tuba, maiore cothurno
Ista canam. mœstas nunc fundere pectore ab imo
Sufficiat lachrymas. & mœstos fundere fletus.
Heu mihi, qualis erat, quantum diversus ab illo,
Lætitia insignis multa, formaq; decorus,
(Purpureo veluti si quis corruperit ostro
Indum ebur, aut commixta rosis stant lilia rubris)
Tunc cum ingens hominum custos, quem stratus adorat
Orbis, quem supplex dominum, patremq; fatetur,
Auro mucronem contextum ex iaspide fulva
Fulmineum aptarat lateri, propriumq; dicarat.
Proh quos tunc sensus, proh quos sub pectore motus
Sensit secreto tanto dignatus honore!
Iam tunc si quam fata viam casúsve dedissent,
Charam pro sanctis vitam devoverat aris:
Non tamen hac multum concessum felicitate
Posse uti; medio mors importuna tenebras
Lætitiæ effudit nigra caligine quando.
Infelix nimium lethum, quod sedula tellus
Omnis deplorat, seu quam cum gurgite tollit
Phœbus equos, seu quam cernit rursum æquore condens.
Aspice fulgentem terno diademate primum
Pastorem, gemitus, lachrymas, fletusq; notabis.
Quin etiam hic circum Patres, quos purpura vestit,
Aspice, nec siccos poteris deprendere vultus.
At te nunc quanto, ter maxime Maximiliane,
Germanum sacris dum frenas legibus orbem,
Quanto te credam luctu, quantoq; dolore
Tangi? te quanto celebrare hac funera fletu?
Vos quoq; Hiberiaca Rector fortissime gentis,
Et cui lenis Arar paret, celerisq; Garumna,
Nunc consanguineo lachrymarum funditis undas.
Quid memorem patrem? quid vos cum fratre sorores
Infortunatas? mens victa dolore fatiscit,
Tristiaq; ex imo manant suspiria corde.
Et tu Cæsareo prognata ex stemmate mater,
Quos gemitus miseranda dabis? quos mœsta ululatus;
Aurea proh quanto feries laquearia planctu!
Sed iam plura loqui prohibent lachrymæq; dolorq;
Otia iam fessa repetant, requiemq; Camœnæ.

IO.

ELEGIÆ IO. BAPTISTÆ, FONTEII MEDIOLANENSIS.

De obitu Caroli Friderici adolescentis, Principis Cliviæ.

A' Meritum lachrumas casum, meritumq; querellas,
Ergo obijt Princeps Cliuius, ergo obijt?
Vt iuuenis quondam deflendus utriq; parenti
Marcello genitus concidit ante diem.
Conde tuos, si quid respectas, Parrhasis ignes:
Hora tibi vasto mergier oceano
Ille decus generis, cui Cæsar auunculus, & cui
Dux pater, & Reges sanguine finitimi.
Quanta barbarico, quanta spe victor ab hoste
Olim iter dignos coniugis in thalamos.
O Dî, quorum aris supplex imponere honorem
Sueuerat, & vitam puriter exigere,
Scitis ut à patriis digressus Carulus oris,
Cùm sanctam coleret, cum pietate fidem,
Venerit expositas pro vestris cernere templis
Calestes vera Religionis opes;
Moreq; sacratum diuino acceperit ensem,
Et dextram summi verbaq; Gregorii.
Nonne fuit satius vestris ex hostibus, èque
Sacrilegis aliquem occumbere principibus?
Turca furit vobis inimica in gente tyrannus,
Fas fuit à Selymo sumere supplicium.
Regnatorem Asiæ peterent ostenta Cometæ
Non hunc, si magnos flamma comata petit.
Heu quem non ætas, non vota precesq; piorum
Nec virtus iuuit vivida, nec bonitas:
Tales fundentis gemitus illustris imago
Principis hæc visa est reddere verba mihi:
Pontifici sancto nimio dilectus amore
Aspexi caram carior Italiam:
Desine te insanis incendere vane querellis,
Et venisse aliquid mî reputare mali:
Gaudia cui permulta beata in sede parata
Ex hac perpetua sunt pietate mea.

Tartas

Tartareis Selymus, ne vivum rere, cathenis
Vltrices vinctus perpetitur furias.
Ast ego pro mæsto superos orare parente
Erep tus rebus rite queo miseris.
Ille cito regnis tristis spoliatus opimis,
Sentis præsentis supplicium sobolis.

ΑΝΩΝΥΜΑ ΚΑΙ ΑΔΕΣΠΟΤΑ
quædam epigrammata, quibus Romæ docti Caruli
Principis funus celebrarunt.

A teneris Christo fuit is gratissimus annis
Natura cunctos dotibus exuperans.
Nunc ideo ad Superûm transit consortia, Christus
Atque dedit vita nobiliore frui.
Nam quicunq; fuit Christi dilectus alumnus
Hic bonus ac prudens, atq; beatus erit.

Aliud.

Aspice nunc, mortale genus, quid marmor obumbrat,
Aspice namq; eadem te quoq; fata manent.
Carulus ingenii iacet hac sub mole sepultus
Magnanimi hic tumulus continet ossa Ducis,
Cuius fama adiit Mauros gentemq; Scytharum,
Persas & populos quos beat unda Tagi.
Nam fuit insignis pietate, & maximus armis,
Sed nimium properans venit acerba dies.
Heroem hunc magnum partis generosa triumphis
Teutona terra tulit, nunc pia Roma tenet.
Omnibus est vitæ cursus, & meta laborum:
Nemo potest votis flectere fata suis.

Aliud.

Carulus ô quoties mortis discrimina versans,
O utinam, dixit, sit mihi Roma quies!
Illic nam moriens placido subiisse fatebor
Falcigera vultu tela cruenta Dea.
Vt vero vidit Roma sibi certa parari
Funera, nunc, dixit, terrea linquo libens:
Inter nam Christi proceres en corpora linquo,
En inter summi Pontificisq; manus.

Talia dum memorans cupit, atq; ardentius instat,
Deseruit terras, transiit astra celer.

Lachrymæ.

O funus mæstum Caroli & lachrymabile mundo,
Invisum Cliviis Romuleisq; viris.
O iubar extinctum Phœbo lucentius orbis
Quod tenebras tantas deseruisse potes.
O Cliviæ columen, cari spes una parentis,
O rarus longa posteritatis honos.
Qua te de medio viridis mors sæva iuventa
Abstulit è terris, intrepidaq; manu?
Parcere non possum lachrymis, Germania parces?
Plange, nec amissum desine flere Ducem.

Aliud. Iesus Maria.

Magnam animam Carolus Roma novus hospes agebat:
Ingemuit sancta urbs Gregoriusq; pater.
Ergo calicolas votis precibusq; fatigant,
Reddatur tanto vita salusq; viro.
Audiit omnipotens, mox vita redditur Heros:
Magna tenent magnos gaudia Romulidas
At Carolus superas qui iam introspexerat arces,
Siccine magne Pater iam data regna negas?
Dudum mortalis vita piget, atq; beatam
Suspiro, hac detur vita, salusq; mihi.
Talia dicentem Rector miseratus Olympi,
Vera, ait, eccedatur vita salusq;, veni.

Aliud.

Nobilitas si clara potens, si dextera bello,
Quaq; placet cunctis gratia, forma, decus,
Si probitas, virtus possent obsistere morti,
Et mortis possent frangere tela trucis:
Non foret extinctus Clivii Dux inclitus orbis,
Invictis armis ingenioq; valens,

Aliud.

Dum celebri Caroli peraguntur funera pompa,
Aurea crinitus condidit ora Deus,
Et velutis lachrymis pluvia testatur alumni
Quam sibi dilecti mors sit amara sui.
Qui doctrinarum vita & splendore coruscans,
Fulgidus in terris sol velut alter erat

Aliud.

Aliud.

Maxima quem mundi superant duo lumina amarunt,
Arbiter imperii, Christiadumq; Pater:
Qui leges servare sacras vix ubera vitans
Instituit, (dolor heu) mors violenta rapit.
Gregorius Pastor largis singultibus ora
Humectat, cernens hinc mala multa pius.
Quippe iubar fidei populum sub iura nephandum
Sperarat rediens cogere Christigenum.
Rector at Imperii materno huic sanguine iunctus,
Quàm dolet affinis tam fera fata sui.
Contrà Divorum gaudet sanctissimus ordo,
Ex quibus hic unus iam Fridericus erit.


IN LUCTUOSAM GENEROSISSIMI adolescentis Caruli Friderici, Illustrissimi Clementissimiq. Principis ac Domini, D. Guilhelmi, Ducis Iuliacens. Clivins. Montens. &c. filii mortem, Ode funebris. Per M. G. C. E.

Ecquid ut allatum est Roma de funere nostri
Principis, illustri Principe patre sati:
Squallida nunquid eras subito Germania luctu?
Et perculsa Ducis funere nunquid eras?
Haud fas esse puto vel eburna plectra moveri,
Lumina sed fletu dissoluenda reor.
Mors quia non timuit tam clarum tangere nomen,
Ac nos luctificis exagitate modis.
Deservit corpus fragile illustrissimus heros,
Certior est vitam vita secuta brevem.
Non pietas, non ingenium, non nomen avorum,
Non illum est tuitus stemmatis altus honor.
Auribus hanc hausit famam Gangetica tellus,
Cliviadum fatis occubuisse Ducem.
Quaq; Notus spirat, molles qua thura Sabai
Accumulant, casus flebilis iste patet.
Nec mirum: quis enim, quamvis adamante ligetur,
Audita hac lachrymas mittere morte queat?
Hunc, hunc purpureo dignata corona galero
Luget, & obtundit pectora mœsta frequens.
Nec quoq; Cardineus chorus observandus amaris
Temperat à lachrymis, fletibus ora rigat.

Carule Teutonica prælustris gloria gentis,
Dignus, ut hoc æuo non morereris, eras.
Ast medio cursu dum iam traducitur ætas,
Persequitur variis mors fera quemq; modis.
Carule Dux, semel at posita compage caduci
Corporis, æternum viuis in arce poli.
Hoc tua sic merita est præstans & viuida virtus,
Virtus in cælum qua redimitus abis.
Paucula terra tegit corpus, sed spiritus astra
Incolit, & nunquam dein moriturus erit.
O utinam Lachesin potuissent carmina nostra
Flectere! non huius vita resecta foret.
Quin noua defectis cupiissent vellera Parcæ
Agglomerare colis, & superesset adhuc.
Non suprema tamen lux hunc deprendit inertem,
Moribus at vita, iudicioq; grauem.

Epitaphii loco.

Carulus hic situs est patrii candoris imago,
Cui tribuit meritum maxima Roma decus.
Quiq; ætate fuit iuuenis, sed moribus, ore,
Ingenio, studiis, & grauitate senex.
Condidit hic corpus generosus & inclitus heros,
Gloria sed nullo fine premenda manet.



AUCTO-

AUCTORUM NOMINA, QUOS IN HOC OPERE SEQUUTI SUMUS.


Æschylus tragicus.
Afranius poeta.
Agathias Myrinaeus.
Albertus Crantzius.
Albertus Magnus.
Albertutius.
Alcadinus poëta.
Alexander Petronius.
Amadisius Gallus.
Ambrosius.
Ammianus Marcellinus.
Andreas Alciatus.
Annales Cluviensiũ principum.
Annales Mutinensium.
Annales Noricorum.
Annales Praenestinorum.
Annales Salisburgensiũ.
Annales Veronenses.
Annius Viterbinus.
Antiquae inscriptiones marmorũ ac nũmorũ.
Appianus Alexandrinus.
Apollonii interpres.
Apulejus.
Aristocles.
Aristophanes Comicus.
Aristophanes Grãmatic⁹.
Aristophanis interpres.
Aristoteles.
Asconius Pedianus.
Attius comicus.
Auctor de viris illustrib. Romanorũ. Quam epitomẽ Sex. Aurelii Victoris esse, exemplaria vetusta quædã nunc produnt.
Augustinus.
Ausonius poeta.
Berosus.
Biblia sacra.
Blondus.
c. Cacilius.
Cæsar Constantinus.
Caper grammaticus.
Carulus Langius.
Cassius Hemina.
m. Cato.
Catullus poeta.
Claudianus poeta.
Conradus Celtes.
Cornelius Severus poëta.
Cornelius Strabo.
Cornelius Tacitus.
Coritius.
Cyriacus Anconitanus.
Cyrillus.
David rex psalmograph⁹.
Demagoron physicus.
Diodorus Siculus.
Diogenes Laertius.
Diotogenes Pythagoricus.
Ennius poeta.
Ephorus.

Gg 3 Epi-

Epicharmus poeta.
Ethicus Ister.
Eucherius theologus.
Eumenius rhetor.
Euripedes tragicus.
Euriphamus Pythagoric⁹.
Eusuasius poeta.
Eusebius Pamphilus.
Eutropius historicus.
Ferraus Lofredus.
Florus historicus.
Franciscus Balduvinus.
Franciscus Petrarcha.
Francescus Sansovinus.
Fulgentius Placiades,
A. Gellius.
Georgius Ederus.
Georgius Fabricius.
Gerardus Noviomagus.
Gregorius.
Henricus Rysuicus.
Herodianus.
Hesiodus poeta.
Hesychius theologus,
Hieronymus.
Historiæ sacra Sanctensiũ.
Homerus. Horatius.
Hyginus.
Jacobus Sadoletus.
Joãnes Annius Viterbiẽsis.
d. Joannes Apostolus & Evangelista.
Joannes Bocatius.
Joannes Cuspinianus.
Joannes Goropius Bacan⁹.
Joãnes Frãcisc⁹ Lõbardus.
Joannes Hofmeisterus.
Joannes Pontranus.
Joannes Tritemeus.
Isajas propheta.
Itinerarium provinciarũ populi Romani.
c. Julius Cæsar.
Julius Frontinus.
Julius Scaliger.
Julius Capitolinus,
Justinus martyr.
Juvenalis poeta
Lampridius historicus,
Leander Albertus.
Liber de limitibus agrorũ.
t. Livius.
Lycophron Chalcidensis.
Ludovicus Saxo Ludovicus Vives. Loxus medicus.
Lucanus poeta.
d. Lucas Evangelista.
Lucianus sophista.
Lucilius poeta.
Macrobius.
Manethon Ægyptius.
Martialis poeta.
d. Mattheus Apostolus & Evangelista.
Moschus poeta.
Notitia provinciarũ populi Romani.
Olaus Magnus.

Oppia-

Oppianus poeta. Orus Apollo. Orpellus.
Ovidius Naso.
Palæmon declamator.
Palephatus.
Pandulphus Collenutius.
Panagyrici veteres.
Panyasis.
d. Paullus Apostolus.
Paullus Manutius.
Paullus Diaconus.
Paull° Orosi°. Pausanias.
Persius poeta. Petrus Bẽbus. Petrus Rassanus Siculus. Phavorinus.
Pherecides. Philostratus Lemnius. Physiologi Aegyptiorum. Phornutus. Pindarus poeta.
Pipentius poeta. Plato.
Plinius. Plutarchus.
Polybius. Põponius Mela.
Porphyrius philosophus.
Proclus commentator Hesiodi. Procopius. Properti° poeta. Ptolomæ°.
Quintilianus.
Raphael Volaterranus.
Rituales libri summorum Pontificum.
Sabellicus. Salomon Rex.
Sebastianus Munsterus.
Seneca Philosophus.
Servius Suloicius juriscõs.
Servius cõmẽtator Virgilii. Spartianus Historicus Stanislaus Hosius. Statius poeta.
Stephanus Byzantius grammaticus.
Suetonius Tranquillus.
Sex. Aurelius Victor.
Sex. Pompejus Festus.
Sex Pompejus Tregus.
Sex Rufus. Sicardus.
Silius Italicus poeta.
Solinus Polyhistor.
Tophocles Trogicus.
Sosibius.
Taurellus Saraina.
Theocritus poeta.
Timagenes.
Treaius Niger.
m. Tullius Cicero.
Tullius Laurea M. Libertus.
Valerius Maximus.
m. Varro.
Vellejus Paterculus.
t. Vespasianus Cæsar.
Vincentius Lirinensis.
Virgilius Maro.
Vitruvius.
Volaterranus.
Xenophon.
Zenodotus.
Zosimus Comes historicus.



INDEX RERUM ET
VOCUM INSIGNIUM ALPHA-
beticus.

A

Abaci capitulorum, 267.
Abacus tricliniaris, 192.
Abdua fluvius, 217 221.
Aborigines, 383. 393.
Academia Augustoduntana, 15.
Academia in Ciceronis villa Cumana. 359. 370.
Academia in Hadriani Imp. villa Tiburtina, 396.
Acciolinus tyrannus, 177.
Accipiter, quid signet, 432.
Acco Salmonius Comes, 122.
Achantis, 272.
Achelous in taurum, 57 428.
Acheron, 375.
Acherusius lacus, 372 375.
Achilles, 123.
Achilles in Scyro latitans, 107.
Acilia lex de Coloniis, 355.
Acinaces, 158.
Acontia cometarum species, 408.
Acradina Syracusana, 316.
Acratophorus crater, 161.
Acroamata, 110. 231. 318. 324.
Acteonis fabula quid, 110.
Actuaria scapha, 94. 96. 252.
Actuaria cimba uniremes, 178.
Actuariola biremis. 96. 336.
Adamus Deitrichstainius, 132.
Adcensus, 230.
Ad faces intrare, 265.
Ad kalendaria largiri quid, 20.
Adicit pro adiicit, 385.
Adiutrix legio, II. 31.
Adolphus Marchia Comitis filius, primus dux Clivensium, 63.
Adorativus modus à Pythagora & Numa rege traditus. 434.
Adriaticũ pelagus, 189. 246. 269.
Adversa oppidum, 326.
Adulantia verba, 218.
Adulatoriũ malũ, 104. &c.
Adulatorum aversatio, 102.
Adulator quibus notis ab amico nosci potest. 104.
Aediũ sacrarũ œconomia, 272.
Aedui fratres Pop. Rom. primi dicti, 8. 9. 18.
Aegerius Iupiter, 385.
Aegrescere, 109.
Aelia gens Romana nobilis, 53. 54. 56.
Aelia vel Helia stirps defecit in Ioanne Comite Cliviensi ab Ecclesia ad principatũ vocato, 63.
Aelia Tiburtina villa Hadriani Imperatoris. 396.
Aeliorum mansiones ac familiæ plures in inferiore Germania, 54.
Aelius gracilis Belgii præses, 53. 54. 59.
Sex. Aeli⁹ Patus Iuriscõs. 430.

Aemilia

Aemilia Via, 200.221.235.238.
240.241 260
m. Aemilius Lepidus Aemiliam Viam strauit, 241.
Aenaria insula, 347 361.
Aeneas, 135.305
Eius ad inferos aditus quid, 427.
Aene⁹ serpens Mediolani, 226.
Aequicoli, 353.
Aeris & Argenti virgula & ramuli, 150.
Aerius mons Misenus cur dictus, 363.
Aër subterraneus impurus, 152.
Aesculapius, 229 947.383.
Aesculapii nauis Tiberina, 390.
Aesis fluuius, 260.264.
Aestus Tyrrhenus, 374.
Aetnea flamma, 338.
Aeternare, 418.
Afflatus aura, 401.
Agasander Rhodius sculptor, 282.
Agathetatus, 242.
Agaunum in Alpibus, 38.
Agea, 336.
Agger Herculeus, 373.
Aglaus Psophidius, 78.
Agonarches, 118.
Agones Pessonienses, 117.
Agonista, 122.
Agonotheta, 115.118 120. 421.
Agricultura studium, 428.
m. Agrippa, 346.363.
Agrippa Menenius Lanatus, 410.
Agrippina Calansa, 24 26 38.
Agrippina Neronis mater, 367.368.369 380.
Aistulphus Langebardorum rex, 254.
Alabastrites, 187.
Alalaxius Mars, 224.
Alba, faustata & fossa, 302.303.
Alba longa, 383.
Albanus mons, 383.
Lacus, 383.
Lapis, 387.
Albatae vestes in sacris cur, 302.303.
Albericus dux Etruriae, 381.
Albertus dux Austriae & Imp, 62.68.69.
Albertus dux Austriae Sigismundi Imp. gener. 69.
Albertus Magnus, 94.
Albertus Sapiens Austriae dux, 69.
Albula Tiburtina, 392.
Cur lapidescant, 352.
Albuneus fons, 392.396.
Albuneus lacus, 389.
Albus color intextili Deo decorus, 303.
Alea quid notent, 425.
Alexander Magnus, 115.
127.
Alexander Parmensiū dux, 235.
Alexander Petronius medicus, 400.
Alexander Seuerus Imp. 198.249.250.369.
Alexandria Aegypti, 254
Alexandrina naues, 262.
Aliouersum, 235.

Alpes 246
 Carnorum 189
 Iulia 140. 141
 Norica 189
 Rhetia 148
 Teriolana 144
Alphonsus Arragonum rex 334. 335. 345
Alphonsus Ferrariæ dux 129. 240. 247
Alpini mures candidi 302
Altare laminis aureis vestitum 226
Altinius mons 43
Amadeus Allobrox 70
Amalasiunta Ostrogothorũ regina 259
Amalthea nympha 435
Amasenus fluvius 305
Ambulacra frondibus concamerata 388
Amburbalia Bacchanaliorũ 111
Amelia Guilhelmi Ducis Clivienſis soror 73
Amor optima custodia 127 412. 437
Amphiaraus vates 393
Amphion 413
Amphitheatrum castrense apud Vetera Belgica ad Rhenum 27. 28
 Ligneum 28
 Minturnense 380
 Ocriculanum 271. 272
 Placentinum 236
 Puteolanum 360
 Ricinense 271
 Spoletinum 274
 Tiburtinum Hadriani Imp. 336
 Titi Vespasiani 281
 Veronense 204. 205. 206
Amuleta bullæ triumphalis, 425
Amygdaletum 272
Anabaptistarum rebellio Monasterii punita 64
Ἀνάλυματον Imperium 250
Anasis fluvius 138
Anatomicus 401
Anchoris duabus firmari 403
Ancona 246
Ancon civitas 265 & inde
Anconitanus mons 268
Anconitanum vinum 269
Ancus Marcius rex 382
Andreas Alciatus Iurisconſ. 231
Andreas Camutius 132
Andreas Gallus, Iurisconsultus 132
Andreas Mantenga pictor 214
Andreas Masius 420
Andromeda 284
Angelbertus Pusterlanus Archiepiscopus Mediolanensis 226
Anguipedes prodigi 416
Anianus lacus ad Luculli piscinas prope Neapolim 346
Anicetus Neronis L. & pædagogus 367
Aniensis aqua cur lapidescat 352
Animalia Aegypto peculiaria

ria 283
Anio vel Anien fluuius 353. 389. 392. 393
Eius cataracta 392
Anna Hispaniarum regina 77
Anneius Seneca philosophus 330
Annius Pœnus 263. 274
Annius Viterbinus 260
Annibal Pœnus 263. 274
Annus iubileius 286. & inde
Anser & Cygnus nauigantibus prosperum augurium 54 55.
Anteramna Vmbriæ 274
Antropophagi Lastrigones 381
Antinoipolis 147
Antinous Hadriani Imp 146 282
Antiperistasis 404
Antiphates Læstrigonum princeps 381
Antiqua Roma monumenta 281
Antiquitatum ex reliquiis eruendam Historiam esse 145
Antistites symmystæ 297
C. Antistius Vetus 371
Antium 305. 357. 368
Antlia, 195
Antonia Drusi, mater Claudii Imp. 368
Antoniana epulu, 343
Antoninus Caracalla, 11. 140. 145. 168.
m. Antoninus Philosophus, 31.
Antoninus Pius, 35. 321. 358. 359. 362 363.
Antonius Auria 341
Antonius Goesmannus Marchio Agamontius gubernatur Mediolani, 218
m. Antonius III. vir, 241. 244. 262.
Antonius Perrenotus Granvellanus Cardinalis, 83. 306.
Eius laudes ibidem & sequentibus, 321. 326. 398.
Antra Vulcania 149
Antrum Sibullæ. 375
Anxur Volscorum, 313
Ἄορνος, 376.
Appenninus 246. 259. 264. 269. 321. 353.
Apices, 426. 429.
Apis bos, 57
Ἀπροκομεῖον, 333
Apolecti qui, 309
Apollini gryps & formica cur sacer, 300
Apollinis aures 80.
Apollinis lucus sacer ad calidos fontes in Belgio, 15.
Apollinis simulachrum 331
Apollinis templum Liuii 7 Cumis, 377
Appollo Belenus, 181
Βουλήφορος καὶ Βουλαῖος 251

Bullatus, 251
Cytharœdus, 230.
Daphneus vel Dalphnites. 229.
Hecatebeletes, 282.
Medicus, 229 347.
Musagetes 7.
Pythius, 230.
Sapientiæ præses, 80.
Τιτρώσκω & πιτράχω cur apud Spartanos, 80.
Apollonius Tyaneus, 360.
Appia via. 305 306, 322.378.381.
Appii forum, 305.306.
Applausus Martius, 223.
Apsides in arcubus, 268.
Apum œconomia, 383.
Aqua cur lapidescant, 352.
Aquaductus, 274.276. 324.360.364.380.
Aquæ Sextiæ, 48.
Aquaria machina, 95.149. 151.
Aquarum castella, 360.364.
Aquila fœtificans, 119.
Aquila quid signet, 433.
Aquila Romana cur biceps, 41.
Aquileja, 181.189.
Aquileja antiquitates, 180.
Aquilinarum pennarum honos apud Scythas & Hunnos, 119.
Aquisgranum, 15.
Ara foco relucens quid. 433.
Ara tripes, 250.
Ara major Basilica Venet. 187.
Arca Noë Christianæ Ecclesiæ unius figura, 296.
Arcadius Aug, 255.
Archiepiscopus inspector, 310.
Archimedes, 151.
Architecti cujusdam industriosum inventum, 199.
Architectonica lex, 356.
Arcus Antonini Pii, 362.
Augusti, 267 268.
Domitiani, 378.
Felix propè Cumas, 376.
Honorarius, 267.
Trajani, 267.
Ardea colonia, 305.
Arena. 207.
Aretalogus, 109.
Arethusa, 389.
Argentaca stellum, 252.
Argenti ramuli, 150.
Argo navis, 258.
Aricia colonia, 305.383.
Aries dux gregis quid signet, 289.393.437.
Aries ex lege pro peccatis Christus, 293.
Aries, princeps bonus, 437.
Arietes Nabajoth, qui, 293.
Ariminum colonia, 260.
Arinianum castellum, 277.
Arion Methymnaus, 412.
Ariovistus, 21.
Aristocratia Pythagorica, 355.
Aristomedus Malacus Cumanorum tyrannus, 377.
Aristogiton, 398.
Aritia, 304.
Armamentaria. 91.158.160. 184.195.216.224.227.262.
Arma pulsatoria, 270.

Arma-

Armatura Pannonicorum equitum, 119.
Armilla, 429.
Armorum tyrocinium, 77.
Arnoldus Bavaria dux, 201.
Arnoldus Clivienſium Comes, 60.
Arnoldus junior Clivien. Comes, 61.62.
Arnulfus Imp. 60.94.
Arruntii Stella poëta effigies 198
Artemiſium, 304.
Artium uſus, 417.
Arverni populi, 21.
Arundinea Caſtorum corona 432.
Aruns Porſena regis filius, 377.
Arx Anconitana, 268.
  Brixiana 215.
  Cajetana, 317.
  munitiſſima duplex, 316.
  Gothorum, 378.
Aſciburgus, 40.
Aſconii Pædiani oratoris effigies, 198.
Aſdrubal Pœnus Annibalis frater, 263,264.
Aſinella turris Bononiæ, 244.
Aſopus fluvius, 57.
Aſtura, 305.
Aſtura, 305.
Aſturcones, 231.
Atella. 326.
Atellana ſatyra, 326.
Atteſtini Marchiones Ferrarienſes, 248.
Athena, 370. *condita,* 7.
Athenæum, 335.
Athenodorus Rhodius ſculptor, 282.
Atheſis fluvius, 169.189.202 207.
Athyla, 119.142.145.180.189.234.
Atlantides nympha, 258.
  Atlas, 257.258.284.
Atrati, 410.
Atrebates populi, 310.
Atrienſes, 279.
Atticum marmor, 371.
Auditorium, 245.
Averni clauſtra, 373.
Avernus, 346.350.361.373.374.
Averruncare, 350.405.
Averſa, oppidum, 326.361.
Aufidus fluvius, 58.
Augerius Busbecanus, 132.
Auguria Romana, 433.
Auguſta Acilia, 95.
  Puteoli. 357.
  Tiberiana, 93.
Auguſta imagines, 342.
Auguſta legio.v. 32.
Auguſtales, 182.228.229.230.277.
Auguſtales Herculanei, 395.396.
Auguſtei limites, 382.
Auguſtinus Moſtus. 249.
Auguſti hæredium, 382.
Auguſtini divi corpus, 234.
Auguſtodunum Æduorum 8.15.
Auguſtoduniana Academia ibid.
Auguſtum quid, 7.

Au-

Augustus Imperator 23. 77. 141. 144. 206. 244. 254. 2.0. 261. 263. 276. 346. 356. 363. 366. 371. 376. 382
Augustus Saxoniæ dux 131
Auium concentus 390
Aula Labyrinthus 101
Theatrum vel arena 101
Aulæa Milesia 154
Auladorum chorus 118
Aulica conuersationes 100
Aulona nauis 94. 193. 197
Auocamentum 109
Aurea gladii vagina, quid 300
Aurea porta gratiarum 293
Aurei balthei explicatio 301
Aureliana Laureacensis 138
Aurelianus Imp. 36
Aureus annus cur iubileus dicatur Germanis 289
Aureus color, quid 300. 430
Aureus currus Iouis 435
Aureus ramus, quid 428
Aurianum Pratorium Puteolis 343. 361
Aurum ἄπυρον 150
Obryzum, 150. Sapientia 300
Aurum ignitum, quid 300
Aurum obryzum, animi pulchritudo. 300
Aurunci populi 322
Ausones 324
Austriacæ domus laus, & rara decoro, 66. & inde 81
Austriacæ domus affinitas cum Cliuiens. 62. imagines in tabulis 158. Aenea statua 159
Austriacarum principum exercitia pia 232
Autochtones 415
Automata 390
Autumnus morborum pater 400
Auximum 269

B

Babylonica linguarum confusio 419
Bacchanalia Romana 409
Bacchanaliorum ludicra 111. 343. 409.
Bacchantium chorus 139
Baccha Euantes 319
Bacchi natiuitas 319
Spelunca 87. 161. 389
Bacchis taurus Hermuntinorum 57
Bacchus tauri cornis 161
Baiæ 362. 366. 373.
Baianus Portus 373
Baianus sinus 361. 368
Baiarum ianua cur Cumæ 378
Baiazetus Turcarum Imp. 71
Baiulorum robur 156

Baldu-

Balduvinus Cliviensium Comes 60
Balduvinus Fland Comes 61
Balineum publicum 282
Balneum Ciceronianum, vel pratense 371
Balnea Gaurana 380
Baltheus aureus, quid 301
Baltheus honoris 5. 6. 425
Barbarici damna 416
Bartholomei Coleonei statua equestris 183
Basilica Pontificia spolet 274
Basilica Sanctensis in Traiana colonia 33. 40. 41
Basilica sacratiores septem urbis Roma 285
Bassianum 175
Batavi fratres & amici P. R 11 *& inde* 16. 17 *& inde a Cattis oriundi* 12. *immunes ibid. procul ab Aeduis* 16
Bauli 369
Bauli Villa 369
Beccefelena Belgarum 2
Belenus Deus 181. 182
Batavia perdita 17. 18. *eius situs* 18
Belgicorum tumultuum ortus 311
Beertheim pro veterheim 26
Bellaria 322. 253
Bellona 224
Bellovesus Celtarum rex 221
Bellum Britannicum 37. *Rusticum* 146
Belvederium Vaticanū 279
Benedictionis usus 279
Beneventum 259. 320
Benevolentia tutissima custodia 437
Benignitatis corona 437
Bercharius Franco 142
Berecynthia mater magna 390
Berengarius 201
Bernardus Bembus 253
Bessus natione 365
Biblia Esdræ propheta 244
Bibliotheca Bononiensis 244. 245
Ferrariēsis Palatina 249
Tulliana 370
Bibracte Aeduorum 15. 21
Bibractes antiqua nomina 22
Bicornus Rhenus 421
Bigales rota 151
Bigæ versicolores 211. 212
Bilbilitanus gladius 180
Bilix 119
Binominis Ister 421
Blasphemia 402
Boalia 369
Boii populi 148 234. 238, 253
Boiodurum 95. 144
Bolis in aëre cometa 408
Bombarda 224
Bombus horrisonus 352
Terrificus 223. 231.
Bonifacius VIII. P. M. 297
Bonna 38. 84
Bononia 243. *& inde* 252
Bos quid notet 428
Βουλή 425
Βούμυκος 58
Brabeja Circensium 409
Brenta fluvius 173. 174
Briepius Mars 223

Bri-

Brittheim Bavarorum 10. 27.
Briseis Achillis, 123.
Brittannia, 13. 14. 17. 44.
Brixia, 215. 216. 217.
Brixina, 169.
Bromia lex, 161.
Bromius Deus, 161.
Brundusium, 273.
Brutiu populi, 269.
Bubo. 390.
Buccula, 424.
Bucentaurus Venetorum, 195.
Bucephalus Alexandri Magni. 127.
Buda Pannonia, 118.
Bulla aurea, quid, 424. 425.
Bulla duplex, 251. 425.
Bulla fortunæ indicium. 425.
Bullientes calore fontes, 339.
Bura Achaia, 393.
Buraicus Hercules, 394.
Burcusanum, 145.
Burgi unde dicantur, 4.
Burginacium. 32.
Burgeus Teriolan. 174.

C

CAbillonum, 15.
Cacodæmonum instrumenta, 224.
Cacubum vinum. 318.
Caculus Vulcani filius, 383.
Cædes ante cænaculum principis Caroli Capuæ facta, 324.
Cælum aureum Theodorici regis Ostrogothorum, 255.
Cælum argenteum, 255.
Cæli cærula templa, 302.
Cæna calenis data. 230.
Cænare non recta, sed ad dimensum, 123.
Cænationes subdiales. 161.
Cænatio rotunda mobilis, 161.
Cænomanni populi, 206. 217. 234.
Cæremoniæ, honorum pompa, 136.
Cæremoniarũ in sacris usus, 295.
Cæremoniarum anni Iubilæi causa & origo, 287.
Cæruleus color quid, 302. *cur virtuti tribuatur*, 427.
C. Cæsar Dictator, 373. *eius villa Baiana*, 370.
C Cæsar libidinosus. 45.
C. Cæsaris monimenta in Alpibus. 14.
Cæsarea, 254.
Cæsareum castrum Normbergense, 92.
Cæsarum corona ferrea, 226.
Casius mons Noricum à Pannonia superiore distinguẽs, 97. 138.
Καίατα, καὶ καιάδα, 321.
Caieta urbs, 317. & inde. 321. *unde dicta*. 321.
Caieta nutrix Aeneæ, 321.
Caietanum castrum, 316.

Caii Iuliburgus, 4.
Caius & Lucius Cæsares principes iuventutis, 423. 432. 433.
Calamus Niloticus, 283. 432.
Calathus, 331.
ad Kalēdaria largiri, quid, 20.
Calcaria vetus. 32.
Caligare Pygmæum Maximini caligis, vitæ præfationem,
c. *Caligula pons Puteolanus*, 362.
Caligula virtutis deæ, 427.
Calix literatus, 168.
Calostrophi, 195.
Calpurnia lex de repetundis, 358. 359.
l. Calpurnius L. F. Piso Frugi templum Augusti Puteolis D.D. 358.
Calvaria quid, 425.
Calvinians secta perfidia 310.
Calypso nympha, 354
εὐπλοκάμος, 354
Calypsus insula, ubi. 360.
Camelorum spira, 195.
Camertes populi, 272.
m. *Camillus*, 115.
Campania laus 321. 354 367.
florentis maritimæ species, 367.
luxus, 377. 378.
Campestria byssina, 232.
Campiductores, 38. 115.
Campi Raudi, 202.
Cancellatim reticulata concha, 239. 240.
Candida toga, quid. 302
Candor pellium & margaritarum quid, 380.
Canninufates Batavi, 62.
Canopus in Hadriani Imp. villa Tiburtina, 397.
Cantilena loco annalium 417.
Capitis honorati quanta sit auctoritas, 1.
Capitolium, 7.
Capitula columnarum, 267. 331.
Capra Amalthea, 436.
Caprea insula, 335. 366.
Capua, 323. 324. 329. 356.
Capuanorum luxus, 323.
Capulus plumbeus, 411.
Caput tectū, quid notet, 429.
Capys Aeneæ socius, 324.
Carolinus Barbarossa. 316.
Carbunculus 56 188.
Cardinalatus dignitas regiæ par 67.
Cardinales unde dicti, 280
Carceres Gygantum, 350.
Carinus Cæsar, 201.
Carisius sive Carausius mp. 17 37
Carneades philosophus, 397.
Carni populi, 138.
Carnuntum, 126.
Carpenta vitrea 192.
Carrarienses principes Patavini, 175.
Carthusianorum cœnobium pulcherrimum, 233.
Carulus Audax Burgundiæ Dux 63. 70.

Carulus Austrius Ferdinandi Aug. F. Archidux, 118 130.
Caroli Borbonii sepulchrum, 318.
Carulus Clasius physicus, 132.
Carul' Fridericus Guilhelmi Ducis F. Cliviæ Princeps, 73 & inde. 106. & inde 123. 127. & inde.
Eius peregrinatio, 110. & inde. 138. & inde.
Hercules Prodicius, cur, 101. 243.
Princeps iuventutis, cur, 120. 121 422.
Patronus Germanorum Bonis studentium, 243. 398.
Honoratus à summo Pōtifice, 280. 281. & inde.
Strena solemni Kal. Ian. donatus, 298. 303.
eius ægritudo, & mors, 399. 400.
Pōpa funebris & exequiæ. 410 & inde.
Sepulchrum, 414.
Carulus Langius, 11. 12.
Carulus Magnus imp. 60. 92. 226. 241. 254.
Caroli magni effigies, 92.
Carulus I. Neapolitanorum rex, 334.
Carulus V. Imp. 64. 71 73. 168, 213. 222. 234. 309. & inde. 316. 337.
Carus sine aspiratione, 385.
Cases Placentini, 235.
Cassanum, 127.
Cassinum, 275.
Cassius & Florentius martyres, Campiductores legionis Thebeæ. 38.
L. Cassius Longinus quæsitor reorum scopulus dictus, 402.
Castardus Frisiorum & Westphaliæ Dux. 60.
Castella aquarum multiformia, 277. 324 360. 364. 366.
Castellani. 235. 241.
Castellarii aquarum, 360. 365.
Castella aquarum, 360. 3 4.
Castella Romanorum in Rheni limitibus, 43.
Castella vitrea. 192.
Castellofrantum, 176.
Castor & Pollux fraterni amoris symbolum, 128.
Dei Penates 430. 431.
Dii tutelares generosæ iuventutis, 431.
ἑτερήμεροι 431.
ἐπποδαμου, 281.
Σωτῆρες, 121.
Candidati, cur, 431. 432.
Camelli pulli Iovis, 422.
Pileati fratres, 432.
Ex ovo cur nati, 431.

Cur alter mortalis, alter immortalis, 431.
Castoris & Pollucis templum Neapoli. 331.
In foro Romano, 431.
Castorum clypei, 435.
Corona, 432.
Pilei ex ovi testa dissecta cum aureis stellulis in vertice cur, 432.
Castra classiariorum, 366.
Castra Vespertilionum, 353.
Castra Vlpia, 32.
Castrum colonia, 264.
Castrum Anconitanum, 268.
Brixianum, 215.
Caietanum, 316.
Capuanum, 326.
Clivium, 43.
Mediolanense, 223.
Neapolitanum novum, 334.
Placentinum, 329.
Neapolitanum ovatum, 334.
Neapolitanum Sanctæremense, 336.
Castella Rom. iuxta Rhenum, 43.
Castellum d. Ioannis in via Aemilia, 235.
Castula, 4:7.
Catadromus, 122.
Catagraphe, vide in præfat.
Cataracta Anienis, 392.
Catharina Polonia regina, 96.
Catapulta mendaciorũ, 403.
Catillus Tiburis cõditor, 393.
Catholici hominis nota, 103.
in Cato maior, 77 212.
Cavea amphitheatri, 204. 205.
Ceamonedia, 409.
Ceimeliarchium sacrum, 155.
Ceimeliarchium D. Marci Venetiis, 188.
Ceimeliarchium vel crypta Mantuani Ducis, 210. 211.
Celeusta, 336.
Cella sudatoria, 347.
Cella maior templi. 412. 414.
Celoces exploratoria, 124. 267. 361.
Cena sine diphthongo, 230.
Centumcellæ, 365 368.
Centuriatæ cohortes, 328.
Cephisus fluvius, 57.
Cerea benedicta significatio. 296.
Cerebrum infectum, 415.
Cereorum consecrandorum ritus, 399.
Cereris & Liberi certamen ubi, 321 354.
Ceres larga, 384.
Ceroma, 284.
Ceromata luti, 344.
Cesenaticus portus, 258.
Cetus Oceani rubitra, 284.
Chalcis Euboica, 376.
Chameleon. 105. 229.
Characterismus, 435.
Charistia, 84.
Charonæa scrobs, 347.
Eius miracula, & rationes, 348. & inde.
Chartaria moletrina, 935.
Cheniscus in navibus cur, 55.
Chirodota talaris. 110.

Chium vinum, 96.
Chorea, 251.
Chorocytharistæ 251.
Christianæ religionis beneficium erga literas, 418.419.
Christi ab inferis reditus ubi 375.
Christi transfiguratio, 403.
Christophorus Longolius, 198. 199.
Christophorus Madrucius Cardinalis, 280.
Christus legem adimplens sabbathum ac annum iubileum suis attulit, 292.
Christus vera lux mundi 399.
m. Ciceronis Academia, vel Cumanum. 359.360.
Formianum, 381.
Tusculanum, 304. 370.
Cædes, ubi, 305.
Sepulchrum ubi, 322.371.
Ciceronia aqua, 372.
Cimbri, 201.
Cimmerii, 345. 346. 375.
Cimmeriorum in cunis vagire, 415.
Cimmeriorum fodina, 345.
Cingulum T. Labieni, 269.
Circeium promontorium, 305. 313.
Circei populi, 313.
Circe Solis filia, quid, 306.
Circenses ludi. 305.313.
Circularis forma, quid notet, 434
Circus ligneus, 118.
Citellum oppidum, 163. 164.
Cisternensis villa, 305.
Citria poma, 316.
Civica corona, 429.
Civitas quid, 20.
Civitatem verbis, & verberibus in officio continendā esse, 91.
Clarimontium, 215.
Clarimontius Comes occisus in duello, 612.
Classiarii milites, 366 367.
Classiariorum castra, 256. 366.
Classis Misenensis, 364.
Ravennas, 254.
Claudia legio, VII. 31.
Claudia tribus, 230.
Claudianus poëta. 330.
Claudius Aug 255. 308.381. 423.
o. Claudius Nero cos. 263.
Clavus per membra Christi sacrosancta pactus, 226. 230 285.
Clemens VI. P. M. 297.
Cleonymus Spartanus à Patavinis victus, 199.
Cleopatra regina, 282.
Clientes liberi, 330.
Climacteres vita, 288 402.
Clitumni Dei sacra ædes, 272.
Clitumnus fluvius, 272. & inde.
Clivia vel Clivi colonia Romanorum quando, 2. & inde à Batavis capta, & subversa, 6.7 eius antiquitas, 4.

A qui-

A quibus restaurata, 11.16.19. 20.
Cliviensis comites optimates, & assertores perpetui Sedis Apostolicæ, & Imperii Rom. 59.
Cliviensium principum origo, 47.50.51.
Adfinitas prima cum Austriaca domo, 65.
Adfinitas altera cum eadem- 65.
Insignia, 56 & inde.
Merita erga rēp. Christianam, 56. & inde.
Clodianus portus Venetorum, 189.
Clypei principum iuventutis, 432.
Clypeis aureis donari, 423.
Clypeis virtutum tutari, 103, 433.
Clypeorum imagines & notæ, 48.429.
Clypeorum usus. 429.
Clypeus discretionis. 101.
Clypeus ex cordibus humanis contextus, quid, 437.
L. Coccoius Auctus architectus insignis, 359.
Cochlea aquaria, 151.
Cochlea crispa, 239.
Denticulatæ, 239.
Cochlides columnæ, 281.389.
Cœnobium Carthusianorum Neapoli, 337.
Cœnobium Carthusianorum pulcherrimum, 233.
Cœnobium Dominicanorum 243.
Cœnobium S. Michaelis in sylva, 245.
Cœnobium VVildheimum, 167
Collectores suffragiorum, 185.
Collegia fabrûm & centenariorum, 182.
Colluvio sanguinis, 460.
Colocasia Nili, 282.
Colossi, 281.
Colonia Traiana, 4. 23. 24. 41.
Columba candida in galero, quid, 302.
Columna cochlides, 281.
Columna maxima Venetis 190.
Columnæ miliariæ, 168.
Comarinum in insula Danubii, 123. 124.
Comites celestiæ, 336.
Comitia Venetorum, 185.
Commilitium studiosorum Italicum, 420.
Committere ludos, 341.
Communicipes, 230.
Comœdi. 328.
Comus Deus, 53.
Conca submersum oppidum, 261.
Concha & Cochleæ multiformes, 239.
Concha marmorea, 282.
Conclave B. Mariæ Virginis Matris Laureti, 270.
Concordia animorū harmonia dulcissima, 412. 413.
Concordiæ fanum, 274.
Concordia reip. Simulū, 412. 437.

Conflatoria officina, 150.
Conradus Comes Clivienfium, 60.
Conradus Heresbachius, 74.
Conradus II. Imp. 89.
Confalutare, 398.
Conftantienfe concilium generale, 63.
Conftantinus Magnus, 21.38. 41.
Conftantinus Chlorus Cafar, 5 8.
Conftantinopolis nova Roma, 41.
Conftantius Conftantini magni pater 5.
Conftantius & Conftans, Aug. 263.
Confules menftrui, 89.
Conticinium, 408.
Convivari recta, 108.
Convivere dapaticè, 400.
Conus galea. 424.
Copia dea cornu quid, 436.
Copia dapfilis. 323.
Cor amplum & alatum quid, 430.432.
Cor animofum ac prudens clypeus tutus, 432
Cor argenteum quid. 430.
Corallium, 238.337.389.
Corus Argivus, 393.
Corbita. 195.
Coria in ftructuris quid. 267.
Corinthium as, 259.
cn. Cornelianus. 115 379.
l. Cornelius Sulla dictator, 237.386.
Cornelii Taciti locus mutilus, 356.357.
Corniculata luna, 364.
Corona Chrifti fpina, 244.
Corona votiva, 384.
Corona civica & obfidionalis, 429.
Corona laurea quid notet, 428.
Corona ferrea Cafarum, 226.
Coronam carpere, 220.
Corona Pighius. 83.100.105. 108. 111. 114. 120. 121. 127. 128.139.150.162. 172. 176 201. 212. 227 244. 149. 256. 261. 267 272. 274. 276. 283.305. 312.315.318. 320.324 333 338.383.388. 391. 395. 401. 406. 407. 408, 419.
Coronices, 259.
Coronis, 401.
Corpus pro tota maffa ftructura, 267.
Correctores moneta. 157.
Corvi medicina, 229.
Corvi navales, 195.
Corvus fluvius, 129.
Cramben recoquere, 415.
Corycei in aulis principu, 101.
Crania bubula, 272.
Crater arumnarum, 271.
Crater Bacchicus, 318.
Crater fontis, 329.
Crater marmoreus, 260.335. 360.388.
Crater montis novi Puteolani, 374.
Crater Neapolitanus, 335.
Crater Vefuvii montis, 340.
Crepera lux. 409.
Crepufculum tenuius, 407.
Cretenfes, 426.

Creticum vinum, 196.
Crispa cochlea, 239.
Crocodilus Niloticus, 283.
Crotalum 139.
Crotoniata, 355.
Crucis mons in alpibus Iuliis, 141.
Crucis sacra tessera, 279.
Crucis signum triumphale, 296. 299.
Crypta Pranestina, 387.
Crypta Neapolitana per Pausilypum, 330. 344. & inde.
Crypta Traconaria. 354
Crystallina vasa. 191.
Cubiculum salutatorium, 98.
Cubiti pueri cum Nilo lusitantes, 282. 283
Cui bono fuerit, quarendum in criminibus, 402.
Culeus doliorum septem, 150.
Cuma, 328 345. 364 370 376. 377. eius antiquitas, 376.
Cumani, 324. 328.
Cumanum pradium Ciceronis, 372.
Cumerum promontorium, 266. 269.
Cunei in amphitheatris, 380.
Cuniculi subterranei, 387.
Cupidines dii. 384.
Cupidines cum cantharis 389. In cygnis vecti, 239. In delphinis, 239.
Cupido Praxitelis indormiens leonis exuvio, quid, 210.
Cupra Tusrorum, 269.
Curatores viarum, 398.
m Curius Dentatus, 131.
Curriculum biiuge, 262.
Currus aureus. ovis, 435.
Curta supellex bulla triūphalis, 425.
Cutilia, 277.
Cyclopum antra. 149. 381.
Cygnea turris antiquissima, Cubis, 3 & inde.
Cygni mythologia, 54 & inde.
Cygnus navis species, 54. 55.
Cylindrus, 151. 157.
Cymaclinus lacus, 252. 253.
Cymatium, 259. 265. 267.
Cyparissi fructus, 403.
Cyrenaica legio. III, 31.
Cyrus Persarum rex, 115 116. 415
Cythara Apollinis, 229. 327.
Cytharadorum chorus, 118.

D

DÆdali funiculus, 101.
Daniel Breynerus Archiepiscopus Moguntinus, 84.
Dantis Al ligerii poëta sepulchrum, 255.
Danubiana vetera castra, 95.
Danubius fluvius. 94 & inde. 117 122. 125 139. eius navigatio 94.
Dapatice convivere, 400.
Dapsilis sumptus, 209.
De embrri praecognitores, 185

Declinatio potentiæ Romanæ, 52.
Decretum immutabile, 173.
Decumanus scyphus. 561.
Decuriones, 145. 230. 277.
Decursiones equestres, 112. 231.
Decussatim, 365. 433.
Deformare, perficere, in præfatione.
Dei consilium in abysso, 400.
Delos insula, 18. 19.
Delubrum summum templi ubi chorus, 187.
Demetrius Philippi Macedonum regis filius, 79.
Denticuli in structuris, 251.
Denticulatæ cochleæ, 239.
Deo placere volantatis bonæ conatus, 270.
Desiderius Langebardorum rex. 226. 254.
Designator, 303.
Designator hospitiorum, 220.
Deus ex improviso apparens, 271.
Deus fortunæ poculum nobis miscet, 271.
Dextera operum ministra, in præfat.
Dextera consertæ quid notent, 435.
Dea Fortuna, 238.
Diadema aureum, 298, 433.
Diæta familiaris, 265. 400.
Diætetica navalis vel nautica, 336.
Diana Facelina, 229.
Fascelina vel Fascelis, 305.
Lucifera, 229.
Taurica, 404. 383.
Dianæ Nemorensis speculum lacus Aricinus, 304. 383. 389.
Diatribe, 415.
Diaulus, 396.
Dicæarchia Campania, 355.
Didacus Ortesius, 315.
Didius Iulianus Imp. 31.
Digiti fontium, 388.
Dillium, & Dilburgus, 51.
Dillius Vocula legatus, 51.
Diocletianus & Maximianus Augg. Civitam coloniam & Gallicas urbes restaurarunt, 6. 54. 17. 37.
Diomedes, 223.
Dionysius Areopagita, 95.
Dionysius bimater, & ignigena, 440.
Dithyrambus, 161.
Dionysius Siciliæ tyrannus, 265.
Dioscuri Castor & Pollux, 330. 335.
Diotogenes Philosophus, 412.
Discretionis clypeo pectus muniendum, 101.
Dissensus opinionum, 415.
Distributores calculorum in comitiis, 185.
Dithyraus areus, 261.
Ditis ianua patens, 375.

Diuisio Imperii Romani pri, ma, 37.
Diuitiacus Aeduorum Princeps. 21.
Diurnum, 401.
Diuus cognominis, 341.
Dominici diui effigies, 187.
Dominicus Grimanus Cardinalis, 188.
Dominicanorum monasteriũ venet, 179.
Domitia Neronis Imp. amita, 263.
Eius villa Baiana, 363.
Domitiana via Campaniæ, 378.
Domitius Ahenobarbus 423.
Domus Augusta, 234.
Domus Augusta, pro templo 318.
Domus, pro æde sacra, 228. 270.
Dona militaria, 425. 430.
Donaria votiua, 270.
Doracus historicus, 40.
Dores, 263. 266.
Dorica Siculorum lingua, 266.
Doronicum, 163.
Draco custos Manium P. Africani maioris, 379.
Draco peruigil, 258 434.
Draco Typhonis & Echidnæ proles, quid. 434.
Draconis mons, 379.
Draconum fons, 390,
Ducere in matrimonium, 309.
Duces cohortium, 13.
Duellum pedestre, 128.
Dumetum cœnobium virginũ ad Traianam, 27.
Duouiri iuris dicundi, 145. 356.
m. Durmius, 51.

E

ECclesia Christi ciuitas una Dei in terris, 299.
Ecclesiæ domus magna, 415.
Ecclesiæ simulachrum, 412.
Echini capitulorum, 267.
Echo secreta, 213.
Electro clarius, 416.
Elementorum contrariorum connexio, 352.
Elizabetha Poloniæ regina, 67.
Elogium Caroli principis, 127.
Elogium rerum gestarum L. Planci oratoris, 320.
Elysii campi, 402.
Emblema, 258. 297. 411.
Emmerani monasterium, 94.
Emporium Puteolanum, 363,
Empireum cœlum, 408.
Enantioma, 404.
Encarpi Vitruuiani, 425.
Encaustice, 191.
Ἐνιαυτοδεικτικὸς *versus,* 73.
Ennosigæus Neptunus, 317.
Epigraphe, 114.
Epimetheus quis, 283.
Epiroticum mare, 269.

Epistylium, 259.
Ἐπίτροπος, 331.
Epulum funebre publicum, 410.
Eques Romanus, 422.
Equester ordo, 423.432.
Equestris exercitatio, 116.
Equilia regia, 336.231.
Equi singulares, 111.
Equisones, 231.304.
Equitius Comes, 139.
Equitum legionariorum ala in quibus opidis ad Rhenum hibernarint. 25.
Equitum Romanorum transvectio solemnis, 430.
Equorum nobilium genera 231
Eres pro hares, 367.
Erfertium sive Efertinga 96.
Eridanus corniger, 189.246.
Ernestus Archidux Austria Maximiliani Aug. F. 82. 98.113 116.119 122.130 138.
Ernestus Alberti F. Bavaria dux, 278.287 413
Erythraum mare cur rubrũ, 284.
Esdra propheta liber, 244.
Etrusca disciplina, 433.
Etrusca litera, 251.
Etrusci, 377.
Evander Arcas, 393.
Evangelica reformatio Calvinianorum qualis, 310 311.
Evangelus custos, 166.
Evantes, 162.
Eubulus heros, 121.421.426. 430.
Eucarpi, 372.
Euganei colles, 189.
Eumenius Rhetor Clitensis eiusq; in patriam pietas, 5. 19.
eius statua, ibid.
Evocatus Augusti nostri, 18:,
Εὐπλοκάμος, 354.
Euriphamus philoso. 412.
Euripus, 364 372.
Europa tauro vecta, 139.
Eurotas fluvius, 57.
Eurythmia structura, 267.
Exastuare, 401.
Exanthemata, 399.405.
Exanthematum indicia, 401.
Exantlare, 415.
Exarchi Imperatorum in Italia, 254.
Exedra, 338.388.
Exequia Caroli principis 411. & inde.
Exercitationes campestres, 76 77.
Exotica planta, 389
Exoticum marmor, 256.
Exploratoria naves, 335.

F

Faber niger inferorum, 404
Q. Fabius Max. Cunctator, 75. 410.
Q. Fabius Max Rullianus, 430.
C. Fabricius Luscinus, 123.
Fabula Calypsus, 354.
Fabula Arionis citharœdi explicata, 412.

Fabulas somniare, 418.419.
Falces navales, 195.
Falernus ager, 321.
Falernum vinum, 318.
Familia Romana in Galliis, 46.
Familiaria insignia, 408.
Familiaris dieta, 265 400.
Familias Romanas quasdam sua prisca nomina retinuisse in Galliis ac Germania, 50.
Famulari pro coqua, 347.
Fanum Feroniæ, 313.
Fortuna, 263.
Fasces & *secures,* 419.
Fascia *virgata,* 424.
Fascia *in structuris,* 267.
Fastigium *in arcu triumphali,* 267.268.
Fasti *memores,* 418.
Fauni *templum in insula Tiberina,* 390.
Faustianum vinum, 318.
Febrire, 401.
Felicitatis corona, 437.
Ferdinandus Alberti F. Bavaria dux, 118.120.
Ferdinandus Arragonum rex, 316.338.
Ferdinandus Austrius Philippi F. Aug. 125,153 154. 158 168.
Ferdinandus Austrius Maximil. Aug. F. Archidux, 129. 148 157.
Feria Latina, 383.
Ferina pingues, 322.
Feronia Iuno virgo, 314.
Feronia fanum in Volscis à Spartanis conditum, 413. 414.
Ferraria civitas. 247. & *inde.*
Ferraria fabrica & officina, 160.
Festa spectacula, 310.
Ferula magisterii insigne, 5.
Fibulata trabea, 426.
Fides Christiana simulachrū, 412.
Fidentia & Fidentiola, 237.
Fides III prætoria navis, 366.
Fistula ænea bellica, 195.
Fistula ferrea bellica. 117 160.
Fistulosi meatus terra, 353.
Flamines, 359.
Flaminea via, 260 261.262. 263 272.277.
Flamineum forum, 272.
C. Flaminius bis consul, 206.
Flammam humoribus nutriri, 352.353.
Flavia æduorum quæ, 8. 18, 20.
Flavia Augusta Puteoli, 358. 362 363.
Flavia lex Constantini Magni de hæreditatibus emeritorum, 42.
Flavus color quid signet, 430.
Flora dea, 272. 389.
Florentinus campiductor, 38.
Flores *quid notent,* 435.
Fluviorum *effigies cornuta cur,* 57.58.283 284.
Fluvius *deus,* 57.
Fluvius *quid signet,* 283. 284.
Fodina *metallica,* 143.

Fœcunditatis corona, 437.
Fœdus Christianorum contra Turcas, 311.
Fœniscium, 275.
Folles mendaciorum, 402.
Fons Albuneus, 392.
Fons aquæ dulcis in mari, 359.
Fons Belenus, 181.
Fons calidus in Academia M. Ciceronis villa, 371.
Fons sulphureus ebulliens, 351.
Fons draconum, 390.
Fons Leda, 388.
Fons Pegasi, 389.
Fontes dii. 272 282.283. 284.
Fontes sulphurei, 339.350.
calidæ, 15.
Fontis mira natura, 372.
Fontium ædicula, 337.
Crateres, 388.
Digiti, 388.
Imber irriguus, 388.
Fontium calidorum caussa, 347.
Foramina septem in capite hominis, 388.
Formia, 318 367.381.
FormianumCiceronis, 381.
Formica custos auri, quid, 300
Fortuna bona, 394.
Capitolina, 385.
Dia, 316.
Feronia, 314.
Mala. 394.
Noverca, 371.
Iovis & Iuuenis nutrix, 384. 385.386.
Vindex votorum, 384.
Fortunæ calix à Deo solo miscetur, 271.
Fortunæ fanum, 34.
Fortunæ Prænestina templũ, 384 386.
Fortunæ templum, 263 384.
Fortunarum signa varia, 384.
Forum D. Marci Venetiis, 190.
Forum Flaminium, 272.
Forum poli, 402.
Forum Vulcanium, 350.
Fossa Ravennas, 252.
Franci populi, 39.40 260.
Gallias vastant, 17.
Franciscus Hortatus à Mendosa, 100 131.
Francisci divi effigies, 187.
Franciscus Petrarcha, 339.
Franciscus Valesius Francorum rex, 234.
Francofortia, 84.
Francorum fabulosæ origines, 39.
Frater & Germanus idem ferè, 10.
Fratres cur trãsalpinos quosdam populos appellarint Romani. 9.
Fretum infidum temeraria plebis, 403.
Fridericus Antistes Herbipolitanus, 86 & inde.
Fridericus Barbarossa Imp. 61.
Fridericus Mantua dux primus, 213.

Fri-

Fridericus II. Imp. 248.
Fridericus III Imp. 70 91.
Frondes, quid notent, 425.
Fructuariæ stationes villarum, 160.
Frumentarius negociator, 384.
Fulginium opidum, 272.
Fulguritæ & funestæ vestes procul à sacris, 302.
Fulmen & fulgur Iovis, quid. 433. 435. 436.
Funalia, 410.
Fundi præfectura, 316.
Funeris pompa præclara, 410. 411.
Funeris publici honos, 409. 410.
Funiculus argenteus, 400.
Rationis, 101.

G

Gaditana puella, 231. 232.
Galea cum bucculis, 424.
Galea virtutis, 427.
Galericulus acuminatus, 426.
Galericulus albus, quid. 429.
Galeri, siue pilei significatio, 301. & inde.
Galliarum civilia bella, 134.
Gallia transalpina triplex, 310.
Gallia Cisalpina, 189. 199. 222 246 352 259.
Cispadana, 206.
Transpadana, 215. 217. 222
Galli dilaniantes vulpem, 186.
Gallorum fratres, qui. 9.
Gallus prætoria navis. 366.
Garamantes, 302.
Garganus mons, 269. 381.
Garisenda turris, 244.
Gaurana balnea, 318 380.
Gauranum vinum, 318.
Gaurus mons Campaniæ, 374. 378
Gebhardus Episcopus, 146.
Gemini Castor & Pollux, 431.
Gemma, 271. 251.
Gemsenwurtz, 163.
Genialis spes, 250.
Genii boni planta, 229.
Genius bonus, 166. 229. 250. 284.
Loci, 324.
Municipii, 274.
Populi Romani, 37.
Principis, 146.
Principum, 282.
Gensericus Vandalorum rex, 325.
Gentilitas, 393.
Gentilis princeps, 243.
Gentis generositas, 416 417.
Georgius Ederus iurisconsultus & Theologus, 132.
Georgius Fridericus Marchio Brandemburgensis, 88.
Gereon Comes legionis Thebeæ, 38.
Gerionis boves, 257. 373.
Germana indoles, 162.
Germania à Probo Imp subacta, 36.
Germanicus Cæsar. 29.
Germanicus saltus, 161.
Germanicum collegium Romæ, 406.
Germa-

Germanica natio studentium Bononiæ 243. 398.
Germani transRhenani nunquam subacti 37
Germani cur à libertate Francos se nuncuparint 44. *Gallorum fratres* 10
Germanorum nomen unde, & quid significet. 9..0. *Fratres* 9
Gessoriacum, 14. 17
Gigantes ab Hercule ubi superati 350
Gigantomachia 213. 339
Gigantum carceres, & sepulchra ubi 350
Gladii consecrandi ritus 286. 298.
Glandes primus hominum cibus 436
Glomeatri irculi 336
Glomeratio equestris 231
Godofridus Bullionius rex, 159 *Eius statim cum corona spinea* 159
Godefridus Brabantiæ dux, 61.
Gothi 416
Gothorum arx 378
Gracchani limites 266
Graculi 229
Gradationes 380
Gradivus Vulneratus 223 *Furibundus* 223
Græci semper pueri 417
Græcum Sinum 338
Granaria publica 91
Grandescere 286
Granicus fluvius 58
Granosum saxum 258
Granuellana domus laudes 83. 306 307. & inde 326
Graphicotera delectatio 272
Graphicotera symmetria 315
Gratiarum elegantia, gestus decentis, ac boni mores 227. 228.
Gregorius IV. P. M. 382
Gregorius XIII. P. M. 242. 278. 279 402. 405. 408. 409
Gryphus auri custos, quid 300
Guarenerus Gymnicus 74 83 100. 108 114 120. 133. 150.
Guilhelmus Alberti F. Bavariæ dux 118 120
Guilhelmus Cliviensium Dux 64. 65 84 400. 414.
Guilhelmus Hollandiæ Comes Imperator 62
Guttæ decidentes ex alto quid notent 408
Gygantomachia 213
Gygantum carceres 350.
Gyges Lydorum rex, 78
Gymnasium 370
Gynæceum 160. 261

H.

HAbitiores equi 247
Hadria colonia 264
Hadriana colonia 142. 146
Hadrianus Aug. 147. *eius sepulchrum* 372 *Restitutor provinciarum,* 4. 35. 142. 222 359. *Eius villa Tiburtina,* 396
Hadriani VI. P. M. sepulchrum 414

Hadria-

Hadrianus Guilhelmus Neapolitanus 3[illegible]6
Hadriaticum mare 189. 259. 260. 266
Haniatina Vasa 191
Haredium 290
Haredium Augusti Velitru, 383
Hareticorum aversatio, 102
Nota ex quibus noscuntur, 103
Haga comitis 11
Haimo gigas Teriolanus 167
Hala Teriolana 153
Haphe [illegible]*uteolana* 344
Harmonia mundi 413
Harpagones 195
Hasta pura donari 423 429
Hasta decorum 427
Hasta pro diis culta 427
Hasta quid significent 427
Hebdomas 288
Hebo Neapolitanorum Deus, 329
Hebraeorum annus iubileus, 289. & inde.
Hederacea corona 429
Heimricus Auceps Imp. 60
Hemrticus Bavarus Imp. 89
Heimricus Lucemburgensis Imp. 403
Heimricus III Imp 61
Heimricus III. Galliarum & Poloniae rex 129
Heimricus Reccius 420
Heimricus VVesius 414
Helena Constantini Magni Aug mater 33. 38
Helias a Graele à cygno vectus, [illegible]1 & inde. 59
Helias propheta 52
Helices 272
Helvia Ricina 271
Helvius Pertinax Imp. 271
Hemicyclus 278. 279. 388 & inde.
Heraclitus philosophus 397
Heraclius Imp. 142
Herbipolis 85. & inde.
Hercinia silva 89. 148
Herculanei Augustales [illegible]
Herculaneus fluvius [illegible]
Herculaneus nodus 4[illegible]4
Herculaneum 335
Herculaneus Portus 336
Herculanthea via 381
Herculei labores 414
Hercule quid 257. 258. 394
Hercules aureo poculo donatus à Sole 257. 258
Hercules cur multi, in praefat.
Hercules draconem mactans, quid 434
Hercules idea virtutum & imago boni principis 243.
Hercules in bivio positus, in praefatio
Quarta luna natus 414
Hercules astrologus 257
Baulius. 368. 369. 373. 395.
Bison, in praefat.

Bilus

Belus, in prefat.
Buranus, 393.
Califer, 257 428.
Callinicus, in præfat.
Chon. in præfat.
Defensor terra firma, 394.
Dorsanes in præfat.
Gaditanus, 397.
Gigas, in præfat.
Horatius, 256 257 258.
In petra, 393. 394.
Monœcus, 397.
Musagetes,
Ogmion, in præfat.
Prodicius, 181.
Promachus,
Saxanus, 394.
Surrentinus, 397.
Thebanus, in præfat.
Tiburs, 393 394 395.396.
Tricosus, in præfat.
Tuscon, in præfat.
Victor, 397.
Hercules Neapolim condidit. 329.
Hercules II. Ferraria dux, 242.
Herculeum Tibur, 395.396.
Herculeus agger, 373.
Herculeus animus, 258.
Herculeia legio III. 37.
Herculillus. in præfat.
Herculis beneficia publica, 394 395.
eius cognomina 395.
Herculis in cœlum ascendentis pictura, in præfat.
Herculis statua in præfat. & 256. 282.
Herculis templa, 231.373.394 395 396.
Herculis clava quid signet, in præfatione, & 428.
Herculis cum Acheloo lucta, quid, 428.
Herculis tria mala aurea, quid, in præfat.
Herma, 371.
Herma Pentelicians 371.
Hermannus Bolsusins, 83.
Hermarum trunci plures, 397.
Herma'a, 371.
Hermathena, 371.
Hermeracles, 371.
Herodiani locus emendandus. 181.
Heroes, 417.
Heróum decora quæ sint, 307.
Heroum statua anea plures 180.183 234. 282 392.
Hesperia quid notet, 434.
Hesperidum horti, 258.
Hesperidum mala, 434.
Hesperus, 431.
Hiberna classiariorum Puteolana. 364 366 368.
Hierarcha Romanus D. Petri *successor,* 294.
Hieremias propheta, 298.
Hierophanta, 271.
Hierophanta Bacchi, 161.
Hippago, 94.
Hippocampi, 390.
Hippocles Cumanus, 377.
Hippodromus, 251.
Hippolyti Card. Ferrariensis, Villa Tiburtina, 387. & inde.

Eius

Eius sepulchrum 392
Hippolytus Virbius 383
Hippopotamus Nili 283
Historrhaphi 165
Historia quænam prima 417. 418.
Historia conservandæ cura quæ fuerit antiquis 418
Historiarū cognitio quid præstet 417
Hirtius & Pansa coss. 241 408
Hominis fabrica 287. 288.
Honor pro sacerdotio vel magistratu 429
Honori dextrum latus tribuitur 428
Honorius Aug. 255
Honorum pompa, caremoniæ, 136.
Honor virtutis præmium 429
Honos Deus, 120 421. 428.
Eius habitus & apparatus 428 429.
Eius clypeus 434
Hoplomachia 122
Hora 120. & præfat.
Horæ summitia 349
q. Horatius Flaccus poëta 330
Horatius Sermoneta, 278
Hordeonium opidum 51
Hordeonius Flaccus Belgi à Proces. 30 51.
Hordeum primus hominum cibus inter fruges, 436
Horizon 407
Hormia 381
Horographiū sciotericon. 257
Horologium solare 256. 257
Hortatius à Mendosa Philippi regis legat' apud Cæsarem 100.
q. Hortensij oratoris villa Baiana 368
Eius luxus 368
Horti Garziæ Toletani 337
Horti pensiles 2.8
Horti seclusi 388 389 390.
Horti Tertolani 161
Hospitalitas legitima 348
Hugo Arelatensis 208
Hugo Agathetarus B.M. 242
Humana facies quid notet, 288. 4 4.
Humanarum calamitatum varietas 271.
Hungarus sonipes 124
Hunibaldus historicus 39 40.
Hunnorum vastatio 88. 89. 416.
Hyacinthina vasa 191.
Hydrargyrium 349
Hydraulica ars 390
Hydraulus 390
Hydriam cur Deus conterat, 400.
Hygeia dea, 229 230. 347 389.
Hymenæus deus, 53
Hypæthra 168
Hypæthrium 362
Hypere 195
Hyperion quid, 257.
Hypocausta Puteolana 360. 361.
Hypsitastes heros 121. 425. 426 430.

I

Iacobus Strada, 132
Iani bifrontes & quadrifrontes, 388 438.

Ianthinus color 302
Ianuarii Episcopi & martyris reliquia, & miraculum 332
Ianus ab Augusto clausus, 356.
Ianus bifrons quid signet, 430
Iavera 122.125.
Ibices 162.163.
Ibis 283
Ichneumon 283
Idus Quintiles 430
Ignium subterraneorum caussa, 352.
Ignorantia, cæcitas 416
Ignorantia multarū fabularū mater 53
Ilicum mira senectus 393
Imola 246
Imperatorum filii principes iuventutis 423
Imperii Germanici constitutio per Gregorium V. P. M. 60
Imperium ἐνώμοτον 250
Imperium Romanum biceps, 41.
Caussa ipsius ruina 42
Impotentissimus haustus, 161. 162.
Inalpini populi 143.163
Inambulare 388
Incendia Vesuuii montis 339
Indulgentias animarum escas esse 295
Infantum martyrum corpora 332
Infans nudus quid notet 425
Infernates campi, 275
Inferorū barathrū in Hadriani Imp. villa Tiburtina, 396.397
Inferorum faber niger, 404
Infirmius expavescere 111
Iniuriarum severa vindicta in civitatibus necessaria 91
Inlacrumabilis, 419
Innocentius III. P. M. 61
Innocentium martyrum infantum corpuscula, 331
Virgindemia 111.
Ino 319.389.
Insignia familiaria 408
Inspector archiepiscopus, 310.
Instructus & instrumentum fundi 249
Instrumentum regium 301
Instrumentum venditionis vetustissimum Longobardicis literis scriptum 249
Insubres 206.217.
Insula in qua coniuratio triūvirum Lepidi, Antonii & Octavii inita 244
Insula Tiberina 389.390
Interamna Nahars Vmbria, 274.275.
Interamna Lirina Latii, 275
Intercolumnium, 365.411.
Interocrea 277
Interventa terra, 341.346
Involare, 218
Ioachimus Sanflorius abbas, & eius vaticinia 186
Ioannes Adolphi F. II. Dux Clivienſium, 63
Ioannes Annius Viterbiensis. 41.
Ioannes Austrius, Philippi regis

regis Hispaniarum frater, 311
Io. Baptista Christi præcursor 293.
Ioannes Comes Cliviensium, 60
Ioannes Comes Cliviensium Archidiaconus & Præpositus Coloniensis 63
Io. Delphinus internuncius P. V. P. M. apud Maximilianum Aug. 100.131.
d. Ioannes Evangelista apparens 256.
Ioan. Francisci Lombardi synopsis de balneis 347
Io. Galeatius primus Insubriũ dux 233
Io. Grimanus Aquileiensis patriarcha 180
Ioannes Guilhelmus Caroli principis frater, 113.127.128 407.
Ioannes Heggemellerius, I. C. 132
Io. Iacobus Canius Saltzburgensis Archiepiscopus. 140
Ioannes Lauremannus 59
Ioannes Mesericors Dux III. Cliviensium, 64
Ioannes Moronus Cardinalis 286
Ioannes Reccius, 83 218 401.
Ioannes Sambucus 132
Ioannes Tautzenius sacri palatii magister, magnus apud Cæsarem, 132
Ioannes X. P. M. 523
Iobel Hebrais & Chaldæis quid 289.290.
Iosue dux Israel, 290
Iovis Capitolini templum Romæ, 431. currus aureus, 435.
Iovis fulmen, 433
Iovis indigetis lucus & fons, 305.
Iovis pulli, 422
Iovis sereni fulgur 436
Iovis templum in monte Albano 383
Iovis Tonantis templum in Capitolio 384
Ioviclum quid, 289
Iphiginia Dianæ sacerdos 304.305.
Irides ubi frequẽter, & plures visuntur, 392.
Ischia insula, 328
Isis in vaccam mutatata 52
Isis. III. prætoria navis, 366. 367.
Isocrates, 397
Istria 189
Ister binominis 421
Italia cultrix nobilitatis atque virtutum, 404
Italia præcipua Romani imperii provincia 352.372
Italia tellus stabilis 321
Italica legio II. 139
Italica legio III. 169
Italica legio. IV. 93
Italica philosophia 355
Itinerarium provinciarum Imp. Rom. 23
Itriũ opidum Campaniæ, 316
Ithyreius arcus, 119.158.

Iubeleius amnis, 235. 192. 287. & inde. eius reductio ad religionem Christianam 291.
Iubilum, quid Latinis 289 Celtis ac Germanis quid, 289.
Iudas Machabaeus 298
Iugales 177
Iulia Fam. striis colonia 263
Iulia Gallia provincia 423
Iulia Mammaea Aug. 369
Iulianus Imp. 16
Iulia unda 373 374.
Iulii Paulli I. C. effigies 198
Iulii I. I P.M. Villa, 397
Iulii Caesaris progenies in Galliis 45
Iulius Alexandrinus medicus 132
Iulius Caesar, 448. 3. 141. 144. 259.
Iulius Clivimontius 120. 421. 423.
Iulius Sabinus 46
Iuno Cuprana 269
Sospita 383
Virgo 313 385.
Iupiter Aegerius, 385
Anxurus 313 314.
Cygnus 52. 432.
Optimus maximus 249
Tausicypus 344
Puer 313 384.
Serenus 435
Taurus 52
Tonans 384
Iurisconsulti à rep. Norimbergensium administratione moti 89
Ius civitas Romana. 41. 46.
Iusta defunctis 410
Iustinianus II. Orientis Imp. 59
Iustitiae simulachrum 412
Iustus Lipsius, 357
Iuvavia colonia 142 & inde. 147
Iuvaviense, vel Iuvense castrū 144. 146.
Iuvavius amnis 144
Iuvenalis locus explicat. 266

L

Labinius amnis 244
L. Labienus 269
Labra marmorea 282
Labrum crateris 340
Labyrinthi 353. 388 390.
Lacessere literarium ocium 371
Lacinium promontorium 354
Lacones 323. 381 426.
Laconicum 369
Laconicum marmor 186. 256.
Lacunar 272
Lacunatus 150
Lacus Albuneus 389
Lacus Anianus 346. *Lacus Avernus* 376
Lacus Dianae nemorensis 304
Lucus f. uli 388
Ladae statua, & fons 388
Laestrygones antropophagi 381
Lamina ad monetam formādam quomodo praeparentur 157.

Lam-

Lampada tradere, in præfatione.
Lampedo Lacedæmonia regina 67
Lamus Neptuni filius 381
Lancearius puer 426
Lancea Longini 285
Lancei 272
Langobardi populi 177.234 214.244 253.272.273 325. 416
Langobardorum Princip. sedes 177. *turres* 244.
Lanuvium opidum 383
Laocontis statua Romæ 282
Laodicea 357
Lapides metallici 149.150.
Lapis Albanus 387
Lararium secretius 107
Largiri ad Kalendaria 20
Largus pastus 109
Laribus bulla consecrabatur 425.
Larvatorum ludi 111
Lateranensis basilica 297
Lateres antiqua cum legionũ nominibus 29
Lateres bipedales 361
Latifundium perversitatis, 403
Latinus rex 383
Latrunculi lusorii 264
Latumia Tiburtina 392
Laudationem dicere 413
Lavinium 305
Laurea corona cum baccis aureis, quid 429
Laureacenses milites 139. 140.
Laureacum 138.139
Laurea magni decoris, 162.
Laurens Lavinas 182
Laurentum 305
Laureta 240
Lauretum oppidum, 269 & inde
Lauri vis medica, 229.436.
Laurus Apollini, Aesculapio, & Hygia 239.436.
Larus boni Genii planta, 229.
Lauria, 88 322 323.
Leborini campi 321.326
Legati Principum quales esse debeant 101
Legiones Traiani 24
Legionariorum equitum alæ ubi hibernaverint 25
Legio II. Adiutrix 31
Legio V. August. 32
Legio VII. Claudia 31
Legio III. Cyrenaica 31
Legio III. Herculia 32
Legio II. Italica 139
Legio III. Italica 169
Legio IV. Italica 23
Legio V. L. F. 32
Legio V. Macedonica 29
Legio XXII. Primigenia, Pia, fidelis 31
Legio IV. Scythica 30
Legio Thebea Christiana. 37
Legio VI. Victrix, pia, fidelis 30
Legiones sæpe translata. 31.
Lema Saturnia 2
Lemnisci purpurei, quid. 429
Lentia Norici 96.139.
Leonellus Marchio Ferrariensis 248

Leonium suburbium 411
Leonis vigilantia 424
Leontini 381
Leōtius præf. prætorio 139
Leones ex aquis prodeuntes 186
Leonum capita, quid 425
Leopoldus Austriæ Dux Gloria militum dictus 69
Leones insomnes 424
Leo sedens ad saltum faciendum quid, 424
m. Lepidus III. vir 244
Lethes in voragine submersi, 418
Leuca officina 197
Leucogæi colles 350.353
Leucopetra 269
Leucostictum marmor, 259. 282
Leucothea 319.369
Lex Acilia 355.356.
Lex Architectonica 356
Lex Bromia 161
Lex Calpurnia de repetundis 358 359
Lex Flavia Constantini de hæredis emeritorum 42
Lex militaris de ætate tyronū 49
Lex theatralis de ludis 118. 423
Lex Valetudinaria de peste fugienda. 170.172.
Liber Pater Aug. 251
Eius certamen cum Cerere, ubi 321.354
Eius speleum 87.161
Liber ritualis Origiastarum 162
Libertas Dea 274
Libertas reipublicæ Romanæ quando conciderit 241
Libratis passibus incedere 426
Liburnarii Nortci 144
Ligusticum marmor 378
Linarius, & Linaria 228
Lineæ vestes in sacris, cur, 302. 303.
Lingua gladius 300
Lingua temperamentum 102
Lino velati 303
Lipara, 229
Liris fluvius 322
Literæ pedales, 358
Literarum & virtutum clades 418
Literatum poculum ex auro, 310
Liternina paludes 378
Liternum colonia 378
Lithostrota antiquissima Præneste 386
Littera duplici t. 385
Litus simplici t. 385
Lituus 429
t. Livius Patavinus historicus 330
Eius effigies & sepulchrum 198
m. Livius Salinator coss. 263
Loculi statuarum 320
Logeum 105
Lollianus Imp. 36
Longinus exarchus Italiæ, 254
Lōgini cēturiōis lancea Chri-

sti

sti Servatoris sanguine cõsecrata 285
Lorica bilices, atq; trilices, 1.9
d,Lucas Evangelista,ubi, 140 199.
Lucense municipium, 11
Lucenses qui 10
Lucerta colonia 322
Lucifer 431
Lucrinus lacus 350.364.369. *eius claustra* 373.374.
l. Lucullus Xerxes togatus cur 346
Eius piscina ad Pausilypum 346.347
Eius villa ad Misenum 367.269
Eius villa Tusculana 304
m. Luculli villa Baiana 368
Ludie 328
Ludi equestres personatorum 342
Honorarii Palatini 232
Pãnonica coronationis 117.118
& inde 421. *& inde.*
Troiani 112
Ludiones, 323.328
Ludius 109.328
Ludolphus Comes Cliviensiũ, 60
Ludovicus XII. rex Francorũ 255.259
Ludovicus Pius Imp. à filio Lothario captus 60
Ludovicus Sfortia Insubrum dux 186.224
Lugdunum Batavorum 24
Lugdunum colonia Planciana 320.321
Lumbago 177
Luna μηνοειδής, 284
Ταυροκερ@, 284
Luppia fluvius 23
Luthardus Comes Cliviensiũ inter Divos relatus 60
Luitbrandus Langebardorũ rex 234
Lycaeum in Hadriani Imp. villa Tiburtina 396
Lycurgi ob leges duras Spartani plures sponte exularunt 313
Lyra menti humana, & civitati comparata, 412 413
Lyra Mercurii, quid, 435
Lyra Respublica 412
Lyturgia triplex 287

M

Macedonica legio, V. 29
Macerata 271
Machina aquaria, 95.149.151
Machina depulsoria 126
Machina tractoria 152
Machina traductrix 197
Macte virtutis esse 309
Madrucii Cardinales duo, 280
Mantuana schola Clivis 5.7.
Magera agger 178
Magister caeremoniarum designator in sacris 403
Magister fabricae 227
Magister utriusque militiae 139
Magnes virtutum 420

Maiestatis crimen 302
Maiorum prudentia in rerum gestarum memoria propaganda 145
Mammeanum stagnum cum palatio prope Baias 369
Mamurius 426
Manibiæ 320
t. Manlius Torquatus 75
Mansiones fundi 249
Mantua, 212 *& inde.* 245
Mantuani duces 208. 209.
Manubiæ 224
Manubialis pecunia 261.398.
Manuplarius 366
Mappa Circensium 409
m. Marcellus 222.426.
Marcellus secundus P.M. 73. 397.
Marciana Traiani Aug. soror 375
Marcus Euangelista ubi. 140.
d. Marci Euangelistæ templũ Venetiis, 186. *& inde.*
d. Marci thesaurus Venetiis 187
m. Marcius Coriolanus 379
Marcus Euangelista 140
Mare Erythræum unde dictũ 284
Mare Mortuum, 364.366.
Margaritarum uitor. 302
Maria Caroli V. Imp. filia Augusta 67 99.
Maria Lusitana Alexandri Farnesi Parmensium Ducis 235
Mariana uillain Tusculano, 384
d. Maria Virgo mater, animarum patrona 411
d. Maria Perticalis ædes 234
Marici Ligures 234
Marinum 305
Marinus Grimanus Cardinalis 180
Marisburgum 60
c. Marius senior 370.380. *ubi Cimbros deleuerit* 201
c. Marius iunior 387
Marmirolum, 208.209. *& inde*
Marmorarii 386
Marmorum genera 256
Marmorum uena picturam imitantes, 186
Marmor Laconicum 186.256
Leucostictum 259.282.
Ligusticum 378
Mars Alalaxius 223
Briepius 223
Geticus 416
Gradiuus 426
Martia iuuentus 231
Martis ædes Romæ ad portã Capenam. 430.
Martis fanum 35.
Martius applausus 223
Matronarum Pompa 211
Masiicus mons 322.379.
Mater altera 96
Matiscona Æduorum 15
Matthæus Langius Saltsburgensis Cardinalis 147
Matthias Austrius Maximiliani. II. Aug. F. 98.116.129. 137
Matthias Paludanus 74.83.
Mattya 162
Matura dea 319

Mauricius dux legionis Thebea 37
Mauricius Imp. 248
Mausoleum 277.315.389.397.
Mausoleum Metella Q. Cretici F. in Appia via, 319
Mausoleum Plancianum in Caietano promontorio, 319
Mausoleum Plautiorum in via Tiburtina 397.398.
Maximinus Imp. 6.13.17.27.37
Maximilianus Imp 70 71 148 159.164.
Maximilians I. Sepulchrum 159
Maximilianus II. Imp. 72 82. 98.
Maximilianus Austrius, Maximil. II. Imp. F. 98.116.129. 138
Maximinus Cæsar 181
Mediolanum 218. & inde. 231.
Medioximi dii 120
Meduacus maior, 174.297.
Meduacus portus Venetorum 189
Meduaci Pons. 175.
Medusa caput, quid notet. 430.
Megarica signa, 371
Megasthenes Chalcidensis 377.
Megdelano 230.
Melchioris Zobelli Episcopi Herbipolitani nefaria cædes, 86.87.
Melicerta, 389
Melicorum chorus, 426
Melissa nympha qua, 426.
Memoria mater sapientia, 80
Mensa versatilis, 161
Mentum oblongum, & prominens quid signet, 68
Mercurii lyra 435
Mercurii statua, 282
Mercurius 319.435.
Merenda 109
Merula 229
Mesonausta 336
Messanitia fossa 252
Mestresium oppidum 178 196
Meta sudantes. 390
Metalla quomodo secernantur 151
Metallici lapides 149
Metallorum fodina, & officina 149
Metaurus fluvius, 264
Metella Mausoleum 390
Metelli Macedonici felicitas, 311.312.
Metæcus 20
Metopa 272
Motus oxles 127
Mevania Propertii patria 272
Michael Mercatus, medicus, 400.
Milciades 397
Milliarius lapis 140
Minax somnium 385
Mincius fluvius 212
Minerva dea, 371. *Athenarũ conditrix.* 7
Minerva ara in Circes sacello, 306
Minerva parthenon. 239.

Minervā promontorium, 328.
Minervium, 335.
Minturna. 380 & inde
Minturnenses paludes, 308.
Minos quaesitor inferorum, 402.
Miraculorum sedes Vesuvius, 339 340.
Miraculum divi Ianuarii capitis, 332.
Mirandula, 246.
Misenus mons, 328 335.353. 363. & inde 369.
Misenus tubicen, 363.
Missus ferculorum, 108.
Mithridates rex, 82.
Mittel Land 221.
Mnemonica pignora, 137.
Mocenicus Venetorum dux, 183.185 193.
Moderationis virtus, 127.
Moduli, 150.251.
Mœnus fluvius, 84 86.
Moguntiacum, 85.
Mola castellum 381.
Moles portus Neapolitani, 335. 362.
Moles portus Puteolani, 361. & inde. cur sic dicatur, 362 Cur fornicibus concava, 361.
Moletrina lignaria & chartaria, 95.
Monas, 287.
Mondriburgum, 43.
Monetaria fabrica, 156.157. & inde.
Monocerotum cornua, 188. 211.
Monodia Cea, 409.
Monodia extrema, 413.
Mons Altinius, 43.
Mons Casius, 97.
Mons Christi in Campania, 375.
Mons draconis, 379.
Mons crucis, 141.
Mons novus ad Avernum, 374.
Mons Sibulla Cumana, 375.
Montensis comitatus, 83.
Mortis necessitas. 81.
Moses obvelata facie Dei legē promulgavit, 291.
Motiuncula leves, 400.
Mucianus Procons. 30.
Mulvius pons, 277 278.397.
L. Munatii Planci oratoris pulcherrimum mausoleum, 319.
Mundus muliebris, 251.
Mundus sacrorum ornamentorum, 155.
Muranum insula vitriariorum. 191.
Murena piscis cum inauribus 368.
Mureniana villa, 304.
Mures inalpini candidi, 298. 302.
Mures Pontici. 302.
Murrhina vasa, 191.
Musa magistra rationis, & virtutis, 426.
Muscipula Neapolitana, 335.
Musejarii, 386.

Musejarium opus ex fragminibus marmorum. 239.255.256.385.
Musejarium opus ex secamentis, & scandulis, 245.
Museum opus, 389.
Musici artifices, 241.328.
Musivarii artifices, 386.
Musivum opus, 386.
Muso fluvius, 178.269.
Musonius amnis, 176.
Mustelæ candidæ, 298.302.
Mutili saxei, 317.
Mutina, 241.408.
Mutinense prælium, 241.
Mutisca olivifera, 272.
Myagra, 335.
Myso Chemaus, 78.
Myrti magna senectus, 379.
Mythra Venetorum ducum, 188.183.

N

N*Abajoth arietes,* 293.
Nania, 411 414.
Najades, 436.
Nar fluvius, 274.353.
Narnia, 275.
Narses eunuchus Iustiniani Imp. legatus, 253.263.274.378.
Natio Germanica Bononiæ studentium. 243 398.
Natio Germanica Romæ, 406.
Naturæ consideratio pabulum animi, 351.
Naturæ miracula varia, 347.348. & inde.
Naturæ spelunca, 390.
Navalis apparatus, 194.
Navales servi. 195.336.
Navalia Puteolana, 364.
Navalia Venetorum, 194. & inde.
Navalia Veterum castrorum in Belgio, 28.
Navicularii Danuviani, 117.
Navigandi inventum, 55.
Navigium Herculis in Oceano, 257.258.
Navium à signis nomina, 35.54.258.
Naumachia solemnis in Danuvio ante Viennam, 117.
Naupactum, 195.
Naustidica, 336.
Naustologi, 336.
Nautica jura & officia, 336.
Neapolis, 328. & inde. 369.
Neapolis elegantiarum mater, & generosorum equorum studiosa nutrix, 343.
Necessitas artium magistra, 151.
Necyomantia Cimmeriorum, 345.374 375.
Negociator frumentarius, 384.
Nemorensis lacus, 383.

Nea-

Neopyrgus clauſtralis, 97.
Νεοφεύργιον
Neapolitanum, 334.
Neptuni ſtatua, 267.
Templum, 319.
Neptunus Carulus, 394.
Coloſſicus in quadriga, 390.
Ennoſigaus, 317.
Siſichton. 317.
Nequinum, 276.
Nereides, 284.
Nero Aug. 380.
Matricida, 369.
Princeps iuuentutis, 423.
Neroniana Auguſta Puteoli, 358.
Neronis Piſcina, 369.
Nerua Imperator, 359.
Neueſus amnis, 170.
Nicanor à Iuda Machabao ecciſus in prælio, 298.
Nicolaus Bieſius medicus, 332
Nicolaus Perrenotus Granuellanus 308 312.
Niger vel Illicius fluuius, 95. 387.
Nili dei ſtatua cum cubitis pueris, 282
Nili fluminis annua incremẽta, 289.
Nimioperè 406,
Nix perennis in Alpibus 162.
Nobilitas attrita, vel arida quando, 311.
Nobilitas vera, qua, 416. 417.
Quo pacto conſeruetur, 418.
Nodus continentia. 424.
Noricum mediterraneum, 148.
Noricum Ripenſe, 138 143.
Norimbergica ciuitatis ac reip. deſcriptio. 88. & inde.
Noſocomium, 405.
Noſimychus, 245.
Noueſius amnis, 171.
Nouiodunum, 15.
Nouum forum, 171.
Numa Pompil us rex, 434.
Numana Siculorum colonia, 266.
Numidicus Porphyreus leucoſtictus lapis, 259. 282
Numina topica, 329.
Nummorum imagines, 417.
Nympha anapauomene, 282.
Nympha, 157 161. 272. 347.
Nympha Nyſeides Bacchi nutrices, 319.
Nympha nutrices Iouis, 435. 436
Nympha cum urnis, 389.
Nymphaum. 239. 283.
Nympharum antra, 337. 388.
Nympharum templum Puteolis. 359.
Νύμφη ἐυπλόκαμος, 354.

O

Ole

Obelisci, 281.389.
Obnuptus capite, 407. 413
Obsidiana vasa, 191.
Obsidionalis corona, 419.
Oceani Dei statua in Vaticanis hortis Roma, 283.390.
Oceanus beluarum pater, 284.
Cornutus cur, 283.
cur Prometheo amicissimus, 283.
Cur navis gubernaculum teneat, 284.
Ταυροκράνος, 57.284.
Cur capite velatus, 283.
Cur eius crines ex herbarum foliis prodeant, 283.
Oceanus in villa Tiburtina Cardinalis Hippolyti Ferrariensis, 390.
Ocnus Bianoris, 212.
Ocrea Sabinorum, 277.
Ocriculi reliquia, 276.
Octavia gens unde oriunda, 382 383.
C. Octavius, qui postea Augustus, 371.
Octodurum Veragrorum, 38
Odeti Lautrechii sepulchrum, 318.
Odoacer Herulorum rex, 201.226 234 253.
Ocni pons, 153.158.
Oenotrii Aborigines, 393.
Oenus fluvius, 85.144.
Offa aurea 218.
Offensionis lapis, 406.
Officina conflatoria, 150.
Ferraria, 160,195
Ofonius Tigillinus. 380.
Ogygia insula, 354.
Οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος, 78.
Olea melliflua, 388.
Olivarum magna senectus, 379.
Olor unde, 58.
Olarina turris, 3.
Operari sacris. 405.
Ophiticum marmor, 186.187.
Ophiticum Tiberianum, 187.
Opici, 324.
Opimum spolium, 416.
Oppia lex, 212.
Oppidatim, 310.
Oppidum ligneum, 118.
Orbiculi lusorii, 264.
Orchestra mundi, 112.
Orcinia familia Romana nobilis, 49 51.
Orcinium opidum, 51.
Orco victima cadere, 349.
Orestes. 304.
Organa musica vitrea, 191.
Organum monetarium, 156.
Organum musicum ex alabastrite, 211.
Orgiasta, 161.
Origines fabulis involuta, 52 319
Orlandina turris, 319.
Ornithobolium, 390.
Orphanotrophium, 405.
Orpheus, 413.
Osca olim dicta Capua, 324.

Neopyrgus claustralis, 97.
Νεοφρούριον
Neapolitanum, 334.
Neptuni statua, 267.
Templum, 319.
Neptunus Caruleus, 394.
Colossicus in quadriga, 390.
Ennosigaus, 387.
Sisichton. 317.
Nequinum, 276.
Nereides, 284.
Nero Aug. 380.
Matricida, 369.
Princeps iuuentutis, 423.
Neroniana Augusta Puteoli, 358.
Neronis Piscina, 369.
Neruа Imperator, 359.
Neuesis amnis, 170.
Nicanor à Iuda Machabao cocisus in pralio, 298.
Nicolaus Briesius medicus, 332
Nicolaus Perrenotus Granuellanus 308 312.
Niger vel Illicius fluuius, 95. 387.
Nili dei statua cum cubitis pueris, 282
Nili fluminis annua incremẽta, 283.
Nimioperè 406,
Nix perennis in Alpibus 162.
Nobilitas attrita, vel arida quando, 311.
Nobilitas vera, qua, 416. 417.
Quo pacto conseruetur, 418.
Nodus continentia 424.
Noricum mediterraneum, 148.
Noricum Ripense, 138 143.
Norimbergica ciuitatis ac reip. descriptio. 88. *& inde.*
Nosocomium, 405.
Nosmychus, 245.
Nouesus amnis, 171.
Nouiodunum, 15.
Nouum forum, 171.
Numa Pompilius rex, 434.
Numana Siculorum colonia, 266.
Numidicus Porphyreus leucostictus lapis, 259. 282
Numina topica, 329.
Nummorum imagines, 417.
Nympha anapauomene, 282.
Nympha, 157 161. 272. 347.
Nympha Nyseides Bacchi nutrices, 319.
Nympha nutrices Iouis, 435. 436
Nympha cum urnis, 389.
Nymphaum. 239. 283.
Nympharum antra, 337. 388.
Nympharum templum Puteolis. 359.
Νύμφη εὐπλόκαμος, 354.

O

Obe-

Obelisci, 281.389.
Obnuptus capite, 407. 413
Obsidiana vasa, 191.
Obsidionalis corona, 429.
Oceani Dei statua in Vaticanis hortis Romæ, 283.390.
Oceanus beluarum pater, 284.
Cornutus cur, 283.
cur Prometheo amicissimus, 283.
Cur navis gubernaculum teneat, 284.
Ταυροκράνος, 57.284.
Cur capite velatus, 283.
Cur eius crines ex herbarũ foliis prodeant, 283.
Oceanus in villa Tiburtina Cardinalis Hippolyti Ferrariensis, 390.
Ocnus Bianoris, 212.
Ocrea Sabinorum, 277.
Ocriculi reliquiæ, 276.
Octavia gens undè oriunda, 382 383.
c. Octavius, qui postea Augustus, 371.
Octodurum Veragrorum, 38
Odeti Lautrechii sepulchrum, 318.
Odovacer Herulorum rex, 201.226 234 253.
Ocni pons, 153. 158.
Oenotrii aborigines, 393.
Oenus fluvius, 85.144.
Offa aurea 218.
Offensicnis lapis, 406.
Officina conflatoria, 150.
Ferraria, 160,195
Ofonius Tigillinus. 380.
Ogygia insula, 354.
Οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος. 78.
Olea melliflua, 386.
Olivarum magna senectus, 379.
Olor unde, 58.
Olarina turris, 3.
Operari sacris. 405.
Ophiticum marmor, 186.187.
Ophiticum Tiberianum, 187.
Opici, 324.
Opimum spolium, 416.
Oppia lex, 212.
Oppidatim, 310.
Oppidum ligneum, 118.
Orbiculi lusorii, 264.
Orchestra mundi, 112.
Orcinia familia Romæ nobilis, 49 51.
Orcinium opidum, 51.
Orco victima cadere, 349.
Orestes. 304.
Organa musica vitrea, 191.
Organum monetarium, 156.
Organum musicum ex alabastrite, 211.
Orgiasta. 161.
Origines fabulis involutæ, 52 319
Orlandina turris, 319.
Ornithodeium, 390.
Orphanotrophium, 405.
Orpheus, 413.
Osca olim dicta Capua, 324.

Osci

Osci populi 324.326.
Oscillata 116
Osculum humilitatis 278
Ossifragium 271
Ostrogothi 253,325.
Otho Comes Elsvensium, 62
Otho Madrucius Cardinalis 280
Otto Wachtendonc 83
Ottocarus Boemiarex, 68
Ova Castorum cum binis stellulis 432.
Ovi castrum Neapoli. 335

P

Pabulum animorum natura consideratio 351
Padus fluvius 235. 248 252.
Pagatim 310
Palaestra, 186.397
Palatina tribus 228
Palatium Austriacum Halēsa 153
Vrbinatis ducis 172.
D. Marci Venet, 184
Palatium & Bibliotheca Ferrariens. 248
Paleopolis 377
Palladis templum, 230. 231.
Pallas victrix, 425
Palma rami aurei quid 426
Paludamentū imperatorium 424
Pomptina 305
Paludes Minturnenses 380
Palumbes 229
Paulus Acherusio 375
Pandora, 389
Panegyrica Eumenii 14
Pandulphus Collenutius Historia Neapolitana scriptor 326
Pangere 230
Panicum ostentum 259
Panisci 150
Pannones 144
Pannonia prima dux. 144.
Pannoniorum equitum habitus, & apparatus bellicus, 119
Panclethria 416
Panoplia studium 107
Panoplia principis iuventutis, 227
Pantalabus scurra 422
Pantheta Divorum omnium, 210
Panthei Dei simulachrum 308
Pantheon Vipsanianum 281 389.
Pantomimi 328
Papyrus Nilotica 283
Papula 399.400
Paradromis 160
Paradisi 161 391
Paradisus Italia 330 338.
Parentes publici, qui 410
Parerga, 260.267.272.
Parricidii crimen 402
Parium marmor 256
Parma civitas 238 239
Parma scutum 238
Parochia 42
Parthenon 153.230. 331
Parthenope 328
Passavia Norici 95
Patavium, 198. eius Reipubl. Rectores 197

Patera 429
Patronus municipii 277
Pauiendi ars. 306
Pauimentata peristylia 245
Pauli Orosii orchestra mundi. 112.
d. Paulus apostolus 294 305
Paulus III. Pontifex 268
Pausilypus mons 322. 344 & inde.
Παυσίλυπος, *quid,* 344
Pax inter reges maximos solida, 309 310.
Pectinatim undata concha, 239.
Pegasi colossus, 389
Pegma 411
Pegmata calamitatum humanarum 271
Pegnesus amnis 89
Pellium candor 302
Pelusium Aegypti 62
Penates dii 431
Penicillus philosophicus 419
Penitus 257
Penuria artium magistra 151
Percolatio 365
Perdices 229
Peregrinationum pericula, 77. & inde. *Vsus & finis,* 80. 83. 84.
Pergularum topiaria 388
Peridromis 306
Peristylum 239. 245. 337. 388.
Perlitare 287
Pernix cursus 336
Perpetuare 352
Persarum mos 116
Persenum 173
Perseus 423. 284
Pesmata. 195.
Petra fidei 406
d. Petrus Christi Vicarius, 294. 299.
Petrus Fagiardus legatus apud Caesarem Maximilianū II. 100. 131.
Petrus Raffanus. 345.
Petrus Toletanus 345
Phalacrine 277
Phalanx ex cordibus unitis 437
Phalera, 429.
Phaleratus equus 362
Phalerus Siciliae tyrannus 329
Pharus Rauennas 254
Phaselli picti, 252. *Vitrei,* 192.
Phasellus 179
Phidias statuarius 308
Philautia malum 104
Philibertus Aurangiae princeps, 318
Philippus Austrius, Maximil. I. Aug. F. 71
Philippus Bonus, Burgundiae Dux 63
Phiippus Hispaniarum Rex Catholicus, 135. 221 256 237. 309. 330 336.
Philippus Macedonum rex, 206.
Philippus de Monte, musagetes Maximiliani II. Aug. 113.
Philippus Vinembergius, princeps Palatini senatus, & Camerae Imperialis 132

Philistio

Philistio mimus ridiculus, 422
Phlegraus campus, 350.
Phonascus, 110.
Phrygium marmor, 186 290.
Picentes populi, 260.266.
Pictones Britanniam vastat, 18.
Pictura ex Indicarum avium plumis, 155.
Pila Puteolana, 362.
Pilei sive galeri significatio, 201 202.
Pilum Romanum, 432.
Pinna murorum, 320.223.
Pipinus Francorum rex, 242. 254.
Pisaurum colonia, 262.
Pisces cicures ad manum venientes, 368.
Piscina fontium scatebris coronata, 337.
Piscina mirabilis, 365.
Piscina Neronis, 369.
Piscinarius Hortensius orator cur dictus, 368
L. Piso Ciceronis inimicus, 358.
L. Piso de repetundis legem tulit. 358.
L. Piso. L. F. Frugi templum Augusto D.D. 358.
L. Pisonis villa Bajana, 369. 370.
Pistrix Atlanticus, 284.
Pithecusa insula, 335 347. 376.
Pius IV P.M. 279.
Placabilis annus, 292.
Placentia, 225.
Placidia Galla, 255
Planeta κοσμοκράτορες, 287
Planta Nilo peculiares, 283.
Planta boni genii, 229.
Platonica reip. imago, 333.
Plaudere choreas & tripudia, 251.
Plautii Silvani, 397.
Plautiorum Mausoleum, 397.
Plautius pons in Anienem, 398.
Plebs fretum infidum, 403.
Pleps, duplici p. littera, 277.
C. Plinius major incendio Vesuvii absumptus, 339.
Plinthi capitulorum, 267.
Plotina Augusta, 268.
Plumæ quid notent in capite. 429
Plutei marmorei, 362.
Plutonis janua, 394.375.
Officina, 152.153.
Pocula gemmea, 211.
Poculum litteratum, 318.
Podagricorum vaporaria, 347.
Pœlica in Hadriani Imp. Tiburtina, 397.
Pogium regale, 338.
Poli forum 402.
Πολιορκητής, 224.
Pollentia, 261.
Pollucere, 161.
Polydorus Rhodius sculptor, 282.
Polypus, 104.105
Polystephanos Praneste, 384.
Po-

Polytropia 79
Pomeridiana sacra 298
Pometia, & Pometini 322
Pomiferi rami, quid, 428
Pomærium 322
Pomona dea 389
Pompa funebris praclara, 410. 411
Pompam ducere tripudiando, 426
Pompa matronarum 211
Pompa Pannonica coronationis, 120. 421 & *inde.*
Pompeii colonia 339
Pompeii Magni Villa Baiana & statua 370
cn. Pompeius *Strabo,* 206. 217
Pomponius Atticus 370
Pomptina tribus 182
Pomptina paludes 305. 306.
Pons Augusti in Flaminia Via. 277. *Arimini* 260
Caligula *Imp. supra mare,* 262
Domitiani Imp. supra Volturnum 378
Milvius 397
Narniensium 275
Plautius 398
Spoleti 274
Pontici *mures candidi* 302
Pontius *Telesinus* 387
Pontones 125. 277.
Porciotum villa in Tusculano 304
Porcius *Festus, Iudeæ procurator* 305
Porphyriticum marmor, 186
Porro ulterius, in præfation
Porta Capena 430
Porta decumana 194
Porta sancta 286. 292. 296.
Porticus miliaria Vaticana, 279
Portus Auconstanus 266. 269
Ariminensis 261
Baianus 373
Caietanus 321
Cesenaticus 258
Iulius 373
Misenensis, 335. 364. 366. 367
Minervium 335
Neapolitanus 335
Puteolanus, 361. & *inde.*
Ravennas 254. 255
Tarricinensis 306
Possonium 117. 118.
Postica 272
Postumus Imp. 36
Potentia fluvius 271
Potestas nomen magistratus 175
Pozzenum 170
Præfectus classis Misenatis 366
Præferrati conti. 163
Præneste 383 & *inde.*
Prænestes Vlyssis nepos, 303
Prænestinæ sorores, quæ 394
Prænestus Latinus Vlyssis & Circes F 384
Præsentia admirari 417
Prætexta quando deponebatur 422. 425
Prætoria navis 309
Prætorium in castro 223

In hortis Calliopeiis 279
In Villa 160.162.209.239. 314.388. & inde.
Pratorium Theodorici Gothorum regis 274
Pratorium Tiburs 395 396.
Pratorium Veterum castrorū in Belgio 25
Praxiteles statuarius 308
Eius Cupido areus 219
Prima porta 277
Primulanum 174
Primigenia legio XXII. 31
Princeps bonus agricola 428
Aries 437
Citharœdus 413.414
Oculus in sceptro positus 80
Atque domi, ac foris mortalis 81
Linguarum cognitio illi necessaria 81
Princeps iuventutis quis, 112 120 421. 422.
Eius pompa, 421. & inde
Clypeus 432.437
Habitus 423
Zona 424
Princeps & signifer iuventutis 433
Principale edictum 306
Principalia negocia 308
Principem adolescentē extra provinciam non mittendū esse 77. & inde.
Principem adolescentem inter exteros rerum experientia erudiendum esse 79. & inde.
Principes boni cur dii vocētur 433
Principes quales, tales & subditi 1
Principis boni Conversatio 80
Principis quæ fidissima custodia 437
Principis pectus quo clypeo sit muniendum adversus hæreticorum tela 103
Quo adversus adulatorū tela. 104
Principum oculi emissitii qui: aures, & manus longæ quæ, 101
Privistum oppidum 383.384
Privernum 405
Probus Imp. 36
Prochyte insula 318. 335 368
Procurator 315
Procuratores sanitatis 172
Πρόδικος *quid,* in præfatione
Πρόδικος σοφιστής, in præfat
Prodicus Ceius sophista, & eius scripta de Hercule, in præfat.
Prodigium in coelo visum 497
Prælia ludicra, ac imaginaria 223 231
Prosectura in structuris 267
Proludere 58
Prometheus quis, 282.283 284
Promontorium Circeium 305

Pro-

Prmõtorii Caietani descriptio, 317. & inde
Promontorium Miseni 363.
Pronaon 410
Properare cum maturitate, 415
Propylæum, 231.118.388.
Prascenium 380
Proserpina 272
Prosenticus versus 436
Prosper Columna 280
Protoni, 195
Providentissimus Princeps 268
Provinciarum ius civitatis Romanæ in præfat.
Prytaneum in Hadriani Imp. Tiburtina 397
Psaltria 318
ψεύματα *pura puta* 403
Psylli serpentum domitores 283
Puerilis ætas cum bulla 424. 425
Pueritia, ver novum, in præfat.
Puerorum est, admirari tantùm præsentia 417
Puerulus cytharœdus 246
Pulchrformis 279
Pulpitum in theatro 380
Pulvinaria divûm 413
Pulvinaria statuarum 181
Pulvini herbarum 389
Pulvis Peteolanus 353
Pumex 239
Pupinus Francorum rex 242 254
Purpura Cardinalitia 310
Purpureus color quid 424 429
Puteoli 343. *& inde*
Puteolani pulveris virtutes 353
Puteoli colonia, 355. *& inde.*
Pygmaleon 113
Pyramides 281.410.
Pyrenæus mons 44.169
Pyropus 56.188
Pyrrhus Epirotarum rex, 380
Pyrrhus Ligorius 249
Pythagoras Samius 255.434
Pythagorica philosophia ubi floruerit 329.355
Python Apollinis 229,230

Q

Q Vadi 139
Quadriga Neptuni 390
Quadrigæ Pannonicæ 122
Quadrigarius habitus 362
Quadrupedare 426
Quadrupedantes saltus 386
Quæstorium in Navalibus Venetorum 196
Quarta luna natus 414
Quartanorum colonia 93
Quatuorviri ædiles 277
Quatuorviri æditui D. Marci procuratores 187
Quatuorviri iuris dicundi, 270.277.
Quatuor viri quinquennales 277

Quercus quid 433.436
L. Quinctius Flamininus cos. 206
Quinctiona castra. 88
T. Quinctius Flamininus cos. 306
Quinctia prata 278
Quinarius numerus quid, 432
Quinquatria, 369
Quinquatria minuscula 490
Quinquennalis destinatus iterum, 277
Quinquennalia vota publica. 135
Quinqueremes pretoria naVa li bello ad Naupactum capta 195
Quintilius Varus 26 51.
Quinti Metelli Macedonici felicitas 312
Quisquilia 403
Quodannis per d. 229
Raab castrum Vngariæ 125

R

R *Aadbaldus Frisiorum rex* 60
Ratti populi. 43 144 148 320.
Rami pomifer: quid. 4.8
Ramus aureus qu d signet, 4:8
Rape triginta librarum, 245
Raudis campi 202
Raudus quid 202
Ravenna 252. & inde.
Raurica colonia L. Planci oratoris 320
Reapse, in præfat
Regalia quid 62
Regionatim 409
Regium Lepidi, 240
Regnesius amnis 89
Regnum conVivale 111
Republica lyra 412
Remus qui noret 363
Reorum scopulus 402
Repedare 219
Repercussus 320
Reticula aurata 232
Reticulatus 240.258.
Rex D. tminister 412 413
RhadamanTus 402
Rheg junt 219
Rhenus bicornis 57.421.
Rheni diVorum, 2.421
Rheni ripa quando præsidiis muniri cæperit, 3 42.43.
Rhenus Italiæ fluVius 244
Rheynhaldus Clivensium Comes. 59.60.
Rhodius nummus 285
Ricinetum 269.271
Ritualis liber orgiastarum, 161
Robertus Comes CliVensium, 60.
Rolemannus Bilandius 83
Roma ciVilitatis & ambitionis campis latissimus, 280
Roma dea bellatrix 389
Roma prætorium iuris diVini ac humani 299
Roma triumphans 281
urbs dicta. 8.
Virago 389
Roma in septemcollibus sedes 389

Roma laus 404. 405
Eius antiqua monumenta. 281. 282.
Romana nobilitas quo pacto per provincias propagata fuerit 44. 45 46.
Romani eductis qui. 47
Romani Imperii divisio 37
Romani magistratus inauguratio. 258
Romani operibus publicis mirandis maiestatem imperii per orbem terrarum propagarunt. 315. 316
Romanis deberi disciplinarum atque artium omnium reliquias 404
Romanus perpetui nominis actidus 29
Romulus, & Remus 216
Rosa quotannis ornare statuā 229
Rostrata naves vitrea, 192
Rota bigales 151
Rota ferrata 150
Rothares Langebardus 177
Rotarum alæ lacunata 151
Rotatus chorearum 232
Rotationes equestres 336
Roxolanorum magnus Dux, 131
Ruberia 241
Rubico fluvius Cæsaris perduellione famosus. 259. 264
Rudbertus Episcopus primus Saltzburgensium, 142 143
Rudimeta literarum ac linguarum principiis 76. 77
Rudolphus Habspurgensis Imp. 63 68
Rudolphus Industrius Dux Austriæ 69
Rudolphus II. Austrius Imp. 67. 82. 98. 116. 118 130. 138. 421.
Rugata toucha 239
Rumenheim, q. Romanorum mansio 31
Rumorum tempestates & procellæ, 493
Rupicapra 16. 163
Rusti a villæ statio 160
Rusticum bellū in Germania, 146
Rutili populi 313
Rythmi 417. 281

S

SABathum 288
Sabini 253
Sacra pomeridiana 298
Sacrarium in saxo 317
Sacrificium funebre 413
Sacrificium iustum, vel exiū 434
Sagarus Scythica 1:9
Sagarius 228
Sal Placentinum 236
Saladinus Sultanus 61
Salaria via, 277
Salus populi, 144
Salinæ Halensis 145
Saliorum habitus 426
Salis coquendi modus 156 157
Salomonis oratio 107. 108

Salpion Atheniensis sculptor eximius 318.319
Saltzburgus 142
Saltatricula 328
Saltus Germanicus. 116.
solutaris 231
Salus dea 274
Salutatores 328.280
Salutatorium cubiculum 98
Samatera Dacica 158
Sambucista 318
Samii in Italiam profugi 355
eorum colonia 355
Samniticum bellum 380
Sanctensis Basilia asylum 41
Sanctia Hispana regina 332
Sancti nunc opidum, quod olim Taiana colonia, 27. 33. 39 41.42.406
Sanctitas 38
Sanctorum Traiana 39
Sanctorum suffragia cur imploremus 295
Sapientia cur auro cōparetur 300
Sapientia parentes qui 80
Sapphirina vasa 191
Saraceni, Italia pulsi 381
Sarcophagus 259
Sardoum mare 246
Sarissa 158
Saturni ædes 320
Saturni sæculum aureum, 436
Saturnia somnia 274
Satyrus 251
Satyri evantes 319
Saxa ex aquarū fluxu cōcreta 239
Saxanus Hercules 394
Saxones Gallias vastant. 17
Saxones Angli 44
Saxum in monte pendulum 314
Scanici artifices 112
Scaligeri Veronenses 204
Scansio commoda 314
Scena 380
Scena frondosa 337
Scenographia. 267. 272. 391
Sceptra decussatim iūcti quid, 433
Scineus Niloticus 283
Sciographica pictura 411
Scipio Africanus maior 115.379
Scopus versatilis 232
Scopulus reorum quis dictus fuerit 402
Scortea libertinorū bulla 424
Scythica legio,IV. 30
Scythicus cultus & apparatus 119
Scythicus sacrificandi ritus. 504
Sebethus Neapolitanorum deus, 329.331.338
Secamenta 245
Secespita 301
Secessus regalis Neapoli 338
Seculum sine dipthongo 385
Sedentariæ servorū navaliū artes 336
Sedilium elegantia 245

Sedi-

Seditionum fomites qui 333
Seianus 274
Selecti iudices 402
Selimus Turcarum Imp. 131
Sella balneates marmor pertusa 282.365
Sena Etruria 264
Seneca philosophus 330
Sengalia 264.246
Senones Galli 264
Sensuum in corpore officia, 288
Seplasia Venenorum 404
Septa 233.267
Septem annorum hebdomades 287
Septem Planetæ 287
Septemplex clypeus 404
Septenarii numeri vis 287. 288
Septenarius à deo consecratus 288
Septenarius multitudinis 292
Septimus dies, mensis & annus apud Hebræos sanctus, 288
Septimius Seuerus Aug. 140. 141. 145. 168
Sepulchrum Africani maioris ubi 379
Sepulchrum Caroli Cliuiens. 414
Sepulchrum Hadriani Imper. 372
Sepulchrum Hippolyti Cardinalis 392
Sepulchrum Maximiliani I. Imp. 159
Sepulchrum Virgilii Maronis poetæ 330
Sequani 21
Serpens æneus Moysis 226
Serpens quid notet 428
Serpentes psyllorum odore fugantur 283.
Serpentum globi 347
Serui nauales 335 336
Serui publici 365
Seruilii Variæ villa Cumana, 372
Seuerus Imp. cur sit appellatus 250
Setia vino nobilis 305
Seuir & Augustalis 230
Seuiri Augustales, 182.228. 229
Seuiri seniores 228
Sibulla, quid 427
Sibulla Albunea 389 396
. Tiburtina 389.396
Sibullæ Cumanæ mons & antrum 375
Siculi 265.266.383
Sidicini 322
Sidonio vitro clarius 416
Sigismondus Imp. 63 92
Sigismundi Imp. iudicium de Alberto 69
Sigismōdus Videierus vicecāncellarius Imperii 132
Signinum opus 366
Silenus, 251 Silenus Alcibiadis præposterus, 307
Sima instructuris 167.168
Simbriuina stagna 392
Simeō senex, typus mundi 399
Sinuessa, 347 380. Sinuessana aqua, 380. Siphunculi, 260. sirenarum domicilia, & cātus, 102 329 331. 35..

Sirolum oppidum 269
Sifichthon Neptunus 37
Sitiophorum 94
Sixtus IV. P. M. 297
Slopetæ 224.233
Smalcaldica factio, 224
Smaragdus exarchus Italiæ, 248
Sodalitates sacræ 405
Sol aureus, quid, 429.433.
Solia balnearia marmorea, 282
Solia lavationum, 364.365
Solimannus Turca pulsus, Pannonia superiore 64
Solis aureum poculum, 257
Solis globus in galero, quid, 302
Solis radii vitales 257
Solis umbilicus 257
Solomon rex 270
Somatotheca 259
Somnia minacia 385
Somniare fabulas 418.419
Somnium Ioan. Guilhelmi de fratre Carulo 407
Somnium Pighii 407
Somnium Suffucii 285
Sorores Prænestinæ 394
Sortes Prænestinæ, 384.385
Tiburtinæ 393.394
Buranæ 394
Sortium Prænestinarum area 384
Sospitare longè 405
Spartacus gladiator 340
Spartani 313
Spelunca Naturæ 390
Spelunca Dianæ Nemorensis & Sibullæ Tiburtinæ 389
Spelunca Neapolitana 244
Spelunca ad Vicum Varium, 353
Spes dea, 250. eius simulacrum ibid. 384
Genitalis cur dicta sit 250
γυναικεῖος, 250
Viventium fida comes 250
Sphæra cæli 256.257.
Sphæristerium 388 401
Sphæromachia 328
Sphynx Nili dei culcitra 282
Spica quid notent 428
Spina ex corona Chr sti, 200 244
Spiracula Vesuvii montis cali, da 340.341
Spira columnarum 167
Spiritus sanctus 427
Spoletium 273
Spondæ in pontibus 260
Sposalia annua Venetorum cum Thetide 196
Stabia 339
Stabularii 247.347
Stadium, villa Ciceronis porticus 371
Stadium Villa Hadriani Imp. 396.397
Stagna Veneta 189
Stagna Simbrivina 392
Stagnum Iulia Mammea 369
T. Statilius Taurus 358
Stationes villarum triplices, 403
Statius poeta 330.378
Statua Heroum antiqua 180 183.234.282.392.
Statua tuenda 229

Sta-

Statuarum usus 417
Stellas ager 321.326 378
Stemmata 416.477
Stephane oppidum 3 4
Stenachum 168
Stephani divi templum 96
Stipis ad funus collata decus, 410
Striatum 169
Stola Virtutis qualis 427
Stola serica 232
Strata silva,vel Straetsvvalt Zitus pagus 140.141
Strata via per Alpes Iulius 114
Strena aurei gladii,gẽmatiq; piles, 286.298. *& inde.*
Stria 292
Struthionum dua. 302
Stygia aqua 375
Stylobata 267
Sautium 248
Suatiana fodina 150
Suavisonus concentus, 413
Subdiales ca nationes, 161
Subdialis deambulatio 397
Sublacensis villa Neronis Imp. 392
Sublaceum 393
Subscriptio testium 249
Succinum virtutis 420
Succollare 410
Sudatorium sancti Germini
Sudatorium sancta Veronica 295
Suessa Pometia Auruncorũ, 321.322.378.
L. Sulla dictator, 237.368 370 370.386.387.
Sulphurarii fontes, 350.351
Summa manus perfectionis, 139
Summa oppidum 339
Summanus mons 340
Suppurationes 400
Syracusis 226 316
Sybaritica palata 415
Sycophantia 404
Symbolum Caroli Friderici principis 127
Symmetria, 268.365
Symmysta 271.297
συμπαίσως, 74
Sympathia 435
Symphonia 426
Synedra 94
Synopt Græcorum *celonia* 380
Synthemata Caroli principis Clivia. 412
Synthesis Crystallinorum poculorum 192
Synthesis interior pectoris, 307
Synthesis vestimentorum 121
Syrinx 209

T

T*abellaria lex* 402
Taberna monetariorum 157
Taberna tres in via Appia 305
Tactus cur per totum corpus diffundatur 383
Tana restionum apud Venetos 195

Tarentinum bellum, 266
Tarentum 358.
Tarpeius Tonans, 385.
Tarquinius Priscus 221.322
Tarquinius Superbus 377.
Tarricina colonia 313.314
Tarvisium, Totilæ patria 177.
Tauri significationes mythologicæ, 57
Tauriceps, Tauritum, Ταυρόκρανος 57.284.
Tauricornis deus Bacchus, 161.
Tauriferi campi, 272
Tauri triumphales, 273
Taxillo Bajoariæ regulus 93.
d. Teclæ templum 230.
Tectorium 365
Tectorium marmoratum, 211 280.320.
Tedifери pedites 235
Tegularius 30
Teja Gothorum rex, 378
Teja villa Mantuæ, 213
Teisterbandia Batavia, 59
Τειχεσιπλήτης 224.
Telegonus Vlyssis & Circes filius 384
Τέλεια *sacrificia,* 434.
Tellus stabilis 321.
Telluris simulachrum. 331.
Tempe in Hadriani Imp. Villa Tiburtina, 397.
Temperantiæ simulachrum 412.
Templum Anchonitanum 268
Franciscorum 158.
Halense Teriolan. 154
Lauretanum 269 270
Mediolanum 224.230
Neapolitanum 342
Viennense Austriæ 96
Templum d. Claræ 235.331
d. Cyriaci antiquum 269
d. Egidii 89
d. Ioannis Lateranensis 297
d. Laurentii 91
d. Ludovici 342
d. Mariæ Deiparæ 240. *Annunciatæ* 331. *animarũ patronæ* 411. *majoris in Exquiliis* 297. *Perticalis* 234. *Lauretana* 270. *Ravennatæ antiquiss.* 258
d. Pauli in Via Oustiensi 297
d. Petri 91.244
d. Proculi 358
d. Teclæ 230
S *Trinitatis* 317
d. Zachariæ 194
Templum Servorum Mariæ 183
Societatis Iesu 158
Templum Æsculapii 390
Berecynthiæ 390
Castoris & Pollucis 331
Fauni 390
Fortunæ Prænestinæ 384
Hadriani Augusti 359
Herculis 373.394
Iovis 390
Iunonis 199
Iunonis Sospitæ 383

Neptuni

Neptuni 359.394
Nympharum 359
Palladis 230.231
Templum *sortium* Oraculis *celebre* 393
Teneritas 272
Tenia capitulorum 267
Tentheri 47
Tentyritæ 283
m. Terentii Varronis Villa Bajana 372.
Tertolanorum comitum imagines 160
Tertolensis Comitatus 140. 148.169
Tertolense præsidium 169
Terioli 169
Terræmotuum causa 351
Tessellatum pavimentum 185.239.256.258
Tessera 146
Tessera Caruli principis Clivia 412
Testudo bicornis 230
Thalagemus 195.252
Thasium marmor 186
Theatralis lex 423.426
Theatrum Capuanum 324
Minturnense 380
Ocriculanum 276.277
Spoletinum 274
Tiburtinum Hadriani Imp. 396
Theatrum omnium gentium 189
Veronense 207
Thebaa legio Christiana 33.37 38
Themis dea 279 428
Themistocles 82.397
Theobaldus Bartensis Dux captus 62.63
Theodoricus Iuvenis 62.63
Theodoricus Mursanus Archiepiscopus Coloniensis 63
Theodoricus Orbus Comes Cliviensium 60.61
Theodoricus Orcinius 48 51
Theodoricus Ostrogothorum rex, 289.294 321.253.259
ejus Pratorium 274
Theodoricus Pius 62
Theodoricus Probus Comes Cliviensium 61
Theodoricus Volans, Comes Cliviensium 61
Theodorici plures Comites Cliviensium 60.61.62
Teodo. Bajoariorum rex 142
Theodolina Langebardorum regina 234
Theodosius Magnus Aug 226. 230
Therma 232 277.281. 324.361
Thesaurus D Marc. Venet. 187.
Theseus 135
Thessali 253
θ. Theta nigrum 78
Thetidis annua sponsalia 196.
Tholus 244
Thraces 226
Threni 413
Thul[illegible] 409
T[illegible] mare 305.306
Th[illegible] 176

Tiberis Dei statua, 282 389.
Tiberis fluvius, 264.277
Tiberiana colonia, 93.
Tiberina insula cum Aesculapii navi, 389.390.
Tiberius Cæsar Aug 93.144. 274.366.
Tibur, 384.387. & inde.
Tiburis conditores 393.
Tiburtes populi, 393.
Tiburtina via, 397.
Tiburtina Latumia 392.
Tiburtinum Hippolyti Atestini Cardinalis excultissimũ, 387. & inde.
Tiburtinus lapis, 391.
Tiburtus, 393.
Ticinum. 234.
Ticinus fluvius, 221 255.
Tignuarii, 118 194.19.
Titan a pubes, 416.
Titianus pictor, 158.
Titus Vespasianus Aug. 31. 340 408.
Toga picta, 429.
Toga prætexta puerorũ 424.
Toga pura, 423.422 425.
Tolentinates populi, 272.
Tolutaris saltus, 231.
Tolutini, 336.
Tonans Tarpejus, 385.
Tonsa, 195.
Tophus erosus, 239.
Topiaria, 161.211 388.425.
Topica numina, 329.
Tormenta bellica progravia, 223.
Tormenta bellica vitrea, 192.
Totyla Gothorum rex, 264. 378. *eius patria,* 177.
Trabea aurea, 183.
Trabeati, 430.
Trabeatio, 272 331.
Trachina Volscorum, 313.
Trachonaria crypta, 364.
Traha, 111.
Trajana colonia ad sanctos martyres, 4.24.32.38.406.
Trajana Fortis legio II. 24.
Trajanus mp 23.222.267 267 359
Trajectum Campaniæ, 380.
Trans Alpinorum fraternitas cum Romanis, 9.
Transpadani, 217.206.
Transvectio muliebris 211.212
Transvectionis equestris pompa, 430.
Trebullani colles, 272.
Tres tabernæ in Appia via, 305
Tricliniaris suppellex argentea insignis, 310.
Tricosus. in præfat.
Tridentum, 172.
Trierarchus, 336
Triglyphi in structuris, 267. 273.
Trilix, 119.
Tripergulanus vicus juxta Bajas, 374.
Tripudiare, 426
Tripudium, 251.
Triton Hortensius orator dictus, 368.
Tritones. 239.390
Tritulinum sudatorium, 370
Tritulinum balneum, 372
Triumphalis bulla, 425.
Triumphalis currus Honoris dei, 435

Triumphalis habitus, 429.
Triumphalis vir 261.315.
Triumphales viri vias ex manubiis muniebant 315.
Triumvirale contubernium, 420.
Trochlea, 195.
Troja 212. *Francorum* 39.
Troianorum in Galliam adventus, 39.
Troffulus, 421.
Tuba quid notet, 363.
Tubae ex arietum cornibus, 289.293.
Tubarum festum apud Iudaeos quid, 292.
Tubi aenei bellici 195 223.224. 241.
Tubi aquarii 149.151.367 390
Tubi subterranei, 335.
Tubuli ferrei, 328.
m. Tullii Ciceronis sepulchrũ, 322.
Tullius Ciceronis libertus cur Laurea dictus, 371.
Tumulus honorarius, 411.
Tunica palmata, 429.
Tunica rustica calida, Tertio lensis, 148.
Tunicatum tectorio castellum 364.
Turbinatus, 151.
Turci pirata, 268.
Turres Langebardica, 244
Turris Divi Marci Venetus, 188.
Templi Mediolani, 225.
Turris Orlandina, 319.
Olorina, 3.
Turris Patria, villa Scipionis Africani maioris, 378.
Tusci populi, 238 253.
Tusculani montes, 383.387.
Tusculanus ager, 304.
Tusculana villa, 305
Tusculum, 384.
Tutelares dea, 331.
Tumulus flaminum, 429.
Tyche Syracusa, 316.
Tympanum, 272 331.
Typhones diaboli, haeretici concionatores, 403.
Tyranni Cumanorum 377.

V

Vagina aurea gladii consecrati, 300.
Valens & Valentinianus Aug. Danubium munierunt, 139.
Valentinianus Aug. 43.255.
Valeria Norico iuncta, 138.
Valerii Flacci poeta effigies, 198.
Valeriorum domus, 195.
m Valerius Corvus, 115.
p. Valerius Poplicola cos. 410.
Valetudinaria lex 170
Valetudinarii magistratus 172
Vandali, 325.
Vangiones, 142.
Vaporaria salubria, 347.
Variare gyros equis. 116.232.
Vari mons, 26.
Variola unde dicta, 399.
Varisberh, 26.
Varius vel Varronis vicus, 353
m. Varronis villa Baiana, 372.
Vasa Muranensia, 191.
Vasa sacra, 155.188.
Vasa vinaria capacissima 88. 161.

Vasa vitrea varii generis, 191
Vas horoscopum 257
Vaticanus mons 276, 277
Vber æternum 352
Vbii populi 47
Vehiculum trusile 150, 152
Vesentes populi 383
Velaru 195
Velini lacus aqua cur lapidescant 352
Velitatio festiva, 323, 328
Velitatio imaginaria 224, 231.
Veliterinna Vina, 383, 338
Velitræ 304
Vellina tribus 182
Velum templi scissum, quid, 291
Velspurgius præfectus militũ 174.
Venationes 116
Venatoria domus 164
Venditio per as, & librã 249
Veneris currus 56
Venetiæ 179. *& inde* 187
& inde Reipub. comitia 185
Venetorum Dux Mocenicus 170, 183, 188, 193
Venetorum naValia 194. *Officiosa magnificentia* 170, 171. *ciVilitas egregia* 172. *Sponsalia annua* 196. *Respublica excelsa* 179
Venno Parthorum rex, 1 4
Venter ingeniosus magister, 336
Venti spolia, 403
Venti urentes, 404
Venus Cloacina, 390
Euploea, 55. 56.
Marina. 55
Vndigena, 55
Veneris regia 227
Statua, 267, 282, 389
Templa, 366, 269. 271. 370
Verdigomarus *Saxo Britanniam occupat,* 44
Veredi conductiti, 327
Vergiliarum *occasus,* 85
Veritas *in puteo latens,* in præfatione.
Veritas *inuicta,* 404
Verona, 203. *& inde* 217
Veronicæ sudariũ sanctũ 285
Vertiginis remedium, 163
Vesbius Vel Vesuius mons 339
Vesevus mons, 339. 340
Vespasianus Aug. 23.
Vespertilionum castra, 353
Vestes ædificiorum marmoreæ 315
Vestes sacræ, 155
Vestinus ager, 322
Vesuuius Campaniæ mons 338. *& inde* 366
Vetera castra legionum hiberna, 4, 22, 23
Belgica ad Rhenum, 23 24. *& inde*
BataVica ad litus Oceanũ 10. 11. *Norica ad DanuVĩũ* 95
Veterum mansio, 25, 26
Vexillatio, 126, 316
Vexillorum motus in exequiis quid 413
Via munita per Italiam 261, 378
Via in Alpibus quando munita, 141
Via Domitiana 378
Via Latina 304
Vicetia colonia 199
Victoria Farnesia, 262
Victoria naValis ad Naupa-

ctum contra Turcas. 87 195
Victoria quæ optima 435
Victor martyr Thebeæ legionis primiscerius 27, 38
Victrix legio VI. 30
Vienna Pannonica 98
Vigintiquinquenalia Vota publi. a anni iubilei: 135, 285 *& inde*
Villa Ferdinandi Archiducis Austriæ, 160
Villa *Aelia Hadriani Imper.* 395 *Cardinalis Sarmonetæ Cisternæ fis* 305. *Ciceronis Academia* 370. *Domitiæ* 369 *Hortensij oratoris* 368. *Iulij Cæsaris.* 370. *Marij* 304. 370. Marmirolana 269 *Pisonis* 369. *Pompeij magni* 370. *Servilij Vatiæ* 372. *Teia* 213. *Varronis* 372.
Villa Franca 204 208
Villa Literninæ P. Scipionis Africani maioris 378 379
Vinagenerosa, 306, 318. 338.
Vina Veliternina 383
Vincentius Lirinensis, 105
Vindelici populi 144
Vindobona 98
t. Vinius Rufinus 51
Virago Roma 389
Virdumarus Celtarum vel Germanorum rex 222
P.Virgilius Maro poeta, 112, 113. *eius sepulchrum* 330. *Ex Ennij stercoribus flores collegit* 101
Virgindemia innocentium 111
Virgines Vestales Tiburtes 206.
Virgula rectrix 336
Viridis color cur virtuti tribuatur 427, 434
Virtus caligena 427
Virtus dea 421, 426
Optima custodia, 412
Viam in cælum pandit, In Præfatione,
Virtus & Honor 121, 426
Virtutis clypeus 434
Dona tria In Præfat.
Fomes 417
Habitus & apparatus 427
Iter sudoribus obseptum In Præfatione. & 81
Officia duo 427
Sublimitas 102
Vis divina In Præfat.
Virtutum clades 418
Visceratio publica 410
Vis divina Beleni Dei 182
Visellia, nunc Vesalia, 50
Visellium castrum, 50
Viselli vicus 50
c. Visellius Varro procos 50
Vita brevis privilegium In præfatione.
Vita humana lyra 412
a. Vitellius Imp. 29. 236.
Virginea catena 341
Vitrearia officina Venetorũ 191 &c.
Vitrea suppellex varia 191, 192
Vitriolum 350
Vitta honoris 5
Vivari ferarum 162, 233
Piscium 368, 390
Viliginosa terra viscera, 348
Vlpia castra; 4, 23, 32 33, 38
Vlpia Victrix legio XXX. 24, 33.

Vlysses 40 306.335 354 360. 383.384
Vmbilicus Solis, 257.
Vmbraticia sacramenta Iudaeorum, 291.
Vmbri populi, 353.254 unde dicti 272. & inde
Vnionum concha, 239.389.
Vniremes cymba, 178.
Volens propitiusque, 405.
Volsci populi, 305.382.
Volturnus fluvius, 326 378.
Voluntariorum cohors XV, 11.
Voluptatis falluces delicia, in præfat.
Veluta, 172.
Vorstenberg, 26.
Votum Fortunæ Prænestinæ 384 385.
Vradislaus Berenstainius, 132.
Vrbana villa statio, 160.
Vrbes plures sua prisca nomina retinuisse. sed corrupta, 50.
Vrbinum, 269.
Vrbs sacra Roma, 385
Vrbs sola quondam Roma dicta, 8
Vrna in iudiciis. 402.
Vrsina domus, 48.
Vscassanes Persarum rex. 188.
Vsipetes populi, 47.
Vsus Sapientia pater, 80.
Vtique pro & ut, 259.
Wastaldus historicus, 40.
Wedechindus Saxonum dux, 60
Vilheimum monasterium 167.
Virthemium 86.
Wolfgandus Rumpsius, 132.
Vulcania antra 149
Vulcanium forum, 350.
Vulgi iconsimus, 402.403.
Vulgi sermo insulsus, 345.
Vulgus quale monstrum, 402. 403.
Vultur, quid signet. 433.

X

XErxeius animus, 345.
Xerxes Persarum rex, 81. 345.
Xerxes togatus quis dictus, 346.
Xiphias piscis, 167
Xystus, 360.

Z

ZElus fidei, 345.
Zizania impietatis, 403.
Zodiaci signa, 257.
Zena, 204,427.
Zosimus comes histor. 44.
Zona purpurea quid notet, 425.
Zophori, 259 267 331.
Zotheca, 394.
Zutphaniensis comitatus, 64.

FINIS.